Jesus Christus. Justus.

Universidad de Pasto
Biblioteca

19313

Universidad de Deusto
Biblioteca

IMP. CÆS.

IVSTINIANI INSTITVTIONVM LIBRI IIII.

Adnotationibus nouis, & quàm doctissimis Iureconsc. clarissimorum notis adaucti.

Adhæc, Leges xij. Tabular. explicatæ. Vlpiani tit. xxix. selectis notis adornati.

Cuj lib. 4. Institutionum titulo, tractatusque in Iuris Ciuilis studio pernecessarij.

Omnia censura A. Contij Iureconsc. perspicatissimi, limata, ac per eum comprobata.

Quarta editio, omnium locupletissima.

Pagina sequens, quid eidem accesserit, declarabit.

LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM
ROVILLIVM.

1587.

EX QVIBVS AVT IV-
RISCONSVLTIS, AVT
aliis Scriptoribus hæ annotationes in Institutiones collectæ sunt.

Theophilo.	*A. ab Alexandro.*
I. Cuiacio.	*M. Trebetio.*
F. Connano.	*L. Taurello.*
A. Contio.	*P. Victorio.*
E. Barone.	*A. Augustino.*
G. Brechthano.	*Ioach. Mynsingero.*
F. Duareno.	*Ioach. Hoppero.*
Mat. Vvesembecio.	*Aemyl. Ferretto.*
Isidoro Hispal.	*Ioanne Fabro.*
G. Budeo.	*Accursio.*

LEGES XII. TAB.

A. Gellio.	*A. Macrobio.*
F. Hotomanno.	*A. Rivallio.*
I. Reuardo.	*V. Forstero.*
Adr. Turnebo.	*Ioan. Oldendorpio.*

Si cui legendo aliqua interpretatio minùs arrideat, is Autores ipsos ex quibus ferè ad verbum omnia breuiter transcripta sunt, consulat.

ΠΡΟΑΕ

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΟΝ
DE CÆS. IVSTINIANI CVM bellicis fudoribus, tum studiis eruditionis & librorum iuris compositione & ordine.

IMP. Cæs. Anicius Iustinianus Aug. Salonæ, quæ vrbs Dalmatiæ est, natus: Imp. Iustini sororis filius, ipsius adoptione imperiũ adeptus est. Valuit cõsilio, & fuit eò felix, quòd industrios & felices duces habuit. Nam Belisario duce Persas in Oriente tumultuantes, vltra Tygrim, Euphratémque profligauit, magna tunc gloria fuit Belisarij. Vandalos, qui Africâ annos ferè xcvi. obtinuerant, inde multis prælijs fractos expulit: Gothos prætereà, qui Siciliam & Italiam occupabant, fudit ac dissipauit. Hippatium denique & Pompeium, qui seditione commota, imperij insignia sibi sumpserant, prælio in vrbe Constantinopoli facto oppressos, supplicio affecit: cùm in eo prælio ciuium xxx. milia interiissent. Belisarij

Anno 1010 +490. Ro 1276. Chr 221.

Belisarius dux. Persa.

Vandali.

Gothi.

Hippatius Pompeius.

ser. diuin. succeſſor Narſes Perſamenius feliciter ex Italia Gotthos expulit. Etſi autem Iuſtiniano hæc glorioſa fuerunt, expulſio Vandalorum ex Africa, & Gotthorum ex Italia: tamen clades alias in imperio magnas accepit. Hunni vaſtarunt magnam Thraciæ partem, & Pannoniam recuperarunt, domitis ibi Gotthis.

Tria pacis opera in Iuſtiniani gubernatione Principi conuenientia, & digna laude ſunt: Legum collectio: Synodus Conſtantinopolitana, quæ nominatur quinta εἰκουμενικὴ, in qua repetita eſt confirmatio Symboli Niceni, & condemnatio Samoſateni, Arrij, Neſtorij & Eutychis, & ædificationes ad repreſſiones Barbarorum factæ.

anno Chriſti. 529.

Immenſa legum volumina Theophili, Dorothei, Theodori, Iſidori, Thallelæi, Cratini Anteceſſorum, id eſt, Iuris profeſſorum induſtria, quod infiniti laboris eſſe videbatur, in quinquaginta libros (Pandectas placuit appellari) congeſſit. Illis ducibus hoſtes domuit: his verò Conſulibus barbariem proſcripſit: & Ciuilis iuris diſciplinam tot ſeculis oppreſſam, in lucem reuocauit. Cuius ordinem & compoſitio

Pandectæ.

poſitionem intelligere, operæpretium eſt: nam in diſſoluendis δίλημμασιν nodis non paulum eſt momenti intelligere, quæ priores, & quæ poſteriores leges ſint [a]. Iuſtinianus igitur imperij ſui anno tertio ſacrarum conſtitutionum Codicem vnum ex tribus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, compoſitum 16. Cal. Maij edi iubet, reiectis his quæ ſuperflua & minus moribus conuenientia videbantur: Conſule Decio [b]: & trium illorum Codicum conſtitutiones abrogari voluit: & aduocatis, ne vllas ex his conſtitutiones in iudiciis nominarent, interdixit [c]. Sequenti deinceps anno [d] varias cõſtitutiones protulit, cùm Lampadio [e] & Oreſte Coſſ. (patet ex variis locis Codicis) tum poſt eorum conſulatum [f].

Idem tertium conſul, & ſolus, Pandectarum libros quinquaginta [g] ex infinitis veterum Iuriſconſultorum ſcriptis, & reſponſis collectos intra quadriennium Theophilo, Dorotheo, & quos modò nominauimus, componi mandat, & in lucem emittit 17. Cal. Ianuar. quanquam velit Iuſtinianus annis tribus confectas [h].

[a] l. nam eſt ult. & ll. de legib.

[b] l. 2. C. de ueter. Cod.

[c] §. Iuncturi. C. de ueter. Cod. confirm.

[d] V. C. 2. Reſt. ann. 1939. Chron. 533.

[e] l. ſi quis. l. ſequent. C. de condend. fund.

[f] l. vlt. C. de hered. inſtit.

[g] l. 2. §. cum omnia ueter. iura C. de.

[h] §. omnia cur. C. de conſtitu. Cod. confirm. l. 2. de ueter. iur. enu.

Vbi primùm editæ sunt Pandectæ, noui integræ illæ quidem, sed veluti naufragij tabulæ, vel ex mille centum & viginti librorum in vrbe Constantinopoli Zenonis Imper. temporibus i conflagratione, vel Gothorum irruptionibus, vt fieri potuit receptæ k: idem Theophilo, Dorotheo, Triboniano, Institutiones componendas præscribit, partim ex quinquaginta Pandectarum libris descriptas, partim ex Caij commentarij selectas in gratiam iuuentutis: atque intra vndecim menses anno imperij sui octauo, 11. Calend. Decemb. in lucem exire: quas si cum Vlpiani, & Caij fragmentis studiosè conferat iuuentus, operam non luserit.

Proximo deinde anno Iustinianus quartum Consul priorem illum Codicem suum repetitæ lectionis, id est constitutionis, recudit: (eum dico, quem ante quinque annos emiserat) cui constitutiones multorum Principum memoriæ dignas, & componendis Reipubl. negotiis magis idoneas ab Adriani temporibus inseruit m & quæ aliquam habere εἰσαγωγὴν, viderentur, sustulit, additis quinquaginta nouis

i anno Christi 528. k l. vnic. autem. in fine Codic. Vet.

k cumque quæst. in Iust.

l C. de veter.

nouis decisionibus, n quas intereà temporis condiderat.

n ff. postea. C. de emend. Cod. Iustin. Hæc. Matth. Treuerius descripsit.

Postremò dum nouæ in dies controuersiæ, vt fit, ex negotiorum varietate emergerent: nouis legibus, vt nouis morbis medici, occurrere oportuit. Græcas itaque constitutiones, Νεαρὰς vocat, Itali prisci Antecessores ineptè Nouellas, seu Authenticas, edidit: quas imperij sui triginta octo annis, tot enim floruit eius Imperium, condiderat. o

o §. sed cum C. de emend. Cod. Iustin.

Itaque eo, quo diximus, modo collectum ius Ciuile, atque compositum excolere cœpit Græcia, & magna contentione profiteri. Verùm, vt sunt rerum vices, quadraginta post annis ius illud sanctissimum sensim collabi permisit Phocas impius p Imperator, tam in conservandis legibus ignauus, quàm repellendis hostium insultibus vecors, à quo ita ascitanter imperante, Germani, Hispani, Galli, Longobardi defecerunt, nec eius imperio, nec imperij legibus pepercit Sarracenorũ furor. Lõgo satis progressu temporis q vixisse Basilium ferunt, cuius filius Leo Philosophus nouas collegit Pandectas in libros sexaginta & sex volumina di-

p Anno Christi 604.

q Anno Christi 880.

r Vide lib. 3. Ann. Ioan. Zonara.

στινctos, ἐξάβιβλον appellarunt [s].

Constantinus posthæc Harmenopulus, Thessalonicæ iudex primarius, Constantini Porphyrogenetæ, Nicephori, Alexij Comneni, Manuelis, [t] Illustriss. Principum varias constitutiones complexus in iuris epitomen conieciț: interea dum eam legum formam religiosè colit Constantinopolis, Hunnorum, Vandalorum, Longobardorum, Gotthorum barbaræ leges [u] in Italia grassabantur: vnde feudorum &c. de conseruandis familiis leges fluxerunt.

* *

IVRIS

[s] Vide præf. Harmen. in legem fin. tit. 1. de ll.

[t] Ex 3. Imp. Basilij, Constantini, Leonis prochiron suum confecisse Epitomen fatetur Harmenopulus.

[u] Vide Pachymerij & Nicephori commentarios.

IVRIS CIVILIS

STVDIOSIS A. CONTIVS IVRECONS. S.

Cvm tot támque illustria beneficia societas hominum ab vna Iurisprudentia accipiat, vt meritò etiam Ethnici fatentur inuentam esse à Deo, donatámque ad conseruanda vincula humanitatis & vitæ communis: mirum est tamen plerosque eius cultores, qui huius disciplinæ sacerdotes & dici & haberi volunt, præcipuam eius dignitatem, quæ in administrationibus politicis maximè elucet, non tenere. Ac cùm initio harum Institutionum Iustinianus ipse studiosis Iuris Rerumpublic. gubernationem spondeat, quemadmodum & ante eum Alexander Seuerus τοὺς πολιτικοὺς (Ait Herodianus) καὶ δι' ὁμοίων ἐπιτηδευμάτων. καὶ νόμων ἐμπείρους: quò fit vt hodie è scholis domum reuersi, tam vtiles ad vsus ciuium, quàm in seriis muti conspiciantur? Præposterine studij culpam in ipsos doctores transferemus, qui, siue erroris obiciendi causa, siue (quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

verisimilius est) ignoratione docendi, sæpè quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur? An ipsos potius auditores accusabimus, qui nec toto nec legitimo opere perfecto ex umbra in lucem frigidis tantum argutiis legum instructi, sine vsu & exercitatione motúmque cognitione prodeunt? Habent quidem hæ accusationes aliquid, sed in his non sunt omnia. Licebit bona ipsorum venia addere, & doctores & auditores pretium ob neglectam spretámque Iurisprudentiæ primariam partem, ferre, Diuinarum nempe rerum cognitionem: quasi ea tantùm ad Sacra populi Romani (quorum ius penes collegium Pontificum erat) pertineret. Dicam amplius, Aeternum Legislatorem hac Iurisprudentiæ definitione, quam etiam ab ore & calamo cum Philosophorum tum Iurisconsul. in summa Diuinarum rerum ignoratione iampridem verissimam extorsit, cum monefacere studiosos Iuris, in hac tanta luce vt altiùs assurgant: priorémque ac potissimam definitionis partem longiùs quàm à Decemviralibus Tab. repetant, referántque ad Trium tabularum, decem (inquam) fidicti perpetui verba, quæ ab iis dependent digito Omnipotente notata: vnde omnis æqui & boni ars & bibliothecæ promanant. Sed quorsum istud in hac breui ad Institutiones præfatione? an vt nouum inueteratæ consuetudini iudicium opponam? minimè sanè

verùm vt Iurisprudentiæ tanquàm natalitiæ suæ conlatæ ingenuitas: dignitas & maiestas ab origine diuina commendaretur. Quid verò vt patrat & luceat, nunc dabo. Enchiridium Institutionum Imperialium annotationibus illustratum ex nobilissimorum Auctorum monimentis, quorum nomina in vestibulo libri, pagina titulum sequente, ingenuè expressa extant. Id verò à me obseruatum est, quantum fieri potuit, vt quæ interpretationes ac maximè necessariæ, suo loco apponerentur, vt indices literarum superiores vocamus, tum in contextu, tum ad marginem, aptè inter se conuenirent. Arithmeticis notis diligenter expensis, in codicibus legum librorúmque allegationibus, vetustatis consulerimus, plurimum vtentes fuis. Hæ porrò notæ [ ] sæpenumero indicant deesse aut non reperiri quæ includuntur in veteribus libris aut manuscriptis aut excussis: cum id oppletis margimibus, notare non modò non potuit. Quid verò amplius præfari sit in hac editione, pluribus hîc præfari supersedeantem esse: malo alios quàm me ipsum iudicare. Volui quidem certe studiis vestris studiosi adolescentes, industria mea aliquantùm, quam infra commendationem mediocritatem esse nosco, consulere. Itaque & maximum fructum me consecutum arbitrabor, si aliquid à me

me erga vos fuerit profectum in quo vos vestri studij, neque me laboris in
vlla ex parte pœniteat.

Valete: & dum amplius de vestris
studiis bene mereri conor, a-
qui bonique hæc ꝛc. æqui
ꝛc. consulite.

***

ROOEMIVM DE CONFIRMATIONE INSTITVTIONVM. [a]

IN NOMINE [b] DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR [c] CAESAR [d] FLAVIVS [e] IVSTINIANVS, [f] ALEMANICVS, GOTTI-

a Theophil. sic dicit ἐκ Καισάρων τῶν ἰνστιτούτων constitutis confirmans Institutiones quod his sci licet rum legis attribuat.

b Hæc epigraphe in editione Haloā. expuncta est ali-

men est frequenter, l. 1. & 2. C. de officio præf. Aſri.

Imperator, priscorum Ducum nomen erat: acclamari ab exercitu sueuerant qui aliquot millia externorum hostium prostrauerant: postea quàm Cæſares, Cc. ro lib. 2. Epiſt. 10. & Philip. 14. Cornelius Tacitus lib. 3. eſt occupatum Reipub. perpetuum præcipuū nomen ex S. C. eſſe pit. Suetonius in Iul. Cæſ. cap. 76. & Dion. lib. 43.

Cæſares poſt Iulium Cæſarem dici cœperunt non qui rerum poti- potior, ſed qui ſucceſſores Auguſto deſignati eſſent. l. & ſi. 7. C. de deſig. & native. Suetonius in Veſpaſian. Qui hodie in imperio Re- Romanorum in Gallia Delphini vocantur. VV.

Flauius cognomen gentilitium familiæ Veſpaſiani. Suetonius in eius vita.

Iuſtinianus. Nomen fuit illi proprium, à Iuſtino patrio adoptiui nomine.

Alemanicus, &c. Hæc agnomina à deuictis hoſtibus ſibi aſſciuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scinit. Vopi- CVS, h FRANCICVS, i
scus in vita MANICVS, k ANTICVS, l ALA
Proculi. Ale- NICVS, m VANDALICVS
mannos, inquit qui tunc ad- AFRICANVS, o PIVS, p
hunc Germani LEX, INCLYTVS, VICT
dicebantur,
non sine gloria splendore contexuit. Dictus autem esse Ag
Asiam. Quadrat ei auctoritate docet, quod nullis tertia esse
rum hominum multitudo: alii celeyman, vel alien landen
Mynsf.

h Gothi, proprie dicti sunt qui Germanici maris insulam S
diam incolebant, & insignem ex Romanis victoriam retulere
ter annum Christi 538. superato Decio Imper. His postea adiu
ries circa annum 407. urbe Roma potiti, quas Indis annis
360. per suum Narsetam ducem profligavit; occiso eorum du
tila.

i Franci ita dicti quod suam tuerentur libertatem, primo sub
pta Caluania habuerunt in ea regione, quam Cattis tenuere;
nunc est Hassia. Superati tandem a Narsete prope Tarentum
annum 555.

k Germanicus. Herodianus hunc titulum refert inter Imperat
Mysingere non alia videtur esse Germanorum quam Alemanor
significatio: utrunque enim verbum significat eorum per
tem Alman & Gi man. Vide Ammianum libro 29. cap.
l Anticus, sic Suidas Atticus. Ant. Histri fluminis accola, quos I
ntianus per Childibium ducem repulit: Ammianus imp. libro 3
pitul. 3.

m Alani cum Vandalis iuncti erant: Lucanus libro 1. vocat da
arcivi Martis Alanos.

n Vandali, populi Europæ Septentrionalis, duce Genserico Roma
vastarunt: cui successit Gelimerus, qui in Africa a Belisario
ctus, & in triumphum Constantinopolim ductus est.

o Africanus, quia ex Africa Vandalos pepulit.

p Pius, felix, &c. Hæ appellationes Augustis pro honore
in augurationis tempore accumulabantur, quas postea in litera
ipsis

AC TRIVMPHATOR, q SEMPER AVGVSTVS, r CVPIDAE LEGVM IVVENTVTI, S

inscriptionibus usurpant: vt vita Imp. & Nouell. 77. ostendunt VVes.

q Triumphator Triumphasse legitur de Persis & Vandalis, nondum triumphandi describit hinc Mynsf.

r Augustus. Cognomen hoc primum Octauio est impositum, authore Suetonio: inde successoribus usurpatum: dictum ab Augurio, quasi auspicato & diuinitus oblatum. VVes.

Vt lato legislationis tres vult esse partes, Proœmium, Legem, & Sanctionem: in hac huius Constitutionis eadem deprehenduntur membra. 1. Proœmium: Quo suum legislationis studium commendat vsque ad §. 11. Legislatio vsque ad §. penul. 111. Sanctio. VVes. hic.

Imperatorem cur arma & leges decent.

IMperatoriam maiestatem a non solùm armis decoratam, sed etiam legibus opportet esse armatam: vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè possit gubernari, & Princeps Romanus, b non solùm in hostilibus prœliis victor existat, sed etiam per legitimos

a Id est, principem Romanum, vt inf. b Ver. Cod. alio ordine. Et Princeps Romanus victor existat non solùm in hostilibus prœliis, sed etiam per leg. tram. cal. inq. expel lens. Hæc sunt.

su. Imperatorem non ex armis tantum sed etiam ex legibus gloriosam sibi victoriam comparare. Imp. Rom. olim dictus fuisse Princeps, scribit Tacit. lib. 1. Annal.

Legum

Universidad de Deusto
Biblioteca

c Legum præscriptos, super ipsarum legū tenoda. Theophil. περὶ τοῦ τὰς ἐντεύξεις.

mos c tramites calumniantium d iniquitates expellat: & fiat tam Iuris religiosissimus, e quàm victis hostibus triumphator magnificus. f

¶ *Quantum armis & legibus Iustinianus excellucrit.*

§ Quorum vtranque viam cum summis vigilijs, summaque prouidentia, annuente Deo perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros Barbaricæ gentes sub iuga nostra redactæ g cognouerunt: & tam Africa, quàm aliæ innumeræ h prouinciæ, post tanta i temporum spatia, nostris victorijs à cælesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostróque additæ Imperio protestantur. Omnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis, k quàm com-

d Calumnianium, id est cōtra æquitatem nitentium. Æmyl. Ferret. Cic. Exiſtunt quidem ſudores noſtri Barbaricæ gentes ſub iuga noſtra redactæ g cognouerunt: & tam Africa, quàm aliæ innumeræ h prouinciæ, poſt tanta i temporum ſpatia, noſtris victorijs à cæleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtróque additæ Imperio proteſtantur. Omnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis, k quàm com-

Sæpe iniuria calūnia quadam & nimis callida atque malitioſa interpretatione. Nonius verò ſcribit calumniam eſſe malitioſā & mendacem, inſimationem & calliditatem.

e *Theophilus habet,* τὰ νόμους ἀνεδρομεν *ſic Papinianus. Imperatorem Marcum vocat in l. vnum. 67. §. vlt. de leg. ij.*

f *Abeſt à veteribus libris.*

g *Vet. Cod. deducta.*

h *Numeroſa: ſic enim ſequuti ſunt Oroſius, Eutropius, & alij* εὐγχρονοι *ſcriptores.*

i *Lanta. Annos ſcilicet 95. quibus Vandali Africam tenuerunt l. vn. prine. C de officio præf. præt. Afr. Procop. Et 60. quibus Gothi in Italia erant dominati.*

k *ſcilicet, in Codice.*

poſitis, l regunrur.

De compoſitione Codicis, & Pandectarum.

Et cùm ſacratiſſimas conſtitutiones anteà cōfuſas in luculentam ereximus conſonantiam, m tunc noſtram extendimus curam ad immenſa n veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, o quaſi per medium profundum eūtes, p cæleſti fauore iam adimpleuimus.

¶ *Inſtitutiones à quibus compoſitæ ſint, & & quando legendæ.*

§ Cùmque hoc Deo propitio peractum eſt, Triboniano viro magnifico, q Magiſtro, r & Exquæſtore s ſacri

l *Promulgauimus noſtras: Componimus alterum. Quidam Codicē habent Iam ānobis promulgatis vel compoſitis.*

m *Intellegit priorem Codicem à ſe compoſitum: quem non habemus: cuius prima edito facta eſt anno 529. ſecundo imperij Iuſtiniani anno.*

n *Immenſa. innumera Iuriſconſultorum veterum ſcripta quæ in duo millia librorum, & tricies centena millia verſuum propagata habebantur. l. 2. §. poſtea vero. C de veteri iure enucl.*

o *Nam Cicero, Cæſar, Seruius Sulpitius, & plerique alij inſtituerant Iuriſprudentiam in certum corpus contrahere.*

p μέλαφ. *per mediare difficultates & impedimenta.*

q *Pius eſt quàm ſi dixiſſet, illuſtri. Cont.*

r *Magiſter ſcilicet officiorum curæ ſunt ſcholæ fabricenſium & argentium inuehendi diſciplina palatij, curſus veliculorum.*

s *Quæſtori curæ ſunt leges, preces, latercu'um minus, vt eſt in Nouell. Theod. de bam. ca. fac. Quæſtor cuſtos eſt iuſtitiæ, ex Quæſturibus ſunt Codicillares, aut qui vere Quæſtores fuerunt. I. C. Quæſtura functi. l. 1. C. de nouæ Cic. c. l. 2. C. de vet. iure enuc. Crinit. lib. 10. cap. 12. Alcia. Diſp. lib. 4. co. 3. Æmil. Ferret. hic exiſtimat Exquæſtores & Excōſules eos fuiſſe, quos quæſtorios & conſulares dicimus, hoc eſt, qui olim quæſtores conſulesve fuerunt. nam Iuſtinian. in l. 1. C. De na. Cod. ſacr. Leontium expræfectum prætorio appellat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

...dem que in ... C. de vet. iure enucl. pra ...fessorum nominat. Cur vero Iustinia. indifferenter Quæstorem & Exquæstorem Tribonia. vocaverit, apud eundem reperies.

t Hoc est doctoribus & interpretibus Nam ex Iurisconsultis qui sequebantur forum Togati, qui scholis, Antecessores dicebantur: vt l. 1.

palatij nostri, & Exconsule, necnon Theophilo & Dorotheo viris illustribus & antecessoribus t (quorum omnium solertiam, & legum scientiam & circa nostras iussiones fidem, u tam ex multis rerum argumentis accepimus) connocatis, mandauimus speciali ter, vt ipsi nostra authoritate, nostrisque suasionibus Institutiones componerent: vt liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis x discere, sed ab Imperiali splendore appetere: & tam aures, quàm animi vestri nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, y accipiant. Et quod prioribus z temporibus vix post quadriennium contingebat, vt tunc con-

u. de conceptione dierū. Vox videtur effluxa imitatione Græcorum, apud quos πρόνοια per metaph. est præmeditando & docendo dedocere discipulum. a Cæsar artis penetralia. Iocrat. ad Demon. οἰκονομίαν ποιεῖσθαι post. v Tria πράγματα compositorum iurisperitorum, legis fides, & fides. w Ius consuetu & antiquatū Theophi. significare videtur. pura, frag. Vlpiani & Cuj Instit. Anomiam. Mascol. lib. 9. Iuriscrit. est, vt alius vocaretur iura callere. Cascellium & Alfenum, & Aurunculanum Siculorumque tandiu leges interpretari cū. Eo modo materia abhinc sæculis obtrectatoribus multis. y Argumentum, est ratio, qua res dubia fieri fidem. C. in Topic. Pro rei probatione accipitur, sup. de emp. & vend. §. 1. in verbo, argumentum emptionis: Quod usu receptum est. Theoph. hic, & l. vlt. C. de iure dom. impet. §. penul. inst. de satisd. z Iuris scilicet studiosis

stitutiones Imperatorias a legerent: hoc vos à primordio b ingrediamini, digni c tanto honore, tantâque reperti fœlicitate, vt & initium d vobis, & finis legum eruditionis à voce Principali procedat.

Institutionum partitio, quidque contineant.

§ Igitur post libros e quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum, in quibus omne ius antiquum collectum f est, quod per eundem virum excelsum Tribonianum, necnon cæteros g viros Illustres & facundissimos confecimus: in quatuor libros easdem Institutiones partiri iussimus, vt sint totius legitimæ scientiæ prima elementa: in quibus breviter expositum est, & quod anteà obtinebat, h & quod posteà desuetudine i inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est.

a Entantes in Cod. Theodosiani & deinceps in Iustinianeo.

b Primordium vocat Institutiones, quibus Constitutionū rubor attribuit infra. eudem §. penul.

c Theophil. pro digni. ἀξίους ἀξιότητος. id est dignum, id est, reperti digni tanto honore ac pro reperti, referri legamus. vt Theophi ἀναλαμβάνει τὸ.

d In Proœmio Digestorum in quo ordine

& Gradus studiorum describit Iustinianus, vult dari operam primo anno legendis Institutionibus: deinde quatuor prioribus Digestorum libris, qui τὰ πρῶτα vocantur, & tuto illo anno appellari Iustinianeos vetuit.

e Libros, confitebor, tamen ditos.

f Aliis, collatum, Theophi. g Quos recensit Iustinianus in inscriptione Digesto. h Obrinebat. Ius vetus: vt nf. in tit. de libert. de testam. ac exhered. liber. de succes. sab. &c.

i ὑπὸ ἀσυνηθείας σκοτιζόμενα. Theophi.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Institutiones ex quibus libris sint compositæ, earundemque recognitio, & confirmatio.

Caius etenim edidit Institutionum libros sex, quorum duo tantùm extant: Vlpianus duos, Celsus pater xx. Iulius Paulus duos, Florentinus & Callistratus multos: scripsit & Ælius Martianus citatus infrà in princ. de leg. Aquil. & alij præterea, vt ex Pandectarum titulis licet colligere Æmil. Ferret.

§ Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipuè ex Commentariis Caij nostri, [k] tam Institutionum, quàm rerũ quotidianarũ, alijsque multis Commentarijs compositas, cùm tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus, & recognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus.

¶ Adhortatio ad Iuris Ciuilis studium.

§ Summa itaque ope, & alacri studio has leges nostras accipite: & vosmet ipsos sic eruditos ostendite, vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto,[l] posse etiam nostram Rempub. in partibus eius vobis credẽdis gubernari,[m] D.[n] C. P. XI. Kal. Deceb. D. IVSTINIANO PP. A. III. COSS.

k Beneuolentia significatio ac sic plerunque prædecessores qui nostræ fuerunt professionis, appellamus. Hic verò Caius fuit Adriani Imper. temporibus, l. verum. D. de rebus dubijs. Meminit eiusdem Caij §. telum. de public. iudic. vide l. si calumnietur, ff. de verbo. signi. 233. Anto. Aug. libr. 3. cap. 7.

l Aliàs perfecto.

m Gubernari. Arist. libr. 1. Ethic. loquẽs de hac ciuili philosophia, τὸ τέλος ἐ

γνῶσις

γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις eoque nomine Vlp. in l. 1. ff. de insti. & iur. ait. hanc unã esse vera nec simulatã philosophiam. n D. C. hoc est, Data Cõstantinopoli, (vrbe Thracia ad Propontidem. vbi olim fuit sedes Imperatorum Orientis) xi. Calend. Decemb. Domino Iustiniano PP. perpetuo Augusto (nõ Patre Patriæ) vt ex Pandect. Florent. præstitionibus intelligi potest. III. COSS. tertiũ consule: qui annus est Iustiniani septimus. Non erubescebãt olim & ipsi Principes ambire & gerere consulatus, sicut & alia publica munera. Statuit autem Iustinianus in Nouell. vt præponeretur nomen Imper. vt annotarentur tempora per Imperatores, sicut olim per Consules.

DE NOMINE INSTITUTIONUM.

Quod ad nomẽ Institutionum attinet, subijcere hic operæpreciũ duximus, quæ A. Politianus adnotauit Miscel. cap. 34. Institutiones hæ, quæ vocantur in iure Ciuili, Iustiniani Principis nomine editæ, a Triboniano tamen doctisq; alijs viris compositæ, etiam Græce scriptæ sub eodem prorsus intellectu reperiuntur: nisi quia ritus quidam, consuetudinesque Romanorum veteres vberius aliquanto, & latius in Græco ipso, quàm in Latino codice referuntur, vt peregrinis hominibus, atque à Romanorum more, consuetudineq; alienis res tota penitus innotesceret. Institutionum nomine plerique veterum Iurisconsultorum & Latinorum scriptorum libros suos inscripserunt. Theophilus tamen & Græci interpretes vocant hunc librum Instituta, idque exemplo Iustiniani in multis Constitutionibus. Sed & Probus & Vegetius eodem nomine, in eadem significatione vtuntur.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTorum.

LIBER I.

DE IVSTITIA ET IVRE*.

TITVLVS I.

¶ *Iustitiæ & Iurisprudentiæ descriptio.*

Vstitia[a] est cōstans,& perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi [b]. Iurisprudentiæ est diuinarum atque humanarum rerū notitia,iusti atque iniusti scientia.

¶ *Ratio docendi Iuris.*

His igitur generaliter [d] cognitis,& incipientibus nobis exponere Iura populi Romani, ita videntur posse tradi commodissimè, si primò leui ac simplici via, pòst deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. alioqui si statim ab initio rudem [e] adhuc & infirmum animum studiosi,multitudine ac varietate rerum onerauerimus,duorum alterum aut desertorem studiorū efficimus, aut cum magno labore,sæpe etiam cum diffidentia(quę plerunq; iuuenes auertit) seriùs ad id perducemus,ad quod leuiore via ductus, sine magno labore, & sine vlla diffidentia maturiùs perduci potuisset.

a Fab. Instit. vtat. lib. 1. ca. 2. & 3.

f Tull. 3. Offic. & 5. de Fenib. g Ex Vlp. l. 1. §. cod. Fab. li. 2. c. 4. sacrū, publicū & priuatum. ponit: publico continetur. sacrū. Bud. hic. Alcia. l. pupillus. §. munus. de verb. sign.

Præcepta Iuris & positiones.

Iuris præcepta sunt hæc:Honestè viuere f,alterum non lædere,suum cuiq; tribuere Huius studij duæ sunt positiones g,Publicum & priuatum. Publicum Ius est,quod ad statum rei Romæ spectat.Priuatum,quòd ad singulorum vtilitatem pertinet.

§ Dicendum est igitur de Iure priuato,quod tripartitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium,aut ciuilibus.

* Est Iuris, siue Iustitiæ arte.

a Hæc definitio est ex Iaso. &c. Idemmus iustus est, qui sic ab animo cōparatus est, vt perpetua voluntate [illegible]

b Ius cuique suum velit tribuere. I. C. Constans & Hoc est, certus illo & immutabilibus naturæ humanæ iuratę diuinitus impressa præcepta, rationisque iudicio & lumine gubernata.

Voluntas, id est, habitus animi velle

& incitati ad agendum id quod ei præscripsit constans & perpetua ratio.

b Tribonian. Theophil. Vide Guil. lib. 1. cap. 4.

c Ex d. l. 1. Bud. hoc tit. Alcia. lib. 2. Disp. cap. 1.

d Id est, Obiter. Fab. in proœm. inst.

incip

De Iure naturali, gentium, & ciuili.

TITVLVS II.

Describit ius naturale, eiusque exempla proponit.

IVs naturale est [a], quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud, non humani generis proprium est, sed omnium animalium quæ in cœlo [b], quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia istius Iuris peritia censeri [c].

a Ius in bruta non cadit. nam nec iniuria cadit. l. 1. D. si quadrup. paup. fec. dica. denique vt rationis, ita & iuris bruta expertia sunt. At quæ bruta faciunt instinctu naturali, ea si homines ratione faciãt, iure Naturali faciunt. Quæ bruta non faciant, ea si omnes homines ratione faciant, iure Gentium faciunt, quod & ipsum Ius naturale dicitur & bonum & æquum, & naturalis æquitas, & naturalis ratio, & lex naturalis & natura. Quæ non omnes, sed quædam hominum congregata in vnum locum multitudo vtilitatis publicæ causa fecit, ea vero fiunt Iure ciuili. Cuia. Ex Vlpiã. l. 1. §. Ius. de iust. & iure.

b C. Ium hic pro aere, vt in §. fer. a. de rer. diuis.

c Plinius lib. 33. cap. 12. Fab. Iust. in. orat. 2. cap. 17. in fi. Theophil. Videmus non homines modò, sed cætera quoque animalia hic, qui legem hanc obseruant, adscribi. Bud. hic Cuiac. mauult perita, quam peritia.

IVs autem ciuile à iure gentium distinguitur, quòd omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi Ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocaturque Ius ciuile, quasi Ius proprium ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur vocaturque Ius gentium, quasi Ius quo iure omnes gentes vtantur. Et populus itaque Romanus, partim suo proprio, partim communi omnium hominũ iure vtitur. Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus. § Sed Ius quidem ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur, veluti Athenienſium: nam si quis velit Solonis [a] vel Draconis leges appellare Ius ciuile Athenienſium, non errauerit: sic enim & Ius, quo Romanus populus vtitur, Ius ciuile Romanorum appellamus, vel Ius Quiritum quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à [b] Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, nostrum

a Gell. libr. 11. cap. 18.

b Varro li. 4. de lingua Lat. Cicero 1. de Leg. Ouid. 2. Fastor. Dionys. lib. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ius c significamus, ſicuti cùm Poetam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus d: apud nos, Virgilius.

§ Ius e autem gentium omni humano generi cõmune eſt. Nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanę Iura quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes quæ ſunt naturali Iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentiũ omnes penè f contractus introducti ſunt, vt emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, depoſitum, mutuũ & alij innumerabiles.

¶ *Diuidit ius Ciuile in ſex ſpecies. Definit legem, plebiſcitum & Senatuſconſultum.*

Conſtat g autẽ Ius noſtrum, quo vtimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: vt apud Græcos, τῶν νόμων, οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum h autem Ius eſt lex, plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, reſponſa Prudentum, Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat. Plebiſcitum i eſt, quod plebs plebeio magiſtratu l interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies à genere: nã appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificãtur, connumeratis etiã Patritijs m & Senatoribus, Plebis autem appellatione, ſine Patritijs & Senatorib, cæteri ciues ſignificantur. Sed & plebiſcita lege Hortenſia n lata non minus valere quàm leges cœperunt. Senatuſconſultum eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit. Nam cum auctus o eſſet populus Rom. in eum modum, vt difficile eſſet in vnum cum conuocari legis ſanciendę cauſa: ęquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli.

¶ *Quæ ſint Principum placita: quorum quædam ſunt perſonalia, quædam generalia.*

Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem. quum lege Regia; Quæ de eius Imperio p lata eſt, populus ei

a Huius meminerũt ſæpe prædictes. l. aut ſi ſta. de pœn. l. qui venenum. de ver. ſig. 236 b Ex Hermoge. l. 5. de iuſt. & iure. c Contractus, omnes obligationes: omnis enim obligatio pro contractu habetur. l. omnem. ff. de iudic. atque ideo in l. ex hoc iure. D. de iuſtit. & in. Hermo. obligationes dixit, non contractus. Cur autẽ ait pene? nempe quia ſunt quædam cõtractiones & obligationes legitimæ. l. ex tuentium. l. legitima. D. de paſtis. Ex Vlp. l. 6. & 7. de iuſt. & iur. d Quo hic ſcriptum Ius Iuſtinia. Papinianus Ius ciuile vocat. l. 7. de iuſtitia & iure.

e Quia plebiſcita fuerit ver. go videl 2. De orig. Iu. Gell. li. 10. c. 2. & li. 15. cap. 27. f Quidam, Regante. g Liu. li. 1. h Cu. Lege Hortenſia primum: deinde lege Horatia illa, cum plebs in Ianiculum ſeceſſiſſet: hac, cũ in Auentinum. Authores iur. Liuius & Pli. i Ab hac cauſa fuerit an potius Cæſaris ambitio, videvit Tri. Tacit. li. 1. Suet. in Tib. cap. 30. p Ideo dicitur l. Imperij. l. Ex imperfecto. C. de teſtam.

ei q, & in eum omne imperium suum & potestatem r concedat. Quodcúque ergo Imperator s per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc sunt quæ Constitutiones appellantur. Planè ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplũ trahuntur: quoniã nõ hoc Princeps vult. nam quod alicui ob meritũ t indulsit, vel si quam pœnã irrogauit, vel si cui fine exemplo subuenit, personam non transgreditur u. Aliæ autem, cum generales sint, omnes proculdubiò tenent.

¶ *Prætorum edicta vim legis habent. Aedilitiúmque edictum pars est iuris Prætorij.*

Prætorum quoque edicta non modicam obtinent Iuris authoritatem. Hoc etiam Ius honorarium solemus appellare, quòd qui honores gerunt, id est, magistratus x, authoritatem huic Iuri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum y de quibusdam causis, quod & ipsum Iuris honorarij portio est.

q l. 1. §. sim eosdem. de vet. iur. enucl. Liuius lib. 44.

r Id est, vicem suã. Cuiac. Theoph. habet διάδοχα.

s Vlp. princeps dicitur, l. De const. Princip. vnde hic locus petitus est.

t Priuilegia sunt latinis. Gell. lib. 10. c. 20. Ius singulare Prudentib. l. Ius singulare. de legibus.

u Paul. habet, Ad consequentias nõ producuntur. l. Quod verò eod.

x Aliud est Ius Prætoriũ, aliud Ius honorarium, Ius Aedilitiũ aut Tribunitium. Ius honorarium est, ius prætorium non est. Cuiac.

y Vt edilitium edictum l. 2. §. Eodem tempore. de orig. iur.

¶ *Describit sextam speciem Iuris ciuilis, Responsa prudentum.*

Responsa a prudẽtum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de Iure respõdere b. nam antiquitus constitutum c erat, vt essent, qui Iura publicè interpretarentur: quibus à Cæsare ius respondendi datum est, qui Iuris consulti appellabantur: quorum omnium sententiæ & opiniones eam authoritatem tenebant, vt Iudici recedere à responsis d eorum non liceret, vt est constitutum e.

¶ *Quod sit Ius non scriptum: & origo tam scripti quàm non scripti.*

Sine scripto Ius venit, quod vsus ad probauit: nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, legem imitãtur f. Et non inelegãter in duas species Ius ciuile distributum esse videtur. nã origo eius ab institutis g duarum ciuitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorũ, fluxisse videtur. § In his enim ciuitatibus ita agi solitũ erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoriæ mandarent h: Athenienses verò ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

a l. 2. §. Primus. de orig. Iur.

b Veteres li. habent iura condere. τὸ μὲν θεσπίζειν id vero vocat ait Theoph. fieri κατὰ πύθεσιν, καὶ ἀναγκαίως

c Alias institutum.

d Al. Respõsa.

e Extat hac const. tit. De respons. Prudent. in Cod. Theod.

f l. 32. & seq. de legib.

g l. in. lib. 2. Halicar. lib. 10 d. l. 2. de or. Iur.

h Plutarch. in Lycurg. leges ne scribantur, Cic. pro Flacco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Discrimen iuris naturalis & ciuilis.*

Sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia [i] constituta, semper firma atque immutabilia permanent: ea verò, quæ ipsa sibi quæque ciuitas cõstituit, sæpè mutari solent, vel tacito [k] consensu populi, vel alia postea lege lata. Omne autem ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius [l] de personis videamus. nam parum est Ius nosse, si persõnæ quarum causa constitutum est, ignorentur.

[i] Rerum natura vocat Iustin. §. singuloru. inst. de rer. diuis.
[k] Exemplum est de fœcundo debitoris corpore ex l. xij. Tabul. Gell. lib. 20. cap. 1.
[l] Ex Vlp. l. 1. de stat. hom. & Cuias 1. Iust. cap. 3.

De iure personarum[a].

TITVLVS III.

¶ *Prima personarum diuisio deinde libertatis & seruitutis definitio.*

[b] Hæc diuis. ex Cæs. l. 3. de stat. hom.

SVmma itaque diuisio [b] de iure personarum hæc est: quòd omnes homines, aut liberi sunt, aut serui. Et libertas [c] quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas eius, quòd cuique facere libet, nisi si quid vi [d] aut Iure prohibetur. Seruitus autem est constitutio Iuris gentium, qua quis dominio alieno contra

[c] Hæc defin. ex Flor. l. 4. il lo tit. & S. l. 4. De Iust. & iur.
[d] Herm. l. 3. tit. 11.

contra naturam subiicitur. § Serui autem ex eo appellati sunt, quòd Imperatores [e] captiuos vendere [f], ac per hoc seruare, nec occidere solent. qui etiam mancipia dicti sunt, eò quòd ab hostibus manu [g] capiuntur. § Serui autem aut nascuntur, aut fiunt. nascuntur ex ancillis [h] nostris. fiunt aut Iure gentium, id est, ex captiuitate: aut Iure ciuili, cùm liber homo maior viginti annis ad pretium participandum [k] sese venundari passus est [l]. In seruorum conditione[m] nulla est differentia: in ingenuis autem multæ: aut enim sunt ingenui, aut libertini.

[e] Hi belli duces, Theophi. τῶν πολέμων ἡγεμόνες vocant, non αὐτοκράτορας.
[f] Sub corona. Gellius lib. 7. cap. 4. Plautius in Persil. pupillus. 239.
[g] Varro de lingua Lat. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 7.
[h] Prudentes veteres vocant. l. Titia 36. de leg. 1. vide Festum lib. 18. & Nonium.
[k] Cuiac. 16. C. Claudiano l. 3. D. quibus ad liber. proc. a. non liz.
[l] Ad pretium participandum. Ergo si ap. eo partitio seruum fecit.
[m] Alios amittendæ libertatis modos apud Auctores hic reperies, & l. Alios amittendæ libertatis modos. ad l. Iul. proc. l. 3. §. 1. vel lib. 4. de re milit. Vlp. in frag. tit. 3. Cod. qui 6. ad l. Iul. proc. l. 8. §. 1. vel tum. de iniust. cap. 11. Nihil interest, vtrum quis natus ex fœdere sit, an fœdus sit liber. seruus: at verò multum refert, vtrum quis natus, an factus sit liber.

De ingenuis.

TITVLVS IIII.

¶ *Definit ingenuum.*

[a] Hic totus tit. ex Mart. peritus est. l. 3. de Statu hom. Vlpia. in frag. tit. 1.

INgenuus est is [a], qui statim, vt natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis

genuis matrimonio editus est, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera, patre verò seruo ingenuus nihilominus nascitur quèadmodum qui ex matre libera, & incerto patre natus est: quoniã vulgo cõceptus est. Sufficit [b] autem liberam fuisse matrẽ eo tẽpore, quo nascitur, licet ancilla cõceperit. Et è contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit [c] eũ qui nascitur, liberũ natsci. quia nondebet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnãs manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit, liberũ an seruũ parat. Et Martianus probat liberũ nasci. sufficit enim ei qui in vtero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, vt liber nascatur. quod & verum est.

Cuius 1. Inst. tit. 3. Paul. lib. 2. Sent. capi. 25.

b Facit l. emãcipatũ. §. Si quis conceptus. De Senato.

c Placuit Adriano & Diuo Pio. l. Iuppe. 2. D. de stat. hom. l. Si ante. C. de pœnis.

d l. 2. C. de ing. manu. l. 21. De capt. e Seruum esse, & in seruitute, diuersa sunt: vnus proprietas, altera possessio significatur. Cuia.

f Ingenuitatis. Inde Paulus li. 3. Sent. Veritati, inquit, & origini ingenuitatis manumissio quocunque modo facti, non præiudicat. Cu.

g Non iuuere natam libertina conditione, Paul. lib. 3. Sent.

¶ *Naturalibus non officit manumissio.*

Cùm autem ingenuus aliquis natus sit, nõ officit [d] ei in seruitute [e] fuisse, & postea manumissũ esse: sæpissimè enim constitutum est natalibus [f] non officere [g] manumissionem.

DE

De Libertinis.

TITVLVS V.

¶ *Libertini qui dicantur: quid manumissio: & quo iure introducta.*

LIbertini sunt [a] qui ex iusta seruitute manumissi sunt: manumissio autem est [b], de manu datio. nam quandiu aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus liberatur à domini [c] potestate. Quæ [d] res à iure gentium originem sumpsit: vtpote quum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita. Sed postquam [e] iure gentium seruitus ingenuitatem inuasit, secutum est beneficium manumissionis, & cùm vno communi nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera esse cœperunt: liberi & his contrarium, serui, & tertium genus, libertini, qui desierant esse serui.

a Libertinus quid à liberto differat. Vlp. l. vlt. Si liber ing. esse dicatur. Valer. l. 4. ca. 1. Vlp. Inst. li. 1.

b Lex. Manumissio autem est de manumissio, id est, datio libertatis. Cetera etiã authoribus sibris vet. ita scribẽda sũt, vt in P. Fla. scripta est. l. manumissiones. D. de Iustitia & Iur.

c Abundat. à dominí.

d Ex Mart. l. 1. De stat. hom.

¶ *Varij manumittendi modi.*

Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris constitu-

e Ex Vlp. lib. 4. de Iustit. & Iur.

C

tionibus in sacrosanctis Ecclesiis [f], aut vindicta [g], aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentũ, aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas seruo competere potest, qui tam ex veteribus, quàm ex nostris constitutionibus [h] introducti sunt.

¶ *Manumissio cur voluntaria sit Iurisdictionis: vbique & quocunque fieri potest.*

Serui verò à dominis semper manumitti solent: adeò, vt vel in transitu manumittantur: veluti cùm Prætor, aut Præses: aut Proconsul in balneum, vel in theatrum eant.

¶ *Libertinorum multiplici statu extincto, vnica omnium est conditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.*

Libertinorum [i] autem status tripartitus antea fuerat: nam qui manumittebantur, modò maiorem & iustam libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorem, & Latini, ex lege Iulia Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dediticij [m]. Sed quoniam

[f] l. 1. & 2. C. de his, qui in sac. Eccl. manu. Hist. tripert. li. 1. ca. 9. & l. 1. C. de Lat. liber toll.

[g] Cors. Tac. li. 13. Polit. a Miscell. Cent. 31.

[h] l. 4. C. de Præpo. sac. cubic. l. Nemini. C. de Epis. aud.

[i] Theophil. eũ iter facit, περὶ ἐντρ., [k] Vlp. in fra, tit. 1. & 2. l. Cessa, vindicta. testamenta. Caius 1. Instit. tit. 1. in Alc. lib. 1. cap. c. 16. Quia si dediticii ita vocari, Theop. vid. Li. li. 1. Quæritur conuenit dediticiarum legendum esse dediticiarum numero, ex his quæ scripsit ad fragm. Vlpiani.

quoniam dediticiorum quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinem abierat: latinorum verò nomen non frequentabatur: ideóque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus [n] hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis, vna atque simplex [o] libertas competebat, id est, eadem quam habebat manumissor: nisi quòd, scilicet, libertinus fit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dediticios [q] quidem per constitutionem nostram expulimus, quam promulgauimus inter nostras decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano viro excelso Quæstore [r] nostro, antiqui Iuris altercationes placauimus. Latinos [s] autem Iunianos, & omnem quæ circa eos fuerat obseruantiam, alia constitutione per eiusdem Quæstoris suggestionem correximus, quæ inter Imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos, nullo [t] nec ætatis manumissi, nec domini [u] ma-

[n] l. 2. C. de dedit. lib. tol. l. 1. C. de Lat. lib. toll.

[o] Cicer. pro Balb. Hallic. lib. 4.

[p] Quidã, sit. habetur.

[q] De hib. Vl. in frag. tit. de liber. & Pe. lit. Miscel. 1. Cent. Caius lib. 1. tit. 1.

[r] Sic dicitur l. maximũ. C. de libe. præ.

[s] Eos eõ ornatus vocat Vlpian. de in frag. tit. 19. Vide ex Athen. lib. 6. varia manumissorum seu libertorũ genera apud Lucil. quæst. [illegible]

[t] [illegible]

[u] [illegible]

[illegible] Theophilus habet, dominij. Antonin. Aug. imperat. lib. 3. c. 7. l. Vnic. C. de mulier. Quæst. toll. Vid. Vlpian. frag. Hi[illegible]

numittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito (sicut iam antè obseruabatur) ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, per quos possit libertas seruis cum ciuitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

Qui, & ex quibus caussis manumittere non possunt.[a]

TITVLVS VI.

¶ Non licet cuiquam manumittere in fraudem creditorum: nisi inopi domino, vt seruum necessarium hæredem habeat.

NOn tamen cuicunq; volenti manumittere licet. nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil[b] agit: quia lex Ælia[c] Sentia impedit libertatem. Licet autem[d] domino, qui soluendo non est, in testamento seruum suum cum libertate hæredem instituere, vt liber fiat, hæréseque ei solus, & necessarius: si modò ei nemo alius ex eo testamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex caussa hæres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia prouisum est, & rectè. Valde enim prospiciendum erat, vt egentes homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel seruum suum necessarium hæredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias serui nomine vendant[e], ne iniuria[f] defuncti adficiatur[g].

¶ Institutus hæres seruus censetur libertate donatus.

Idémque iuris est, & si sine libertate[h] seruus hæres institutus est. Quod nostra constitutio non solùm in domino qui soluendo non est, sed generaliter constituit, noua humanitatis ratione: vt ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile, eum, quem hæredem sibi elegit, si prætermiserit, libertatis dationem, seruum remanere voluisse, & neminem sibi hæredem fore.

¶ Consilium fraudis & fraus ipsa concurrere debent, vt quis dicatur in fraudem manumisisse.

a Huc pertinet tit. Qui & à quibus manu. & tit. Quæ in fr. cred. ff.

b l. 1. qui manu po.

c Connan. lib. 2. cap. 5. Vipia. in frag. tit. 1. de Contra legit., licet tamen, vt sit particula exceptionis, vt apud Theophi. hic.

d Hæc de vulgari illo, res hæreditaria venditur, e familiæ nomine l. 4. De rebus auctor. Iud. poss.

f pro iniuria atque, vt l. 1. De minor.

g Tullius pro Quinct. Omnibus ex editio. & ge. l. Curator. de curat. fur. C. l. 3. de inoff. testa. in C. Theod. l. 23. Quæ in fraudem.

h Id est, nulla habita libertatis mentione, quamuis diu prohibita, non est constitutionis huius.

[a] Ex Cic. l. 1. Qui & à quib.

In fraudem [1] autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumittit, soluendo nō est: vel qui datis libertatibus, desiturus est soluendo esse. Præualuisse tamen videtur (nisi animum quoque fraudandi [2] manumissor habuerit) non impediri libertatem, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant. sæpe enim de facultatibus suis amplius, quàm in his est, sperant [3] homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cùm vtroque modo fraudantur creditores; id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eò quòd eius bona non sunt sufficitura creditoribus.

[1] l. Ait prætor. §. Qui infra cred. l. Velari qui transigere non negotiationes & in alienis regionibus exercent. d. l. 20. Qui & à quib.

[2] In Idq; in minorum fauorem, ne à seruis circumuenti facultates vilipendant. [3] Quidam hæredes, quam si dicto.

¶ *Minor annis viginti, non aliter seruum manumittere potest, quàm si causam probauerit: quæ autem sint iustæ causæ, hîc traditur.*

Eadem lege Ælia Sentia domino minori [10] viginti annis non aliter manumittere permittitur, quàm si vindicta [a] apud consilium, [o] iusta causa manumissionis approbata fuerint manumissi. Iustæ autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrē, aut matrem, filium, filiámve, aut fratres, sororésve naturales, aut pædagogum, aut

[10] Ex Mod. l. Matrimonij. Qui & à quib. & Vlp. l. fi collactaneus. de manu. vind.

[a] l. 4. & l. 9. de manu. vind. l. 2. §. Cæs. adue. li.

[o] Consilium exercere quid sit Theophi. hic & Vlp. in frag. tit. 1. Alex. l. 1. rap. ca. 41. Aust. Aug. cap. 2. lib. 1. Emend.

[p] aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnámve, aut collactaneum manumittat, aut seruum procuratoris [q] habendi gratia, aut ancillam matrimonij habendi causa [r]: dum tamen intra sex menses in vxorem ducatur, nisi iusta causa impediat: & sertus qui manumittitur, procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur. Semel autem causa approbata, siue vera sit, siue falsa, non retractetur [s].

[p] Ex Mod. l. Matrimonij. Qui & à quib. & Vlp. l. fi collactaneus. de manu. vind.

[q] Procuratores vel ad agendum constituuntur, vel ad administrandum: ad agendum, liberi & maiores annis 16. ad administrandum serui & minores.

[r] Exacto tamen prius in reiur. d. l. fi collact.

[s] l. 1. §. Cui plures sint, minus licet. l. cum in substitutione. de leg. 3.

¶ *Minori annis viginti, non antea licet priùs seruis testamento libertatem dare, quàm decimumoctauum annum attigerit.*

Cùm ergo certus modus manumittendi minoris viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus esset, eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testamentum facere, & in eo sibi hæredem instituere, legatáque relinquere posset: tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendum. nam cui totorum [t] suorum bonorum in testamento dispositio data erat: quare non similiter ei, quemadmodum alias res,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita & de seruis suis in vltima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis possit præstare? Sed quum libertas inæstimabilis res sit, [u] & propter hoc ante xx. ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi decimumseptimum annum impleuerit: [x] & decimumoctauum attigerit. Quum enim antiquitas huiusmodi ætati [y], & pro aliis postulate concesserit: cur non etiam sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?

u l. non est. §. Infinita. de reg. iu. & Nouel. 119. §. Sed & hoc. anno 14. dari potest libertas.

x Hac ætate Nerua filius pub'ice de Iure respondit. l. 2. §. Postulare. de post. a Vet. libr. Fusia.

y Caius 1. Inst. tit. 2.

z Fl. Vopisc. in vita Taciti. Seruos, ait, omnes vrbanos manumisit virtusque seruis lata certa tamen, ne Caninium transire videretur Vlpia. in fragm. 1.

De lege Fusia [a] Caninia [b] tollenda.

TITVLVS VII.

¶ Ex hoc tit. regula ducitur, Quicquid conceditur inter vivos, multo magis concedendum esse in vltimis voluntatibus.

LEge Fusia Caninia certus modus constituitur [c] erat in seruis testamento

mento manumittendis: quam, quasi libertates impedientem, & quodammodò inuidam, tollendam esse censuimus: quum satis fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere totam suam familiam [d] libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus [e] autem huiusmodi licētiam adimere.

a Familia hic significatione veteri pro bona seruorum significat: à famulo enim familia dicitur Mynsi. ex Festo, Theophi. habet οἰκίαν τὰς οἰκέτας. Vid. l. 2. §. Familia. ff. Verb. sign. & l. 1. C. de sacros. Eccl.

b Theoph. habet, Fusiæ Aquiliæ.

c Hæc diuis. ex l. lib. Inst. Caij. & l. 1. hoc tit.

d Potestatem hic accipe non quamlibet, sed summam & ἀκραν, vt definit Theo. aliter enim plerunque sumitur, vt l. potestatis. 215. De verbo. signific.

De his qui sui, vel alieni Iuris sunt.

TITVLVS VIII.

¶ Exposita prima iuris personarum diuisione quæ est iuris gentium: sequitur altera quæ videri potest esse iuris Ciuilis.

SEquitur de iure personarum [a] alia diuisio [b]. Nam quædam personæ sui iuris sunt, quædã alieno iuri subiectæ: Rursus earũ, quæ alieno iuri subiectæ sunt, aliæ sunt in potestate parentum, aliæ in potestate dominorum. Videamus itaque de his quæ alieno iuri subiectæ sunt. nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui iuris sunt. ac prius inspiciamus de his, quæ in potestate dominorum sũt.

a Theophi. habet, Ἀνθρώπων ἰδιότητα.

b Hæc diuis. ex l. lib. Inst. Caij. & l. 1. hoc tit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *De potestate dominica: & quare paulatim temperari legibus ciuilibus cœperit.*

§ In potestate itaque [a] dominorum sunt serui. quæ quidem potestas, Iuris gentium est. nam apud omnes peræque gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcunque per seruum adquiritur [b], id domino adquiri. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub Imperio nostro sunt, licet sine causa legibus cognita, in seruos suos supra modum sæuire. Nam ex constitutione [c] diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minùs puniri iubetur, quàm si alienum seruum occiderit. §. Sed & maior [d] asperitas dominorum [e], eiusdem Principis constitutione coercetur. nam Antoninus cõsultus à quibusdam Præsidibus prouinciarum de his seruis, qui ad ædem sacram [f], vel ad statuam Principum confugiunt [g], præcepit, vt si intolerabilis videatur sæuitia dominorum, cogantur seruos suos bonis [h] conditionibus vendere, vt pretium dominis daretur. & rectè: expedit enim Reipubli-

a *Gen. 16. 6. Abraham ad Sarã inquit, Ancilla tua in manu tua est, vtere illa vt lubet, &c.*
b *Nam quum seruus possideatur, ipse aliquid possidere non potest.*
c *Vid. Sene. cam. lib. 3. de benef.*
d *Hic §. & seq. descripti sunt ex Vlp. l. 2. hoc tit.*
e *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7.*
f *Vid. Nouel. constit. 17. Ita Iudeis vniuersitates sex pro asylis constitutæ erant: Numero. 35. Deut. 19. & Iosue 20.*
g *Asyla seruorum. ti. C. de his qui ad Eccl. conf. & de his qui ad stat.*
h *Iusto pretio. vt Vlp. 12. de relig.*

ca-

cone sua re quis malè vtatur. Cuius rescripti ad Æmilium Martianum missi, verba sunt hæc, *Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum eas suum detrahi:* [i] *sed & dominorum interest ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis qui iustè deprecantur. Ideoque cognosci de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confugerunt, & si vel diutiùs habiti quàm æquum est, vel infami* [k] *iniuria affecti esse cognoscuntur, venire iubet, vt in potestatem domini non reuertantur.* [m] *Quòd si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum aduersus se seuerius exequuturum.* [n]

i *Ne à primo quidem memineriut. 6. C. vnde vi. VVes.*
k *vt pudoris violatæ. vid. l. fi. C. de spect. lib. 11.*
l *q. d. exitium aliquem inuehat, ne cognitionis, ne sit inanis. Mynsin. Est similis locus in l. 1. §. Si quis vltra de quæst.*
n *Id est, animaduersurum §. pœna arbitraria, cuiusmodi semper subintelligitur vbi nulla est diserte à lege expressa. gl. in l. 1. C. de sacros. eccles. VVes.*

De patria apotestate.

TITVLVS IX.

IN potestate nostra [b] sunt liberi nostri, [c] quos ex iustis nuptiis procreauimus. Nuptiæ autem, siue matri-

a *Vide Sigon. de ant. ciu. Rom. lib. 1. c. 10.*
b *Ex Vlp. l. 4. de his qui sunt sui.*
c *Sororum appellatione continentur & nepotes. l. liberorum. de verb. sig.*

monium

monium, [d] est viri & mulieris coniunctio, individuam vitæ consuetudinem [e] continens.

Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium [f] est ciuium Romanorum: nullum enim alij sunt homines, qui talem in liberos, [g] habeant potestatem, qualem nos habemus.

¶ *Qui sint in potestate patria, vel non sint.*

Qui igitur ex te & vxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & vxore eius nascitur, id est, nepos tuus & neptis, æque in tua sunt potestate, & pronepos, & proneptis & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum.

d *Ex Mod. l. de ritu nup. Gell. lib. 4. c. 3.*

e *Hoc est, societatem domesticam, & communicatam. in quibus est forma huius communionis.*

f *Iam inde à Romulo moribus receptus vide Acciar. 2. Disputat. c. 12. & seq. Val. Max. li. 5. c. 2. de Cost. in. Hodie D. Antonini constitutione in l. Qui in orbe. ff. ad Municip. omnes qui in orbe Rom. sunt, ciues Rom. esse dicuntur.*

g *Omnia, not at lib. 2. cap. 13. vide Hallcar. lib. 2. facit Vlp. l. 1. de his qui sunt sui.*

De nuptijs.

TITVLVS X.

¶ *Ad ius personarum in primis pertinent Nuptiæ: quarum duæ species hic recensentur. Iustæ, id est, legitimæ iure Quiritum, & Iniustæ, quæ variij generis sunt.*

Iustas

a *Quidam Codices. De iustis nuptiis.*

IVstas autem nuptias inter [b] se ciues Romani [c] contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt: masculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes, siue patres familarum sint, siue filij familiarum: dum tamen si filij familiarum sint, consensum [d] habeant parentum quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis ratio suadet, [e] intantum, vt iussus [f] parentis præcedere debeat.

§. Vnde quæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius vxorem ducere possit? Cumque super filio variabatur, [g] nostra processit decisio, qua permissum est ad exemplum filiæ furiosi, filium quoque furiosi posse & sine patris interuentu matrimonium sibi copulare, secundum datum ex nostra constitutione [h] modum.

¶ *Nuptiæ prohibitæ inter parentes & liberos, siue naturales, siue adoptiuos etiam adoptione per emancipationem solata.*

b *Idem Iulian. Dest. cap. 7. Idem Athenienses obseruarunt. Demosth. contra Neæra. vide Strab. & Hallcar. & Sig. de Iur. ant. ciuit. Rom. li. 1. cap. 9.*

c *Caius 1. Inst. tit. 4.*

d *Expressum, vel certe tacitum.*

e *Ciuilis, id est, patria potestas. Naturalis, id est, Ius gentium quo videlicet cognatorum id est, vt parentibus & patrijs pareamus.*

f *Iussus, pro voluntate vt*

in l. Si filiæfilia. §. Quoniam. ff. De inoff. test. Ratihabitio itaque non sufficeret. l. 5. C. de nup.

g *Dubitabatur. in l. si furiosi. 22. C. eod. h l. Iam dementis. C. de epist. aud. l. si furiosi. C. eo. Frustra enim expellatur patris consensus, qui nullus est. l. furiosi. de reg. iur.*

Ergo

Ergo non omnes nobis vxores ducere licet, [i] nam à quarundam nuptiis abstinendum est. inter eas enim personas, quæ parentum, liberorúmve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, vel matrem & filium, vel auiam & nepotem: & vsque in infinitum. Et si tales personæ inter se coierint, nefarias atque incestas [l] nuptias [m] contraxisse dicuntur. §. Et hæc adeò vera sunt, vt quamuis per adoptionem, [n] parentum, liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iungi: [o] in tantum, vt etiam dissoluta adoptione, idem iuris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit, non poteris vxorem ducere, quamuis eam emancipaueris.

i Vlp. in fragm. tit. 5. & l. 55. de rit. nuptiar.

l Incestum Nonio pollutum est nuptias cum filia quas orbabatur sponsa.

Quare antiquis vocat Græcorum sacrum: nostri flagitium in propinquos commissum incestum dicunt VVes.

m Vide l. fratris. l. pen. & vlt. C. hoc tit. nl. 11. v. de rit. nupt.

n Propter pudorem & vinculum ciuile.

¶ *Nunc egit de nuptijs prohibitis inter cognatos ex transuerso gradu.*

Inter eas quoque personas, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio: sed non tanta. Sanè enim inter fratrem sororémque [p] nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre, eademque matre nati fuerint, siue ab altero eorum [q]. §. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit, quandiu quidem constat adoptio, sanè inter te & eam nuptiæ consistere non possunt: [r] cùm verò per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam vxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis generum adoptare velit, debere eum antea filium suum emancipare: & si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare.

p Non enim in infinitum per transuersum in linea recta Vide VVes.

q Etiam vulgo quæsita l. 14. De rit. nuptiis.

r Verum. sine alterutro eorum patre consanguinei eodem sed diuersis matribus prognati Solon. ὁμοπατρίους vel vterini, quos ὁμογαστρίους vocant, eademmatre, sed alio patre ijsdemque cum ingenua permittebat.

§. Fratris verò, vel sororis [s] filiam, vxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quamuis quarto gradu sint. cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

s Ex Caiod. 7. De rit. nup.

§. Eius verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi coniungitur.

t l. 11. C. eod. l. 12. De rit. nup.

§. Duorum [t] autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris & sororis, coniungi possunt. [v] Item amitam, licet

u Consobrinorum nuptias lege primum Mosaica permissas, Genes. c. 29. & Iure ciuili hic: & l. 14. §. Filiam. Ad Trebell. l. 19. C. eod. tit. Theoph. habet negationem ἀδύνατα συνάπτεσθαι.

adopt

adoptionam, ducere, vxorem non licet. item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam [x] & matertera magnam prohiberi vxorem ducere.

¶ *Prohibitæ nuptiæ adfinitatis veneratione.*

Adfinitatis quoque veneratione à quarundam nuptijs abstinere necesse est: vt ecce priuignam, aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco sunt. Quod ita, scilicet, accipi debet, si fuit nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est, ideo eam vxorem ducere non poteris, quia duas [b] vxores eodem tempore habere non licet. §. Socrum quoque & nouercam prohibitum est vxorem ducere: quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demum adfinitate [c] procedit. alioquin si adhuc nouerca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est, communi iure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus

[x] *quia mater in loco sunt. §. seq. infra. Sic dicta, quod sit genita antequam mater secundo nuberet. Festus.*

b l. 1. §. vlt. l. 13. §. 2. De his quæ not. infa. Imo ne dare quidem sponsam nec vxori vnam & sponsam alteram. l. 3. C. de donat. ant. nupt. De duobus vxoribus ducendis lege vide Valentin. Hoffert. tract. lib. 1. cap. 12.

c Id est, dissolutis nuptijs, quibus contracta fuit affinitas l. 14. De rit. nupt. l. Sexper in. De ritu.

duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes. Mariti [d] tamen [e] filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contrà, matrimonium rectè contrahunt: licet habeant fratrem sororémve ex matrimonio postea contracto natos. [f]

d Ex Papin. l. 14. §. Interd. De rit. nupt. l. Titia qua. De verbor. obl.

e A'ids. verò.

f Nam affinitatis vtra personas iunctas non extenditur. VV.

¶ *Altera exceptio, ob publicam honestatem.*

Si vxor [g] tua post diuortium ex alio filiam procreauerit, hæc non est quidem priuigna tua, sed Iulianus ab hujusmodi nuptiis abstineri debere ait. Nam constat nec sponsam filij, nurum [h] esse, nec patris sponsam, [i] nouercam esse: rectius tamen, & iure facturos eos qui ab huiusmodi nuptiis abstinuerint. §. Illud certum est, [k] seruiles, [l] quoque cognationes impedimento nuptiis esse: si fortè pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.

§. Sunt & aliæ personæ, [m] quæ propter diuersas rationes, nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digestorum, seu Pandectarum ex iure vetere collectarum enumerari permisimus.

g Ex l. 12. §. 1. De rit. nu. 2.

h Nota sponsam proprie vxorem non esse. Bar. & Dec. in l. 1. C. Vndevi.

i Ex Vlp. d. l. 12. §. 1.

k Ex l. 14. §. 1. ill. tit.

l Quæ in ipsa seruitute contracta sunt. d. l. 14. §. 1.

m Repete ex tit. ul. De rit. nup. & Accurs. hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Effectus nuptiarum iustarum vel iniustarum.*

Si aduersus ea quæ diximus, aliqui coierint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ nec matrimonium, nec dos [n] intelligitur Ita que ij, qui ex eo coitu nascũtur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantùm ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgò concepit. nam nec hi patrem habere intelliguntur, [o] cùm & iis pater incertus [p] sit. vnde solent spurij appellari ἀπὸ τοῦ σπείρω [q], & ἀσπόρους, quasi sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis [r] exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus [s] continentur.

n *Quæ sine iusto matrimonio esse non posse. l. 3. De iur. dot.*

o *Nec patrem certò posse dimonstrare, ex Modest. l. 23. De stat. hom. Cuiac. ita legit, quamuis etiam incertus est. Vide Diogē. in apophth. in scortum.*

q *Plutarch. in problem. Theophi. vocat ἀπαν. id est spurium, vulgò prouisiuè.*

r *Hæc verba non agnoscit Theophi.*

s *Tot. tit. C. De incest. nup. l. 38. Adleg. Iu. De adult. Nouell. constit. 12.*

¶ *Duobus modis naturales liberi, sunt legitimi.*

Aliquando autem euenit, vt liberi qui statim, vt nati sunt, in potestate parentum non sunt, posteà redigantur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis fuerat, posteà curiæ [t] datus, potestati patris subijcitur necnon is qui à muliere libera [v] procreatus, cuius matrimonium [x] minimè legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, posteà ex nostra constitutione dotalibus [y] instrumentis compositis, in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio posteà fuerint procreati, similiter nostra constitutio [z] præbuit.

t *Hic modus faciendi legitimi manat ex constitutione Theodosii in l. 3. C. de nat. lib. & Leonis in l. 4. eod. in qua & exemplum Pisiocali ponitur, à patre oblati curiæ Bellr. ciuitatis, &c.*

v *Libera, id est, ingenua. l. Plan. 5. Cum quis. C. de nat. lib. Idem tamen est, si ex libertina vel ancilla. ex Nouel. 18. §. vlt. & Nouel. 89.*

x *Vid. Alc. li. 3. Parad. cap. 16.*

y *l. 10. C. De nat. lib. Iust. habet, nuptiis libus.*

z *l. naper, 11. C. de nat. lib. & Caius 1. Inst. cap. 5. Vlp. in frag. tit. 5.*

De adoptionibus.[a]

TITVLVS XI.

¶ *Potestatis patriæ duæ sunt species: altera Adrogatio, altera adoptio dicitur. Illa Principis authoritate, eos qui sunt sui iuris, adrogamus: hac verò in alterius potestate existentes, imperio magistratus adoptamus.*

NOn solùm autem naturales [b] liberi, secundum ea, quæ diximus in potestate nostra sunt, verum etiam ij, quos adoptamus. Adoptio [c] autem

b *Duobus casibus adoptio fieri facit, si fœmina adoptauerit. Instit. Principum. extraneus à patre filium in adoptionem*

c *Hoc Caius l. 2. ff. eod.*

duobus modis fit: aut Principali [d] rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris authoritate adoptare quis potest eos, eásve, qui, quæue sui iuris sunt. quæ species adoptionis dicitur Adrogatio [e]. Imperio magistratus adoptamus eos, eásve, qui quæve in potestate parentum sunt. siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est, filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

d l.2. C. eod.

e Gell. 5. c. 19.

f Extat in l. pen. Cod. g Intro si l'icet & potestatu patria, Ac quia hoc loco agit. h Adoptiuo fi'l'icet se in bonis patris adoptiui interstato uacerui. d. l. pen. §. sed & §. sed etiam 2. infra de hered. qua ab intest. de obi etiam auo paterno, legendum est retractibus libris scripsit.

¶ *Discrimen inter adoptionem factam ab extraneo & quouis ascendentium.*

Sed hodie [f] ex nostra constitutione, cùm filius familiâs à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam [g] ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est: licet ab intestato iura successionis ei [h] à nobis tributa sint. Si verò pater naturalis non extraneo sed auo filij sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo, [i] vel proauo simili modo paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in vnam personam

sonam & naturalia, & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum [k], vt & in familia [l] & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

k Legendum Nota. constitutionem.

l Ce. pro domo sua & lib. 2. De legibus. Dion. lib. 40. & 46.

¶ *Ratio impuberis abrogandi.*

Cùm autem impubes per principale rescriptum adrogatur, causa [m] cognita adrogatio fieri [n] permittitur: & exquiritur causa adrogationis. An honesta sit expediátque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus adrogatio fit, id est, vt caueat adrogator personæ publicæ [o], si intra pubertatem pupillus decesserit testituturū se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent.

m Causas, ob quas non potest adrogari. vid. l. 15. & se quela.

n Ex constitutione Antonini Pii, autore Vlp. in frag. ti. 8. Gell. lib. 5. c. 19. Paul. l. vl. Si quid in fraud. patro.

o Plin. Epist. 2. Epist. 18.

¶ *Iura adrogati.*

Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita, dignus emancipatione fuerit: & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater eum exhæredauerit, vel vnus fine iusta causa emancipauerit, iube-

p Recte in lib. scripto persona publica, hoc est, statua rio, vt in l. Orphaus tropl. us.

c. de Episc. & Cleric. ne subaudiatur Magistratus. §. pen. infra de Attil. tut.

q Id est, ipsius adrogati sua abusiuè accipitur. vt alibi sæpè. 2. Qui sanè. cog. Aut. §. vlt. De legat. 2. & l. 15. Ad Trebell.

tur quartam partem ei bonorum suorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum ei posteà adquisiuit.

¶ *Qui adoptare possint.*

Minorem ¶ natu, maiorem non posse adoptare placet. adoptio enim naturam [r] imitatur: & pro monstro est, vt maior sit filius, quã pater. Debet itaque is qui sibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit[s], plena pubertate[t] id est, decem & octo annis præcedere.

¶ *Qui adoptari possint.*

Licet[t] autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum filij.

§. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio, quem habet jam adoptatum, vel quasi ex illo quem naturalem in sua potestate habet. eo casu & filius consentire debet[u], ne ei inuito suus hæres[x] adnascatur: sed ex contrario si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire.

¶ *Legi*

q l. 15. §. vlt. cum l. seq. ff. eod.
r. Adoptiuum naturæ imaginem vocat Paul. l. 23. De lib. & posth. & l. 43. hic vid. Suet. in Tyber. c. 2. C. pro domo sua.
s Fac. l. Mela. 14. De alim. leg.
t Ex Paul. l. 37. & 43. hic.
v Ex Paul. l. 6. & 11.
x Suus hæres quis dicatur. Haron. in comment. verb. Iur.

¶ *Legitimorum & adoptiuorum comparatio.*

In plurimis autem causis [a] adsimilaturis, qui adoptatus, vel adrogatus est ei, qui ex legitimo matrimonio natus est: & ideo si quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ non extraneum [b] adoptauerit: potest eundem in adoptionem alij dare [c].

¶ *Commune adoptionis & adrogationis.*

Sed & [d] illud verius est, adoptionis cõmune est, quòd & ij, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt: castrati[e] autẽ nõ possunt.

¶ *Fœminæ quo casu adoptent.*

Fœminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent sed ex indulgentia Principis ad solatium liberorum [g] amissorum adoptare possunt.

¶ *Quid differat adoptio ab adrogatione.*

Illud proprium est adoptionis illius quę per sacrum oraculum [h] fit, quòd is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solùm ipse potestati adrogatoris subiicitur, sed etiã liberi eius in eiusdem fiunt [i] po-

a Fac §. Adoptiui. De exhib. lib.
b Hoc addit l. pe. C. eo.
c Velut pater naturalis filium adoptandum dare potest. VV. d Ex Cels l. 2. hic. De castratis, spadonibus, ibi hãc. Anton. Aug. emend. lib. 3. cap. 5. Alcia. in l. Spadonum. Deverb. sig.
e In quibus vitium est sanabile.
f Quia nulla spe parentes esse possunt.
g Trium videlicet l. 5. C. eo. Tot enim trium liberorum multis præmia gratiæ fuit honorarium.
h Cuius ha-

ber per Principem, d. l. 2. i. Al. veniunt.

testate, tanquam nepotes. sic etenim diuus Augustus nō [k] ante Tiberium adoprauit, quàm is Germanicum [l] adoptasset: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

¶ *Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nanciscitur.*

Apud Catonem [m] bene scriptum refert antiquitas, seruos, si à domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari [n]. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione [o] etiam eum seruum, quem dominus actis interuenientibus [p] filium suū nominauerit, liberum esse constituimus: licet hoc ad ius sibi acipiendum ei non sufficiat.

[k] Suet. in Aug. cap. 19.
[l] Drusi frater filium: Herwin Augusto cap. 15. in M. minit Pomp. l. 2. §. Post hos. De orig. iur. Et reg. Cato. l. 4. §. Cato. De verb. ob. Gell. lib. 13. cap. 18.
[m] Gell. lib. 5. cap. 19
[n] Ulpian. §. Similique modo. C. de Lat. lib. tol.
[o] Apud acta testatorum magistratus, videlicet. VVes. a Quidam volunt verbum patria expungendū, quia hic non solum de patria, sed de libertate loquatur. Exempla tamen quæ postea subiecta sunt ad dissolutionem patriæ potestatis congruunt. q Caius. 1. Inst. 6. Vlp. tit. 10. frag.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

TITVLVS XII.

¶ *Tractat hic modos dissolvendi sex. Primus mors naturalis.*

VIdeamus nunc quibus modis ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo

iure liberentur, Et quidem (quemadmodum liberentur serui à potestate dominorum) ex iis intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superiùs exposuimus. Hi verò, qui in potestate parentis sunt, mortuo eo, sui iuris fiunt [c]. Sed hoc distinctionem recipit. nam mortuo [d] patre, sanè omnimodò filij, filiæve sui iuris efficiuntur. Mortuo verò auo, non [e] omnimodò nepotes neptésque sui iuris fiunt: sed ita, si post mortem aui in potestatem patris sui [f] recasuri [g] non sunt. Itaque si moriente auo pater eorum viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui in potestate patris sui fiunt. Si verò is, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est, aut per emancipationem exiit de potestate patris: tunc ij qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris [h] fiunt.

¶ *II. Mors ciuilis, scilicet, deportatio, quæ qua si mors dicitur, l. Verum. §. Societas. ff. pro socio*

Cùm autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur, ciuitatem [a] amittit: sequitur, vt qui eo modo ex numero ciuium Romano-

[c] l. 13. Quando dies leg. vel fid. ced. potestas enim patria personalis est, quia ex generatione existit: eique ad heredem non transit. VVes.
[d] In cuius potestate erat filij.
[e] al. Omnino.
[f] Vlpian. in frag. tit. 10.
[g] l. 4. §. Debit qui sunt sui vel al. iur.
[h] l. si pater filium. 4. ff. de adopt.
[a] Vlp. deportati dicuntur desinere esse ciues. l. 1. §. 1. quibus. De legib. 3. Antonius. peregrini. l. 1. C. De hær. instit.

rum tollitur, perinde quasi eo mortuo, desinant liberi in potestate eius esse. Pari ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis: sed si ex indulgentia Principis restituti [b] fuerint, per omnia pristinu statum recipiunt.

§. Relegati autem patres in insulam, in potestat e liberos retinent. Et ex contrario, liberi relegati, in potestate parentum remanent.

¶ Tertius modus seruitus pœnæ.

Pœnæ seruus affectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum [d] damnantur, & qui bestiis subiiciuntur.

¶ IIII. Dignitas summa, Summa autem, non quidem gradus Consulatus enim maior est hoc modo, sed duratione, quia perpetua: cæteræ, dignitates temporales. A. Cont.

[b] *Theoph. Habet ciuitatem redditi,* ἀποδεδοται πολιτεια. *Cuiac. nota. Aut specialis est restitutio, aut generalis, hæc strictè accipienda est, vt pœna tantum gratiam faciat, & reditum in patriam restituat. l. Tutor. l. si ademptis. l. Generalit. C. de sent. pass. l. 4. C. de bon. proscr. Illa si excepta sit in rescriptis, neque hoc iuris. Restituere in integrum, plenissima & latissima est. l. 1. l. vlt. §. vlt. C. de sent. pass. l. 1. D. eod. & ideo patriam potestatem cæteraque omnia restituit: sicuti est si finita sit, vt in specie l. 2. & l. in fatum. C. eod. & l. 2. D. eod. & l. 1. C. de sent. Pass. qui locus hunc pulchrè illustrat.*

[d] *Grauitatem huius supplicii describit Diodor. Sicul. lib. 6.*

Filius

Filius familiâs si militauerit, vel si Senator, vel Consul [e] factus fuerit, remanet in potestate patris. militia enim, vel consularis dignitas, de patris potestate filium non liberat. Sed ex constitutione nostra summa Patriciatus dignitas illico, imperialibus codicillis [f] præstitis, filium à patria potestate liberat. quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum, potestatis suæ nexibus filium liberare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem [h] elegit, ab aliena eximere potestate?

¶ V. Captiuitas, quæ non tam soluit, quàm suspendit patriam potestatem.

Si ab hostibus captus fuerit parens, quanuis seruus hostiũ fiat, tamen pendet in liberorum, propter ius postliminij: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt, idcireo reuersus etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit, exinde ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius, nepósve si ab hostibus

[e] *l. 3. C. de adop. Nouel. cxiiii. 1. Vide Italicar. lib. 2.*

[f] *Sunt diplomata collata à Principe beneficium continentia. l. 4. de excusat. tut. Nou. 81. Sueton. in Claud. cap. 29.*

[g] *Cuiac. nota. omnes ver. Cod. habere relaxare.*

[h] *Non loquitur hîc de patriciatu illo Rom. quem fuit olim à primis Senatoribus oriundi adscribebant: sed de illo qui sub Augustis præcipuo ordini fuit attributus. l. 3. C. de Consul. li. 10. in quem allecti, velu-*

ti parentes stibus captus fuerit: similiter dicimus, xenitibantur propterius postliminij, ius quoque pote
vpharipis. l. statis parentis in suspenso esse.
vltim. C. de
eman. Hic §. §. Dictum est autem postliminium
iure nouiss. a limine & post. Vnde eum, qui ab
correctus est hostibus captus est, & in fines nostros
à Iustiniano postea peruenit, & postliminio reuer-
in auth. con- sum recte dicimus. Nam limina, sicut
stit. quæ de in domo finem quendam faciunt, sic
dign. & vlt. & Imperij finem esse limen, veteres
constitu. lib. voluerunt. Hinc & limen [k] dictum est,
10. C. Vvest. & Myos. quasi finis quidam & terminus: ab eo
v. Cic. in To- postliminium dictum est, quia ad idem
pica. Varias limen reuertebatur, quod amiserat.
refert huius Sed & [l] qui captus victis hostibus re-
verbi etymo cuperatur, postliminio rediisse existima
logias. tur.

[k] Vide Cic. in Topic. Alij legunt, limes dictus est. Siculus Flaccus, de cond. agr. Hyginus de limitibus.

¶ *Sextus modus, emancipatio.*

Præterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse. sed emancipatio antea quidem vel per antiquam [m] legis obseruationem procedebat, quę per imaginarias

[l] Ex Flor. l. 26. de cap.

[m] Leg. xii. tab. quæ quidem, vt Hesiod. scribit ἐφ' ἑπτὰ πενταετηρίσιν ἀνδρικὸν ἥβης μέτρον ἐκτῖσαι τὴν ἐπίθεσιν ἐν ἀγορᾷ, est ergo alia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quæ fit ex Imperatoris rescripto, alia Iustiniana. De emancipationis veteri ritu, Caius 1. Instit. tit. 6. Paulus l. 3. §. 1. de capit. diminu. Rouell. 31. Boetius in Topic.

[n] venditiones, & intercedentes manumissiones celebratur, vel ex Imperiali rescripto. Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per constitutionę reformauit: vt fictione pristina explosa, recta via ad competentes iudices, vel magistratus, & parentes intrent: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à sua manu dimittat. Et tũc ex edicto Prætoris in bonis eiusmodi filij, vel filiæ, vel nepotis vel neptis, qui, quæue à parẽte manumissus, vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur [q] parenti, quę tribuuntur patrono in bonis liberti.

[n] l. pen. & vlt. de emanc. liber. d. l. 3. de cap. diminu.

[o] Magistratus populi Romani.

[p] Manu capale.

[q] Ex fiducia contracta scilicet, alioquin extraneis cui venderetur filius, manumittebat, non frater. Cant. v. Exc Caio. l. 27. de adoptionibus.

§. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione tutelam eius nasciscitur. Admonendi [r] autẽ sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in potestate habet, filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò, vel neptem retinere: & è conuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem verò, vel neptem manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse intelligantur.

[r] Exc Caio. l. 27. de adoptionibus.

¶ *Septimus*

¶ *Septimus modus adoptio.*

Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, & hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem Iudicem manifestauerit, præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, necnon eo præsente, qui adoptat, soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona, & adoptionem esse plenissimam antea diximus.

1 In adoptione, adoptatoris & adoptati ipsa statur voluntas. l. 5. De adop.

§. Illud autem scire [t] oportet, quòd si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur: in potestate tua nascitur. Quòd si post emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit, patris sui emancipati, vel aui adoptiui potestati subiicitur. Et qui dem [u] neque naturales liberi, neque adoptiui vllo penè [x] modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere.

t Vide Hermog. libr. 1. tit. 17.

u Ex Marc. l. 31. de adopt.

x Hoc ideo addidit, quia quibusdam casibus filium emancipare cogitur pater. Accurs. hic. vid. l. 32. de adop.

De

De Tutelis. [a]

TITVLVS XIII.

¶ *Secundæ personarum diuisionis subdiuisio: tutela, tutorúmque definitio & etymologia. l. 1. D. de tutelis.*

TRanseamus nunc ad aliam diuisionem [b] personarum. Nam ex his personis quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro iure tenentur. Videamus ergo de his quæ in tutela, vel in curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his, quæ in tutela sunt.

§ Est autem [c] tutela (vt Seruius definiuit) vis [d] ac potestas in capite libero [e] ad tuendum eum, qui per ætatē se ipsum defendere nequit, iure ciuili [f] data ac permissa. [g]. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores: sicut æditui [h] dicuntur, qui ædes tuentur.

a Caius 1. Instit. tit. 7. Vlpia. tit. 11. & Sigo. li. 1. c. 13. de Iur. antiq. ciuit. Rom.

b Cuiac. natur. li. 2. c. 1.

c Ex Paul. l. 1. eod.

d Theophil. habet ἐπιτροπὴν ἐξουσίαν τινὰ ἐλευθέρου & in liuo.

e Pro, in capite liberum, Gell. lib. 5. c. 19. Vlpia. in frag. tit. 11.

f Lege Duodecim tab.

g Datur legitima: permittitur Testamentaria, Datiua ex aliis legibus descendit.

h Seruius vocat ἱερεῖς λακκα. l. 20. §. 1. de annuis leg. Plinius lib. 14. cap. 7. Tutelarium. Gellius lib. 12. cap. 10.

De

De tutoribus testamento datis.

Permissum est i a quo parentibus [i] liberis [k] impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodò: nepotib[us] verò neptibusq[ue] ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri.

§ Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, quamuis in potestate tua fuerint: scilicet, quia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

§ Cùm autem in compluribus aliis causis posthumi pro iam natis habeantur [l], & in hac causa placuit non minùs posthumis, quàm iam natis testamento tutores dari posse: si modò in ea causa sint, vt si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes [m], & in potestate eorum fierent.

§ Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento, confirmandus est ex sententia Præsidis, omni modo, id est, sine inquisitione [n].

i l. 2. de test. tute. l. 2. de cu'ga.

k Et. am inutiliter. 6. de tuto. trem ex hæredatis. l. 4. de test. tut. Plat. tr. de legi. Liulus di'. Anco Martio.

l Vbicunq se de eorum commodo agitur. ff. Ha. om. sui & in potestate nascerentur.

m A parente tutor emancipato datus sine inquisitione confirmatur: naturalis datus nõ item, nisi ei aliquid relictum sit, a matre nunquam datur, nisi instituta. l. pater. ff. de test. tut. Et quia

n l. 4. Cen. tollenda est negatio in illa loco Quando autem eos, & ex quidem ex inquisitione ei confirmandus est. Cuia.

Qui

Qui testamento tutores [a] dari possunt.

TITVLVS XIIII.

DAri autem tutor potest testamento non solùm patrifamilias, sed etiam filiusfamilias [b]. Sed & seruus proprius testamento [c] cum libertate, rectè tutor dari potest. Sed sciendum est, cum & sine libertate [d] tutorem datum, tacitè libertatem directam accepisse videri: & per hoc rectè tutorem esse. Planè si per errorem [e], quasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum est. Seruus autem alienus purè [f] inuti-

a Harmen. lib. 1. tit. 11.

b Paul. l. 33. §. vlt. de test. tut. vbi Flam. Cuiac. lib. 2. & 4. obs. l. 17. Ad Treb. lib. 11. Cath. libr. 11. cap. 10.

c Hoc modo, seruus noster Stichus liber & tutor esto.

d Stichus seruus meus tutor esto.

e Imò fideicommissariè. l. Et si nõ adscripta. C. de

fid. lib. l. Sibi dictus. §. vlt. D. de testam. tut. l. Generaliter. §. Si quis tutorem. D. de fid. lib. idque verum est, sine inspectatus sit pupillus, sine exhæredatus: nam pupillo inspectato perinde liberum ex §. Cassianus competit, atque si vt oportuit ex causa fideicommissi manumissus esset. & hinc Paulus scribit lib. 4. Sententiarum de fid. lib. Instituatur verò vel exhæredetur, ita & ex tacita institutione in loco directam libertatem tribuit. inuita Imperatore nulla. Cuiacium videtur & in hac specie Paulus directam libertatem tribuere in l. Quare. §. vlt. D. de test. tut. id autem ideo quia testator seruum quasi liberum duplici nomine. L. Erotem appellauit.

f Lege de testatur.

g Intelligo quoad verba & sententiam. nam illa datio, Sticbus tutor esto, non est pura quoad sententiam: cum subaudiatur conditio. Cum liber erit: & sic Centum conciliat l. 10. §. vltim. de testamen. tutel.

liter testamento datur tutor: sed ita.

CVM LIBER ERIT, vtiliter datur.

Proprius autem seruus inutiliter [h] eo modo tutor datur. Furiosus, vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cùm cõpos [i] mentis, aut maior viginti quinq; annis fuerit factus. Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel aute hæredis institutionem posse dari tutorem, non dubitatur.

§ Certæ autem rei, vel caussæ tutor dari non potest: quia personæ [m], non caussæ, vel rei tutor datur.

¶ *Interpretatur illam dãdi tutoris formulam, Titius filiis vel filiabus meis tutor esto.*

Si quis filiabus suis, vel filiis tutores dederit, etiam posthumæ, vel posthumo dedisse videtur: quia filij, vel filiæ appellatione, & posthumus & posthuma continentur [n]. Quòd si nepotes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati sint? Dicendum est, vt & ipsis quoque dati videantur, si modò liberos dixerit. Cæterùm si filios, non continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. Planè si posteris [p] dederit, tam filij posthumi, quàm cæteri liberi continebuntur.

De

[h] *Nam quæ in nostra potestate est in casum conferri non oportet. Cuius l. 22. de condi. instit.*

[i] *Fac. l. 10. §. 2. de testa. tut. l. furiosus. de regu. iur.*

[k] *Ex conditione, vel ad certum. Ol. si quis. de test. tut. Sic in quum Titius tutor esto si natus ex Asia venerit.*

[l] *Ex Vlp. l. 12. de testa. tutel.*

[m] *Principaliter. scilicet.*

[n] *Ex Vlp. l. 3. & seq. eo. ibid.*

[o] *Gell. lib. 2. cap. 13.*

[p] *Aliàs, postumum, sic Varro.*

De legitima agnatorum tutela.

TITVLVS XV.

¶ *Quibus testamento datus tutor non est, eorum agnati suscipiunt.*

QVibus autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt [b] autem agnati, cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à patre cognati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepósve ex eo item patruus, & patrui filius, nepósve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione iunguntur agnati non sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure coniunctus: quia qui ex ea nascuntur patris [c], non matris familiam sequuntur.

¶ *Interpretatio veri intestati.*

Quòd [d] autem lex duodecim tabularum ab intestato vocat ad tutelã agnatos, non hanc habet significationem [e] si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si,

[a] *l. 1. de legitur. Plat. vt. de legib. vide Vlp. in fragm. tit. 11.*

[b] *Ex Mod. l. 1. & Vlp. l. 10. de grad. affi.*

[c] *l. Familiæ. 196. de verb. signif.*

[d] *Ex Paul. l. de legit. tut. & al. in l. addidit hanc vocem tantum.*

quantùm ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit: quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit [f].

f l. 5. de legitutor.

g Id eſt, qualibet deminutione capitis, Theophil.

h Quid hic facit plerunque? Nempe vt intelligamus non ſemper ius familiæ perimi minima capitis deminutione. Eſt Anaſtaſij conſtitutio, ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam ſucceſſionem, tutelam, curationem vocantur. ſ. 1. infra de ſucceſſ. agn. §. vlt. infra de grad. cog. l. frater. C. de legitutel. l. Ne liberum. C. de cur. fur. Eſt Iuſtiniani conſtitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur. l. vlt. C. de leg. hared. Eſt rurſus alia Anaſtaſij conſtitutio, qua cautum eſt, vt ne iura familiæ amittant, qui Anaſtaſiana emancipatione fuerint liberati, videlicet ſi ita nominatim id in Imperiali reſcripto comprehenſum ſit. l. Si ab eo. C. de leg. hær.

i Theophil. habet, ἀναίτιον, non omnino.

Ad Vlp. in fragt. tit. 11.

De capitis deminutione [a].

TITVLVS XVI.

¶ *Capitis deminutionis definitio, item tripartita diuiſio, ex l. 1. & vlt. D. eod.*

EST autem capitis deminutio, prioris [b] ſtatus mutatio, eáque tribus [c] modis accidit. Nam [d] aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima. Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatē & libertatem amittit quod accidit his [e], qui ſerui pœnæ [f] efficiuntur atrocitate ſententiæ: vel libertis, vt ingratis [g] erga patronos condemnatis: vel his qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt.

§ Minor, ſiue media capitis diminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur [h], quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei qui in inſulam deportatus eſt.

b Prioris, abundat.

c Vel libertate, vel ciuitate, vel familiæ ſtatu. l. 1. eod.

d Ex l. 1. & vlt. D. eod. cāpar hic ſignatē pro perſona accipe.

e Al. In his.

f Sublata fuit hæc pœna, Nouell. 22. §. illud.

g Hanc. ingrati condemnatu, id eſt, ingratitudinis, quod innuit Theophil.

Quod Ius vſurpauit Imp. Claud. Suetan. in eius vita, cap. 25. Paulo poſt ſublatum. Tacit. lib. 13. Annal.

h Cui ac. Non poteſt ciuitas amitti, patria poteſtas retineri: quamuis patria poteſtas iure ciuili eſt. & minuere poteſt ciuitas amitti, libertas retineri: quia libertas ineris naturalis eſt. Sic Latini Iuniani, ſic Dediticiorum numero, liberi ſunt, non ciues, atque adeò ex iure Quiritium liberi non ſunt: quod & in deportatis tentari poteſt, vt ex iure Quiritium liberi non ſint, eáque vt opinor, fuit mens Callistrati in l. cognitionum. D. de extraord. cogn. vnde & alia dubitatio, an de deportatis quæſtio haberi poſſit. ſed ex reſcripto D. Pij, non ſi tantum qui iure Quiritium, ſed & qui iure gentium liberi ſunt, non torquentur. l. Diuus. §. vlt. de quæſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ Minima capitis deminutio est, cùm ciuitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur, quod accidit his, qui cùm sui iuris fuerint, cœperūt alieno iuri subiecti esse, vel contrà: veluti [i] si filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus. § Seruus [k] autem manumissus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit. § Quibus autem dignitas magis quàm status permutatur, capite non minuuntur, & ideo à Senatu motos capite non minui constat.

§ Ciuiles effectus cognationis, non minimè, sed media aut maxima capitis deminutione tolluntur.

Quod autem dictum est, manere cognationis ius etiam post capitis deminutionem, hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio, nam si maxima [l] capitis deminutio interueniat, ius quoque cognationis perit, vt puta seruitute alicuius cognati: & ne quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem [m]. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio soluitur.

§ Quum [n] autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantùm qui proximiore [o] gradu sunt: vel si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet, veluti si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

i Cic. ac. vet. Veluti abesse à vet. libris, quod & vale de probat. nã vnus tantum modo is qui sui iuris fit, capite minuitur, i. emancipatione quod ipse in libello V pta. latius declarat.

k Ex mod. l. 3. de Senator. fal. l. 1. C. eod.

l Maxima & media similis est morti, atq; ideo vt mors, ita ius sanguinis vtrasq; minutio perimit. Agitur ne ita mea mihi mater esse desiit, nec seruus aut peregrino effecto. l. 1. §. 1. D. ad Tertul.

m Fac. l. 7. Vlpi. eod.

n Ex Cato. l. 4. de leg. tut.

o Proximiores.

De legitima patronorum tutela.

TITVLVS XVIII.

¶ Ex ratione legis xij. tab. quæ tutelas adgnati id. ireo defert, quia hæredes ab intestato sunt, inductum est, vt patroni libertorum suorum tutelam susciperent: quia ideo legitima dicitur. l. 3. D. de legit. tutor.

EX eadem lege XII. tab. liberorum & libertarũ tutela ad patronos liberósve eorum pertinet: quæ & ipsa legitima tutela vocatur: nõ quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem [a], ac si verbis legis [b] introducta esset. Eo enim ipso & hæreditates libertorũ libertarúmque, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberósve eorum pertinere, crediderunt veteres [c] voluisse legem etiã tutelas ad eos pertinere: cùm & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, eosdẽ & tutores esse iusserit: quia plerunque vbi

a Legis xij. tabul.

b Facit l. Nominis. 8. §. 1. de verb. sign. l. 22. §. de eo. De perit. hær.

c Sextus Ælius, L. Attilius. P. Ælius.

successionis est emolumentum, [d] ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo [e] autem diximus plerunque, quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hæreditatem vocatur, quum alius sit tutor.

[d] Regula est. l. 50. de regulis.
[e] Ex Vlp. l. 3. §. si duo & l. 2. de legit. tut. Iustin. Nouell. 118.

De legitima parentum tutela.

TITVLVS XVIII.

¶ *Patribus manumissorum à se liberorum tutela ad instar quasi legitimæ defertur.*

EXemplo patronorum [a] recepta est & alia tutela, quæ & ipsa legitima [b] vocatur, nam si quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.

[a] Hic tit. ex l. 3. in princ. de legit. tut. vide Vlp. in frag. tit. 11.
[b] Imò fiduciaria: sed moribus receptũ est vt legitima vocetur. igitur legitima tutela, vel lege, vel interpretatione vel moribus inducta est.

De fiduciaria tutela.

TITVLVS XIX.

¶ *Filiũfam. à patre manumissi, pater tutor est legitimus, eo verò defuncto, frater tutor fiduciarius existit.*

ESt & alia tutela [a], quæ fiduciaria appellatur, nam si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiserit, legitimam nàcisciturt eorum tutelam. Quo defuncto, si liberi eius virilis sexus existant, fiduciarij tutores filiorũ suorum vel fratris, vel sororis, vel cæterorum

[a] Ex Vlpia. l. 3. §. vltim. & Mo. l. 4. de legit. tut. Vlp. in frag. tit. 11.

[b] efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius [c] quidem defuncti, si non esset à viuo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem rediret, ideóque nec in tutelam. Libertus autẽ, si seruus mansisset, vtique eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi [d] ad tutelam vocentur, si perfectæ [e] sint ætatis, quod nostra cõstitutio [f] in omnibus tutelis & curationibus obseruari generaliter præcipit.

[b] Filiorum fratrum. Igitur pater filio vel filiæ frater fratri vel sorori; patruus filio vel filiæ frater est fiduciarius, eodemque modo aut neposti, pro tutelis patruelis, propior sobrinus, propiore sobrino, & patruus magnus nepoti fratris tutor esse fiduciarius potest.
[c] Hæc ratio ex aut. & patris parte quasi claudicat, igitur vetera non est quod & Cuia. apud Vlp. demonstrauit.
[d] Hi, id est, liberi manumissorum.
[e] Iustin. Impletum 25. annum esse voluit d. vlt. C. de legit. tuto. l. vlt. Cuia hic, qui vem. ætat. impe. l. 2. de minor.
[f] Igitur quod de perfecta ætate in l. Tutela. D. de tutel. l. Qua defunctus. l. Si reliquero. D. de legit. tut. à Triboniano est, non ab ipsis veteribus eamque olim ita nũ fuit, vt in minores xxv. annis legitimi & dativi tutores fierent. cæterum dativi ad tempus excusabantur. §. Item maior. infra de exc. tut. l. Iulianus §. sed & si ad tempus. D. eod. & in eorum locum curator dabatur, nam tutores nec ipsi tutores esse desinebant l. 8. D. de tut. & cur. da. Testamento dati, tutores non fiebant ante legitimam ætatem. §. furiosus dati. qui testa. l. Quæro §. vlt. D. de testa. quæ proinde cum similes videntur ex die datis tutoribus, in eorum locum nũ curator modo, vt est §. sed & si ad tempus sed cessante tutore dari poterat. §. 1. infra de tu. pro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

TITVLVS XX.

¶ Si quinque speries tutelæ suprà memoratæ pupillos deserant. ea superest quæ Datiua appellatur.

SI cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in vrbe quidem à Prætore vrbano, & maiore parte Tribunorum plebis [a] tutor ex lege Attilia [b]: in prouinciis verò à Præsidibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia. Sed & [c] si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quandiu conditio, aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor alius interim dari poterat. Item si [d] purè datus fuerat, quandiu ex testamento nemo hæres existebat, tãdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat esse tutor [e], si conditio exiterat, aut dies venerat, aut hæres exiterat.

§ Ab hostibus [f] quoque tutore capto,

a L. Minutio, & M. Horatio Pulsillo Coss. decẽ creati sunt Tribuni plebis, itaque cautũ est vt postea crearentur, T. Liuio author: maiore igitur parte, id est, sex Tribuni. Cuiac.

b Attilius Tribunus plebis, tulit, vt mulieribus, pupillisue tutorem non habentibus, à Prætore & maiore parte Tribun. pleb. darentur, Vlp. infr. d. tit. 2.

c Ex Vlp. l. 11. de testa. tut. d Ex l. 10. ibidem. *e* Inuno & de deserto testamento, & deficiente conditione desinebat esse tutor, verum hoc casu legitimus tutor illi succedebat, ille testamentarius.

f Ex Vlp. l. 1. & 2. de legit. tut.

ex his legib. tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat. nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij.

¶ Quando desierint dari tutores.

Sed ex his legibus tutores pupillis deferunt dari, posteà quàm primò Consules [g] pupillis vtriusque sexus tutores ex Inquisitione dare cœperunt, deinde Prætores [h] ex constitutionibus. Nam sublatis legibus neque de cautione [i] à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem, quicquam cauebatur.

¶ A quibus & quomodo dentur tutores.

Sed hoc iure vtimur, vt Romæ quidem Præfectus vrbi, vel Prætor secundum suam iurisdictionem: [k] in prouinciis autem Præsides ex inquisitione tutores crearent, vel Magistratus [l] iussu Præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates. Nos autem per constitutionem [m] nostram huiusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata iussione Præsidum, disposuimus si facultates pupilli, vel

g Claud. id primus introduxit, Sueton. in eo. ca. 23. facit. Modest. l. 1. de confir. tut. h Soli scilicet absque Tribunis. Pratorem tutelarẽ primus creauit M. Antoninus philosophus. Vide Capitol. i Fac l. pe. rẽ pup. sal. for.

k De Præfecti iurisdictione, vide l. 1. §. Quicquid. de offi. Præf. Vrb. l Theoph. habet. ἐφετηρίδας τῶν ἀρχόντων Liuia vires, magistratus municipales. Hi etiam intuitu Præsidis dabã initio fuit iuris dandi tutoris l. 3. D. de tut. & Cur. dat.

m Hæc excidit cum primi. Cod.

adul

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulti vsque ad quingentos solidos [n] valeant. Defensores [o] ciuitatum vnà cum eiusdem ciuitatis [p] religiosissimo Antistite, vel alias publicas personas, id est, Magistratus, vel Iuridicum [q] Alexandrinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

§. Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri [r] conueniens est: vt is, qui perfectæ [s] ætatis non sit, alterius tutela regatur. [t]

§. Cùm ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant, post pubertatem tutelæ iudicio rationem reddent.

n Quòd si vltra à Præsidibus nitorum dabitur tutor Cod. Sulidus hic à quibusdam accipitur pro aureo, vt l. vlt. De in iur. voc.
o De defens. ciuit. l. fi. C. Nouell. 15. Alex. 3. dijs. f.
p Episcopum intelligo.
q l. 2 de off. Iurid. Alex.
r Tutela iure naturali introducta est. Cicero in offi. quamuis sit iuris ciuilis.
s Perfectam ætatem hac accipit 14. anno, quo finitur tutela, alias 25. vt l. 1. de minor.
t Tot. tit. de tutel. & rat. distrah. Plato 9. de legib.

De authoritate [a] tutorum.

TITVLVS XXI.

¶ *In quibus causis necessaria sit tutoris authoritas.*

a Authoritatis verbũ quidam ab auctore deducunt, quo veteres ratum alicuius negotium facere significabant, & sine h scribunt.

AVthoritas autem tutoris in quibusdam [b] causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria vt ecce, si quid dari [c] sibi stipulentur, non est necessaria tutoris authoritas. quòd si alijs promittant pupilli, necessaria est tutoris authoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris authoritate.

Vnde in his causis, ex quibus obligationes mutuæ [d] nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, si tutori authoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: aut inuicem pupilli non obligantur. [e]

§. Neque tamen [f] hæreditatem aidre, neque bonorum possessionem petere, neque hæreditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris authoritate (quanuis illis lucrosa sit) nec vllum damnum habeant.

¶ *Ratio interponendæ authoritatis tutoris.*

§. 3. Tutor autem statim in ipso ne-

b Ex Cais. l. 9. hic.
c Ex aliqua causa lucrativa: nam vere bum dandi eam vim habet, idem etiã si stipuletur aliquid sibi restitui, l. contra iuris de pact. l. 2. De accept.
d Labeo scribit contractũ esse ovvallagμa. Labeo. de verb. sig.
e Fac. l. 13. §. Si quis de act. empt. obligentur sui tm naturaliter, scilicet nulla actione ex qua possint parere contractui.
f Ex d. l. 9. §. Pupillus.
g Aliàs, nec vllum damnũ habeat. & si-

h parenthesi. h Asto Aug. emend. lib. 3 cap. 7.

gorio præsens debet author fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. post tempus verò, vel per epistolam, aut per nuntium interposita authoritas, nihil agit.

§. 4. Si inter tutorem pupillumque iudicio [k] agendum sit: quia ipse tutor in rem [l] suam author esse non potest: non prætorius [m] tutor (vt olim) constituitur, sed curator in locum [n] eius datur: quo curatore interueniente, iudicium peragitur: & eo peracto curator esse definit.

[a] l. 1. C. Quan. de tutor. vel cur. esse desi.

[k] Ex Vlp. l. 1. de author. tut. & Vlp. in fra. tit. 11. Quod moribus fuisse comprobatam scribit.

[l] l. 3. §. si pupillus. de tutor. Aluit. post hæc prohibitum est debitorem, aut credi torem tutorem fieri Nuel. 72. nisi matrem. Nuell. 44.

Quibus modis tutela finitur.

TITVLVS XXII.

¶ *Finitur nouiecim modis: Pubertate, Adrogatione, Deportatione seruitute, Capitis minutione pupilli vel pupillæ. Morte pupillorum, vel tutorum. Capitis deminutione, Euentu temporis aut conditionis ad quæ datus erat tutor, Remotione tutoris suspecti, & Excusatione.*

PVpilli pupillæque cùm puberes [a] esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autè veteres quidem non solùm ex annis, sed etiam ex habitu

tu [b] corporis in masculis æstimari volebant. Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem [c] habitudinis corporis, hoc etiam in masculo extendere. Et ideo nostra sancta constitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimum [d] quartum annum completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis bene positam, in suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos viriporentes esse credantur. Item finitur tutela, si adrogati sint [e] hucusque impuberes; vel deportati [f] item in seruitutem pupillus [g] redigatur, vel ab hostibus captus fuerit. §. Sed & si usque ad certam conditionem datus sit tutor testamento: æquè euenit, vt desinat esse tutor existente conditione. §. Si verò modo finitur tutela morte, vel pupillorum, vel tutorum. §. Sed & capitis deminutione tutoris, per quam ingenuitas, vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. §. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in

[b] Plat. 11. de legib. alias hanc ordine, Theophi. Χαμαιτυπεῖον Vlp. in fra. tit. 11.

[c] Ex inspectione honesta aliquando æstimatur ætas. l. 22. de minor.

[d] Vide Cic. Offic. Macrob. Satur. l. 1. c. 5.

[e] Ex Vlp. l. 14. de tutel.

[f] Consensu. si licet. tutorii l. vlt. C. de author. præst.

[g] Ob commissum furti. Theoph. Quia pubertati proximi dolo sui capaces. l. Pupillum. de reg. iur.

[h] Vt libertus in patronum ingratus seruus fiat reuertitur. Theophil.

in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela [i] perit: cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit. [k] §. Præterea à qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam. §. Desinunt etiam tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd suspecti visi sunt: vel qui ex iusta causa se excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea quæ inferius proponemus.

[i] *Anatorum scilicet, non parranerum. Quod Cuia. in notis ad Vlp. diligenter exposuit.*

[k] *§. seq. repete ex l. 14. de tutel.*

De curatoribus.[a]

TITVLVS XXIII.

¶ Quibus curatores dentur vel non: & à quibus.

MAsculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes, vsque ad vicesimumquintum [b] annum completum [c] curatores accipiunt: [d] quia licet

[a] *Cuias 1. Instit. tit. vlt. Vlpian. 12. Quid. Codicis addit Dandi vel confirmandi.*

[b] *Famina citius quia ma. tutela liberatur, citius impetrat veniam ætatis: & vt Aristot. lib. 7.*

φησὶ ἔμων ἰσοῦσαι scribit Θᾶλλον τελεια τῶν ἀρρένων, καὶ νέστε ἴα, καὶ ἥλικια λαμβάνει, καὶ γῆρας. Curatione tamen citius non liberatur, quamuis in perpetua olim tutela fœminæ contineantur.

[c] *Quod adeò verum est, vt extremum momentum ætatis sufficere ad impetrandum existimetur. l. 3. §. Minor. De minor. l. 4. eod. vide capitol. in Ad. Antonin. Philos. Nisi ætatis veniam à Principe impetraverint. tot. tit. De his, qui vent. ætat. impetr.*

puberes

puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.

§. Dantur autem curatores ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: [e] datus tamen confirmatur decreto [f] Prætoris vel Præsidis.

§. Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam [g] in lite: curator enim & ad certam causam dari potest.

§. Furiosi [h] quoque & prodigi, licet maiores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent [i] Romæ Præfectus Vrbi, vel Prætores, & in prouinciis Præsides ex inquisitione eis curatores dare.

§. Sed & mente capis, & surdis, & mutis, [k] & qui perpetuo [l] morbo laborant (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

§. Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, vt puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti tutorem [m] tutor dari non potest.

[e] *Sine nulla id l. minima tion permitti tur. Lege vero ius tab. permittitur parē testatorem non etiam curatorem dare. fol. 6. de curat. tut.*

[f] *Ex l. 3. §. pē. de tutel.*

[g] *Ex l. 1. de curat.*

[h] *Iam igitur non sunt legitimi, sed lex ro rary dantur curatores, l. 1. l. observare. l. Sæpe. D. de cur. fur.*

[i] *Cuias non item, qui alterum tutores esse possunt. l. 18. de adt. tut. Notus est Appius. l. 1. §.*

[k] *Ex l. De pupil.*

[l] *Ex l. Quæsitum. De re iudic. Gell. lib. 12. cap. 4.*

[m] *Galatii l. 27. de test. tut. l. 4. C. In quib. caus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Mod.l.10.§. Diui. habet συγκαθεδρεῖαν adsessionem, vel tui interpret. collegam.

§. Item si testamento datus tutor, vel à Prætore, aut Præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator [b] adiungi.

[b] Si eũ vetit. hoc nouel. cura. & hoc fane iure non ex edicto Prætoris manat, sed ex cõstitutionibus. §. sed ex 31. supra de Atril. tutor. Cautio præstatur ex constitutionibus. Prouocatio fit ex edicto Prætoris. Cautionẽ præstant qui cauere debent. Prouocant ad cautionẽ qui cauere non debet. Actio subsidiaria datur ex Oratione D. Traiani aduersus eos quod cautionem acceperunt & ex eã Hitutionibus in heredes eorum. Cuia.

§. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solent curatores dari.

[c] Mod.l.10.§. Diui. habet συγκαθεδρεῖαν adsessionem, vel tui interpret. collegam.

§ Quòd si tutor vel aduersa valetudine, vel alia necessitate impediatur quò minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit: quem velit actorem periculo ipsius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.[c]

[c] Eo tit. confirmabit ab ipso tutore electũ. Theophil. Cui. existat, vide norum esse vt qui procuratorem dare non potest, alteri constituat: ideòque decreto est opus.

De satisdatione tutorum, vel curatorum.

TITVLVS XXIIII.

¶ A quibus tutoribus vel curatoribus exigatur satisdatio, vel non: & quibus eorum à quibus non exigitur, administraturus sit.

[a] l. vlti. §. Siquidem de curat. fur. C.

NE tamen pupillorum, pupillarumve, & eorum, qui, quæve in cura tione sunt: [a] negotia à curatoribus, tutoribusve cõsumãtur, vel diminuantur: curet Prætor [b], vt & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum, nam tutores testamento dati satisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore adprobata [c] est. Iam ex inquisitione tutores, vel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt.

[b] Excipe casus l. 8. & 11. De confir. tut.

[c] l. vlt. C. de curat. fur. l. 20. C. De epis. aud. l. 36. De excus.

§. 2. Sed si ex testamento, vel inquisitione duo, pluresve dati fuerint, potest vnus offerre satisdationem demnitate pupilli vel adolescentis, & contutori suo, vel concuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator saris offerens præponatur ei, vt & ipse solus administret. Itaque eper se non potest petere satisdationem à contutore suo, vel concuratore sed offerre debet, vt electionem det concuratori, vel contutori suo, vtrum velit satis accipere, an satisdare.

[d] Ex Mod. l. 7. rem pup. sal. fo. l. 3. §. 1. De adm. tut.

§. 3. Quòd si nemo eorum satis offerat, siquidem adscriptum fuerit à

testatore, quis gerat, ille gerere debet. Quòd si non fuerit adscriptum, g quem maior pars elegerit, ipse gerere debet, vt edicto Prætoris cauetur. Sin autē ipsi tutores dissenserint circa eligendum cum, vel eos, qui gerere debent, Prætor partes suas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est: id est, vt maior pars eligere possit, per quem administratio fiat.

g Item apud Vlp. d. l. 1. §. vlt.

¶ *Vnde orta sit actio subsidiaria, & aduersus quos detur.*

Sciendum autem est, non solùm tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cęterisque personis ex administratione rerum teneri: sed etiam in eos qui satisdationem h accipiunt, subsidiariam actionem esse, quæ vltimum eis præsidium i possit adferre.

h Magistratus intelligo qui satisdationem exigere debuerant.

i Quando datur, nisi excussis prius administratoribus. l. 4. Cde magg. Vlp. l. 1. §. 7. de tut. & rat. & l. 6. De magistr. conuen. l. 2. C. eod.

§. Subsidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus satisdari non curauerunt, aut non idonei passi sunt caueri. Quæ quidem tam ex prudentum responsis, k quàm ex constitutionibus Imperialibus etiam in hæredes eorum extenditur.

§. Quibus constitutionibus & illud exprimitur, vt nisi caueant tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur.

k Hieranymus magistratus. Cicil. lib. 13. cap. 14.

§. Neque autem Præfectus l Vrbi, neque Prætor, neque Præses prouinciæ, neque quisquam alius est, cui tutores dandi ius est, hac actione tenebitur, sed hi tantummodò m, qui satisdationem exigere solent.

l Minores magistratus, vt municipales, ciuitatum defensores & Iuridicus Alexandriæ. l. 2. & 3. D.

m οἱ ἐπιτηρηταὶ ἐκλιπεῖς τῶν πόλεων. Theoph. Vide remissum sal. fo. & l. vlt. C. de mag. conuen.

De excusationibus tutorum, vel curatorum.

TITVLVS XXV.

¶ *Tradit excusationis causas tutori & curatori communes numero xv. Prima excusatio nouum alit.*

EXcusantur autem tutores a & curatores variis ex causis: plerunque tamen propter liberos, siue in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouincia trium liberorum nor de quo Plin. Cæcil. 10. Epist. epist. 2. Dion. 1. Hist. cap. 40.

a Ex Mod. l. 3. hic.

b Prima est excusatio tutelæ. l. 1. C. Quib. mūn. lib. se excus. Ius autem

uinciis quinque: à tutela, vel cura potest excusati, exemplo cæterorum munerum, nam & tutelam, & curam placuit publicum [d] munus esse. Sed adoptiui [e] liberi non prosunt: in adoptionem autem dati, naturali patri prosunt.

§ Item nepotes ex filio prosunt, vt in locum patris sui succedant, ex filia non prosunt.

§ Filij autē superstites tātū ad tutelæ, vel curæ muneris excusationē prosunt: defunēti autē nō prosunt. Sed ti in bello admissi [f] sunt, quęsitū est, an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.

a Numerus liberorū excusat à legationibus. l. 1. C. de legationibus. Aceruatio muneribus personalibus, numerus quinque: Ab omnibus muneribus numerus xvi. l. Super. D. de iure immun. ac legatorum omnino est in his quis decurio. C. de decur. nō decimus tertius, sed decimus sextus liberorum. Contra animi rectè in hunc modū à Chiaro distinguitur, τὰ χαρακτηριστικὰ ἀπὸ τῶν μετεχομένων ἀπολλάττεται. Chia.

b Tutelam esse publicum vel ciuile munus nemo est qui nesciat: nec video, qua iure ab hac sententia disceparit. l. iur. §. iuris. D. de tutel. at. exhibito tamen sponsum esse. §. tutela. nec enim sollet Modestinus Græco contextus Latinos, nisi ex aliis authoribus sententiam id referre, nullumuero authorem habet. §. tutelā denique eo seruatum contextu est, qui ex tribus authoribus nō est in vsum nec enim proprias tutelæ muneris vsquam sit mentio, nec Reip. munus à ciuili munere quasi diuersum vsquam secernitur. Chia.

c Cornelius Tacit. lib. 11. Fatibus Senatus consultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret.

f Ex Vlp. l. 15. hic. & Tull. 9. Phil. pro Balb. Arist. 2. Polit.

§ 2 Item diuus Marcus in Bemestribus [h] rescripsit, eum qui res fisci [i] administrat, à tutela, vel cura, quandiu administrat, excusari posse. § Item qui Reipublicæ causa absunt, à tutela, vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipublicæ causa abesse cœperint, [k], à tutela, vel cura excusantur, quatenus Reipublicæ causa absunt: & interea à curator loco eorū datur, qui si reuersi fuerint, recipiunt onus tutelæ, nā nec anni habet vacationem, vt Papian [l] lib. 5. Responsorum scripsit, nam hoc spatiū habent ad nouas tutelas vocati.

§ Et qui potestatē [m] aliquā habent, se excusare possunt, vt diuus Marcus rescripsit: sed susceptā tutelam deserere non possunt. § 3 Item [n] propter litē, quam cum pupillo, vel adulto tutor, vel curator habet, excusari non potest: nisi fortè de omnibus bonis, vel hæreditate controuersia sit.

§ Item [o] tria onera tutelæ non adfectatæ vel curæ, præstant vacationem, quandiu administrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fra-

h 4. excusatio Semestrium. autoritas maiorum fuit prudentes. l. 46. De pact. l. 12. de inoff. hæred. Sac. in Aug. est. & Clau. c. 14. Theophil. habet. ἐν ἐνιαυτῷ ἐξαιρέσεως.

i Fac. l. 41. hic. & l. Exactores. C. ex. & 13. excusatio. Auto. Aug. lib. singu. ad Mod.

k 13. excusatio. Fac. l. 17. §. 1. d. qui. eod.

l 10 excusatio. ex Mart. l. 21. hic. Vid. Nouell. 72.

m 10 Excusatio. Imo tutela una dissolu & negotiosa excusat. d. 31. hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trum, pro vna computetur.

§ Sed & propter [o] pauperratem excusationem tribui, tam diui fratres, quàm per se diuus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere.

§ Item propter aduersam valetudinem [p], propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet. Similiter eos, qui literas nesciunt [q], esse excusandos, diuus Pius rescripsit: quamuis & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere.

§ Item si propter [r] inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserant. Non esse autem admittendam excusationem eius, qui hoc solo vtitur, quòd iguotus patri pupillorum, sit diui fratres rescripserunt.

§ Inimicitiæ [s], quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela, vel cura solent excusare.

§ Item

[o] vii. excusario, ex Vl. l. 3. hic.
[p] viii. excusatio, ex Mod. l. 13. §. vlt. hic, & l. 2. §. corporis. de vacat. mun.
[q] ix. excusario, eorum scilicet, qui pingere literas, sin elementa, aut legere nesciant. Cons. Fac. l. 6. §. vlt. hic. Sueton. in Claud. ca. 10. ideoque literas vocat non posse pingere.
[r] x. excusatio, ex l. 6. eod.
[s] xi. excusatio Fac. l. 6. §. dat. hic.

§ Item [t] is, qui status controuersiam à pupillorum patre passus est, excusatur à tutela.

§ Item [u] maior septuaginta annis à tutela & cura se potest excusare, minores autem viginti quinque annis, olim quidem excusabantur: nostra autem constitutione [x] prohibentur ad tutelam, vel curam aspirare: adeò, vt nec excusatione opus sit. Qua constitutione cauetur vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus, quum sit inciuile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis regutur, aliorũ tutelam, vel curam subire.

§ Idem [y] & in milite obseruandum est, vt nec volens ad tutelę onus admittatur.

§ Item [z] Romæ grammatici, rhetores [a], & medici [b], & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationẽ.

Ratio se excusandi. §. Et intra quod tẽpus.

§ Qui autẽ vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit, aliis vti intra tẽpora [c] constituta non prohibetur.

§ Qui autẽ [d] excusare se volunt, non

[t] xii. excusario, ex d. l. 6. §. Praterea.
[u] xiii. excusatio, ex Vlp. l. 3. De iur. immuni.
[x] Est in l. vlt. C. de leg. tut.
[y] xiiii. excusatio, ex Anton. l. 2. C. de leg.
[z] xv. excusatio ex Mod. d. l. 6. hic: quam explicat Vlp. l. 3. §. penul. de mun. & hon.
[a] Oratores vocat Paul. l. 6. §. Philosophi. hic.
[b] De his Vlpia. l. 1. §. Medicorum. De var. & extra. cog.
[c] Quinquaginta dies l. 31. hic.
[d] Ex Mod. l. 1. hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellant, sed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerint se esse tutores, vel curatores datos, se excusare debent, cuiuscunque generis sint id est, qualitercunque dati fuerint tutores, si intra centesimum [c] lapidem sunt ab eo loco [f], vbi tutores dati sunt. Si verò vltra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum, qui tamē (vt Scæuola dicebat) fiedebent cōputari, ne minus sint, quàm quinquaginta dies.

[c] Vlp. l. 3. de verb. signif. vbi Alciat. [f] Scilicet, vbi tutores electi sunt. d. l. 3.

§ Datus autem tutor, ad vniuersum patrimonium datus esse creditur.

§ Hic §. mutilatus est, vt pote ex d. l. 22. §. penult. hic. & l. Curator. C. de tuto.

§ Qui tutelam [h] alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur: in tantum, vt licet paterfamiliâs, qui testamento tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam suscipere nō cogendum, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

[h] Quæ vxor sibi retinuit. Vide Gell. libr. 17. ca. 6. de seruis receptitijs.

§ 7 Iidem rescripserunt maritum vxori [i] suæ curatorem datum, excusare se posse, licet se immiscuerit. Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ.

De

De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

TITVLVS XXVI.

¶ Vnde suspecti crimen descendat: & qui de eo cognoscant.

SCiendum est, suspecti crimen [a] ex lege duodecim tabularum descendere. Datum est autem ius remouendi tutores suspectos Romæ prætori, & in prouinciis [b] Præsidibus earum, & Legato Proconsulis.

[a] Theophil. habet. κατηγορίαν.

¶ Qui suspecti fieri possunt.

[b] Ex Vlp. l. 1. cod. sac. l. pr. de offic. eius cui mand. est iur.

§ Ostendimus, qui possint de suspecto cognoscere: nunc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidē omnes tutores fieri suspecti: siue sint testamentarij, siue non sint, sed alterius generis tutores. Quare etsi legitimus fuerit tutor, accusari poterit.

Ante. Aug. emend. lib. 1. cap. vlt.

§ Quid si patronus? Adhuc idem erit dicēdum: dummodo meminerimus, famæ patroni [c] parcendum esse, licet vt suspectus remotus fuerit.

[c] Titu. De obsequa. a libe. & libert. pat. & pat. præs.

¶ Qui possunt suspectos postulare.

§ 2 Consequens est, vt videamus, qui possunt suspectos postulare. Et sciendum est, quasi publicam esse hanc accu

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusationem, hoc est, omnibus patere. Quinimò mulieres admittuntur ex rescripto diuorum Seueri & Antonini, sed hæ solæ, quæ pietatis necessitudine [d] ductæ ad hoc procedunt, vtputa mater, nutrix quoque, & auia potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quàm Prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam [e] non egredié tem, sed pietate productam, non sustinere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

§ Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare, puberes autē, curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere, & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ Quis dicatur suspectus.

§ 3 Suspectus autem est, qui non ex fide [f] tutelam gerit, licet soluendo sit, vt Iulianus quoque scripsit. Sed & antè, quàm incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri, idem Iulianus scripsit, & secundū eum constituendum est.

¶ Pœna suspecti remoti.

Suspect⁹ autē remotus, siquidē ob dolū, famosus est: si ob culpā [h] non eque [i]. §

d *Fac. l. Fœminis. De procu. l. 1. C. de negot. gest.*
e *Fac. l. 21. C. de procur. l. 1. §. sexum de pœn. Valer. Max. li. 8. cap. 3.*
f *Qui fraudulenter & callidè in rebus pupilli versatur. l. Si creditores. De priuileg. cred. §. Iudicio tutelæ. mand. depræscendum natus infamis est, tit. de pœna tem. litig. M. Tull. pro Cæcin.*
g *Theophil. habet, ἐπιδοῦλως ex Vlp. l. 3. §. vltim. hic.*
h *Theophi. habet, ἀκύρως. d. l. 3. l. Cum. C. eod.*

§ Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, vt Papiniano visum est. § Sed si suspecti cognitio suspenta fuerit, posteaque tutor, vel curator [k] decesserit: extinguitur suspecti cognitio.

¶ Qui sint suspecti tutores.

Si quis [l] tutor copiam [m] sui non faciat vt alimenta pupillo decernantur [n]; cauetur epistola diuorum Seueri & Antonini, vt in possessionem bonorum eius pupillus mittatur, & quæ mora detriora futura sunt, dato curatore diuersa fiat rahi iubentur. Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta. § Sed si quis præsens negat propterinopiam alimenta posse decerni, si hoc per mendacium [o] dicat, remittendum eum esse ad Præfectum Vrbis [p] punien dum, placuit: sicut ille re-

k Idem iuris est, si quæ causa finita tutela fuerit. l. 3. §. D. e. tunc enim aduersus tutorē suffitit tutelæ actio, quæ famosa est atque suspecti actio ob dolum secuta condemnatione.
l Suspecti autem pendente administratione tutelæ, quia interim tutela agi nō potest. Alioqui autem suspecti id solū in tutore manet vt tutor remaneat, quo finita hoc modo tute-

la, deinde tutelæ cū actione remaneamus, qui non ex fide bona tutelam gessit. Alio igitur modo finita tutela, quam remotione suspecti tutoris. Alia igitur modo finita tutela, quam remotione suspecti tutoris. Aliter igitur modo finitur tutela, quam remotione suspecti tutoris. Aliter igitur modo finitur tutela, quam remotione suspecti tutoris.
m Quid opus est, vel suspecti arguere, vel suspecti allicui parare? l. 3. §. 10.
n Dolo abesse non iusta de causa. A Prætore, qui l. 3. §. 10.
o Decemere solebat. l. 3. vbi pup. educ. sus. l. 3. §. tutor. eod.
p Mendacium dicere, & mentiri differunt, Gellius lib. 11.
q Quid mendacium dicere, & mentiri differunt, Cui criminum omnium differentia hic ratio non habetur. p Cui criminum omnium differentia hic ratio non habetur. r Cuius differentia hic ratio non habetur. s Item solent. de officium cognitio. t Animaduertebat. l. 3. §. Item solent. de officium Præfecti vrbi.

mittitur

mittitur,q data pecunia ministeriũ q tutelę acquisierit,vel redemerit.Libercus quoque,si fraudulenter tutelá[r] filiorũ, vel nepotũ patroni gessisse probet, ad Prefectũ vrbi remittitur puniendus. § Nouissimè autẽ sciendũ est eos,q fraudulenter tutelã administrãt,etiã si satis offerãt,remouẽdos esse à tutela: qa satisdatio tutoris ꝓpositũ maleuolũ non mutat.sed diutius grassandi in re familiari facultatẽ præstat.§ Suspectũ etiam [3] eũ putamus,q moribus talis est,vt suspectus sit.Enimuero tutor,vel curator, quãuis pauper sit,fidelis tamen & diligẽs,remouẽdus nõ est quasi suspectus.

¶ *Hæc verba, acquisierit, vel, absunt à vet.l.b. Reliqua autem sic iudicia Quærenda sunt. Data pecunia ministerii, tutelam redemerit, vt in l.4.§.tutor. D.eo tit. Ministerium autẽ, id est, Officialibus & ministeriis Prætoris per quos fit in quisitio.*

r *In ver. addi tur,vel curã. Vet. Suspectũ enim eũ r Quia nõ tantum fides, sed etiam diligentia à tutore exigitur. ideóque dolum & culpam præstat.*

CONTINVATIO LIB. II
EX VVESEMBECIO.

TRãsgreditur secũdo lib. Imp. ad alterum iuris obiectũ: videlicet res ipsas, de quib[a] ius personis dicitur. Rerum autem duplex est causa, de qua queri & ius dici solet: videlicet dominia & obligationes. De dominiis primo loco tractatur, cum, quia natura priora sunt, l.1.de acq.rer.dom.l.c.de iustit. & iure.tum quoniam ex dominiis obligationes & actiones oriuntur, velut effectus ex causa.§.1. infra de actionib.

INSTIT.

INSTITVTIO
NVM IVRIS DIVI IVSTINIANI,
LIBER SECVNDVS,
De rerum diuisione, & [a] acquirendo ipsarum dominio.
TITVLVS I.

¶ *Secundam tripartitæ diuisionis partem quæ est de rebus, pertractandam sumit Imper.*

SVPERIORE libro de iure personarũ exposuim[a]imo dò videam[a] de rebus, quæ vel in nostro patrimonio, [b] vel extra patrimoniũ nostrum habẽtur.

a *In manuscr. & apud Theophi. desunt, Et acquirer.domi.*

b *Patrimonium bona paterna significat: matrimonium bona materna Senec.lib. 1. de benefi.cap. 3. quia late patens matrimonii sit &c. quæ tamen lectio ab Erasmo depravatus illic est, nam & apud Suetn. Tranquillum, & Valerium Max ira matrimonium accipi alij quidam annotarunt. Hoc autem in loco in patrimonio, id est, in bonis Seruitutes propriè ex bonis non sunt, l.1. D. vsufruct. lega. aut quia certe nõ sunt etiã extra bona, magis est vt bonis annumerentur. Igitur non ea omnino extra bona, magis est vt bonis annumerentur. Igitur non ea tantum quæ sunt sed etiam quæ intelliguntur, id est, incorporalia in bonis nostris computantur.*

Quæ

Quędã[c] enim naturali iure communia sunt omnium, quædam publica, quædã vniuersitatis, quędam nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit.

¶ *Exempla communium & publicarum rerum.*

§ 2. Et quidem naturali[d] iure communia sunt omnium hæc, aër, aqua profluens[e], & mare, & p hoc litora maris. Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis[f], & monumentis, & ędificiis abstineat: quia non sunt Iuris gentium sicut est mare.

§ Flumina autem omnia, & portus, publica sunt. ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque[g]. Est autem[h] litus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Riparum[i] quoque vsus publicus est Iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare, sed proprietas earum, illorum est, quorum prędiis hærent: qua

c Ex Mar. l. 2. hic.

c Id est, Gentium nam illa iure naturali quod animantibus cæteris commune est, cessat hæc rerum differentia.

e Theophil. τοῦ ὑφιστάνειν ex Martiano in l. 3. hic. & quicquid in eis capitur.

f Cæsar vetat Caium, l. 1. in fin. hic. Theophil. παύειν

g Publicum non priuatim l. 13. ff. quæ de iur.

h Ex Cel. l. 96. & Labeo. l. 112. de ver. signific. Tull. in Topic.

i Ex Caio in l. 2. in. hoc titu.

qua de causa arbores quoq; in eisdem natæ, eorundem sunt. Litorum quoque vsus publicus est[k] & Iuris gentium, sicut & ipsius maris, & ob id cuilibet liberum est casam ibi ponere, in quam se recipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum posse intelligi nullius esse: sed eiusdem Iuris esse, cuius & mare, & quæ subiacent mari, terra vel arena.

¶ *Quæ sint res vniuersitatis & nullius.*

§ 3 Vniuersitatis[l] sunt, non singulorum, quæ in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, & his similia, & si qua alia sunt communia[m] ciuitatum. Nullius[n] autem sunt res sacræ, & religiosæ & sanctæ, quod enim diuini Iuris est, id nullius in bonis est.

¶ *Sacræ res, id est, Deo dicatæ. Quidam Codices habent, Sed sacra sunt quærite, &c.*

§ 4 Sacræ res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo[o] consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria[p], quæ ritè

k Non tantum pop. Rom. sed Iuris. id est, gentium communia, quasi alias Publica dicantur esse pop. Romani, vt vniuersitatis, l. 17. de verbo. signific.

l Ex Mart. l. 6. hic Tul. habet, ciuibus inter se communia, lib. 1. Offic.

m Theoph. addit, balnea publica & parte eius.

n Ex d. l. 6.

o De ritu veteri adis sacrandæ. Alexan. Neapol. li. 6. cap. 14. & li. 2. ca. 8.

p Dona Deo ablata. Contius ex Seruio in 3. Georg. significari ait locum in quo dona asseruantur. quod refellitur eo quia hic subiicitur, dona asseruari posse. quod in loco sacro non vbiuis obtinet. l. aditiones. cum. empt. VVesemb. Theoph. ἀνατιθέναι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam per nostram cõstitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captiuorum [q]. Si quis autem authoritate [r] sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, vt & Papinianus scripsit [s].

q Vide l. Sancimus. C. de sacrof. Eccles. & l. Nouel. 131. vers. Ἐκκλησίαις Theophil. Hist. lib. 5. cap. 31. de Cyrillo, Episc.

r Marcianus habet, primatum. d. l. 6. & l. 13. Æde. de contrahen. empt. l. 36. de relig. Plin. li. 10. Epist. Possumus.

s Ant. Aug. 1. Emẽ. cap. 3. u. Vlp. huius loci interpretem habes, l. 2 §. Si vsusfr. de relig.

¶ *Religiosi loci faciendi ratio, eiusque iura.*

§ 5 Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In communem autem locum purum inuito [t] socio inferre non licet. In commune verò sepulchrum etiam inuitis cæteris licet inferre. Item [u] si alienus vsusfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente vsufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum [x] consentiente domino licet inferre, & licet posteà ratum non habuerit [y] quàm

t Ex Mart. d. l. 6. Ant. August. ibid.

y Non habuerit. Negatiua hæc lectio patest defendi, vt sufficiat ab initio confessisse. Sed Florentina Digestorum l. in textum. §. Religiosum vsque ad sumptum est, & ipse Theophil. habent affirmatiuam lectionem: quam approbat Contius, vt sensus sit, ratihabitionem æquiparandam l. 152. de reg. iuris.

illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.

¶ *Res sanctæ, earúmque iura.*

§ 6 Sanctæ [a] quoque res, veluti muri & portæ ciuitatis, quodammodò diuini Iuris sunt, & ideò nullius in bonis sunt. Ideò autem muros sanctos dici [b] amus, quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideò & legum eas partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos qui contra leges fecerint, Sanctiones [c] vocamus.

a Ex Caio. l. 2. & Mar. l. 8. & Vlpia. l. 9. huc. Vide Marcrob. Satur. li. 3 ca. 3. de luco sacro, profano & sanct. b l. vlt. C. eo. c l. sanctiones 41 ff. de pœn.

¶ *Hactenus exposuit quæ extra patrimonium nostrum sunt: subiicit iam quibus modis & causis res nobis acquirantur.*

§ 7 Singulorum autem hominum multis modis res fiunt, quarundam [d] enim rerum dominiũ nanciscimur Iure naturali, quod (sicut diximus) appellatur Ius gentium [e]: quarundã verò Iure ciuili. Commodius est itaq; à vetustiore Iure incipere, palàm est autem vetustius esse Ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem Iura tunc esse cœperunt, cùm & ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

d Ex Caio. l. 2. de acq. do.

e §. Vendita in l. 41. de contrahen. empt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Primus acquirendi modus iure gentium, in rebus quæ nullius sunt, Occupatio: sub quo generalis modo continentur, Venatio, Pisca-tio, Aucupium, Præda belli, Inuentio lapil-lorum & Thesauri.*

§ 8 Feræ f igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cælo & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim antè nullius est, id naturali ratione h occupanti conceditur, nec interest, i feras bestias, & volucres vtrùm in suo fundo quis capiat, an in alieno. Planè qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, potest à domino, si is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coerceatur. Cùm verò tuam euaserit custodiam, & in libertatem k naturalem se receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio l.

§ 9 Illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdam m placuit, statim esse tuam: & eousque tuam videri, donec eam persequaris. Quòd si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii n verò putauerunt non aliter tuam esse, quàm si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant, vt eam non capias.

¶ *In hunc §. vide declamationem elegantem Quintiliani De apibus pauperibus.*

§ 10 Apium o quoque fera natura est. Itaque apes quæ in arbore tua consederint antequàm à te alueo p includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideoque q alius eas inclauserit, is earum dominus erit. Fauos quoque, si quos effecerint, eximere quilibet potest: Planè integra re 9, si prædideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur.

f l. 5. ff. de inst. & iure.

g Opponuntur hic animantibus domitis & circa domos.

h Inde S. creationis. Gen. 1. 9. Ratioui in situ, Cic. lib. 1. offi.

i Aer enim communis est vbiq., in quo volucres dego-unt & fera vagantur per terrã, non tamen illis cohærent. Diuersũ est in piscibus qui non aere communi sed aqua aliena contemuntur, vnde eius pars fiũt l. finali 16. ff. de acq. emp. Vide Vlp. & Proculus habet, laxitatem, li. 43. & Vlp. l. 27. hic.

k Proculus habet, laxitatem, li. 43. & Vlp. l. 27. hic.

l. Sublatæ sũt a maiores domũ causa l. 44. ff. eod. Hoc specialiter data est licentia consuendo. Virg. & Mant. in Theocrito, scilicet, & Cato l. 5. de acquir. dom. n. Cæsa hab. plesique. l. 3. C. 1. hic.

m Neque mansuetæ, neq; feræ seruare esse tradit. Plin. lib. 11. cap. 5. Feram tamen naturam esse putauit Cassius. d. l. 5. §. Aqua de acquirend. dom. vnde hic §. est desciptus.

n Theophi. habet elegãter. Plin. libro 21. cap. 14. vocat Amearia.

o Regnum mansuetæ, neq; feræ seruare esse tradit Plin. lib. 11. cap. 5. Feram tamen naturam esse putauit Cassius. d. l. 5. §. Aqua de acquirend. dom. vnde hic §. est desciptus.

p Theophi. habet elegãter. Plin. libro 21. cap. 14. vocat Amearia.

q Id est, priusquam ceperit.

diatur. Examen[r] quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est, alioquin occupantis fit.

§ 11 Pauonum[s] quoque & columbarum fera natura est: nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euolare & reuolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam ita mansuetos habent, vt in siluam ire & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. In iis autem animalibus[t], quæ ex consuetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est: vt eousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. nam si reuertēdi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cum reuertendi[u] consuetudinem deseruerint.[x]

¶ *De Feris ac de Cicuribus dixit: sequitur tertium genus domesticorum animalium.*

[r] *Ex l. 5. 6. Examen. de acquir. dom. Examen vocat nouã illã apum subolem ad inquirendos nouos sedes emissã.*

[s] *Ex d. l. 5. Pauonum, ad d. l. Si pauonem 37. de furt. De ceruis mansuetis, insigne exemplum est illius ceruæ Sertorianæ: & apud Virg. Aneid. Ceruus erat forma, &c.*

[t] *Feras natura: nam in domesticis obtinet. §. sequ. Diuobus vitulis, vt Dd. interpretantur: verum satius est iudicio ex arbitrio circumstantiæ æstimari. VV.*

[u] *Vltro, nam ab alio vi vel aliter deceptæ nihilominus nostra manent.*

§ 12 Gallinarum[a] autem, & anserum non est fera natura, idque ex eo possimus intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellamus. Ideóque si anseres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæve euolauerint: licet conspectum tuum effugerint: quocunque tamen loco sint, tui quæve esse intelliguntur: & quilucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

§ 13 Item ea[b], quæ ex hostibus capimus, Iure gentiũ statim nostra fiunt. adeò quidem, vt & liberi homines in seruitutem nostram deducantur, qui tamen, si euaserint nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiunt.

§ 14 Item lapilli[c], & gemmæ, & cætera, quæ in litore[d] maris inueniuntur, Iure naturali statim inuentoris fiunt.

¶ *II. modus acquirendi dominij. Fœtus animantium, accessio discreta.*

ITEM[e] ea quæ ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, eodem iure tibi acquiruntur.

¶ *III. generalis acquirendi modus, Alluuio, id est, aggestio terræ à flumine facta.*

[a] *Ex d. l. 5. Gallinarum. At mmmerimus verò hic cum & Plin. li. 8. cap. 55. asserit. Non in solis tãtum, sed in omnibus quoq; animalibus, cuiscunque generis vllæ est placidi, eiusdem inueniri & ferum.*

[b] *Ex d. l. 5. & l. 17. eod.*

[c] *Ex Flor. l. 5 ff. eod.*

[d] *Aut in ipso mari, vel aliis locis communibus: non tamen idem in via publ. arg. §. Qui alien. Desunt. Gel. lib. 11. cap. vlt.*

[e] *Ex Flor. l. d. l. 2. & 7. §. 1. De acquir. dom.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ 15 Præterea [f] quod per alluuionem agro tuo [g] flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem autem id videatur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi non possit, quantùm quoquo temporis momento adiiciatur. Quòd si vis fluminis [h] de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palàm est eam tuam permanere. Planè si longiore tempore fundo vicini tui hæserit, arboréſque, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquiſitæ eſſe.

¶ *Tractatus hic de Inſula, pertinet etiam ad alluuionem, cum per colluuionem vel circunluuionem inſula oriatur.*

§ 16 Inſula [i], quæ in mari nata eſt (quod rarò accidit [k]) occupantis [l] fit. nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident [m]: pro modo, ſcilicet, latitudinis cuiuſque fundi, quæ prope ripam ſit. Quòd ſi alteri proximior ſit parti, eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſideant.

§ 17 Quòd ſi aliqua parte diuiſum ſit flumen, deinde infrà vnitum, agrum alicuius in formam inſulæ redegerit, eiuſdem permanet is ager, cuius & fuerat. Quòd ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt, qui prope ripam eius prædia poſſident [n], pro modo, ſcilicet, latitudinis cuiuſque agri, quæ prope ripam ſit: nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen eſt, id eſt, publicus. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus o eorum eſſe incipit, qui prope

[f] Ex l. 7. §. 1. bi. fac. l. 16 & 30. C. de alluui.

[g] Occupatoria (ſic inquit) vel artificialis: ſeu in limitatis aut aſſignatis agris. l. in agris. D. de acq. rer. dom. De quæſtorio agro idē Iuris eſſe ait Flaccus Siculus quod de occupatorio. Agrorū enim alij occupatorij ſeu artificiales ſunt, alij quæſtorij, alij aſſignati ac diuiſi & limitati: alij reddiſi & cōmutati: alij ſubſciſiui: alij ceſuriati, &c. vt apud eundem Flaccum, lib. de Conditionibus agrorum copioſius. C.

[h] Acquiritur per alluuionem, ex d. l. 7. §. Quod ſi vis.

[i] Ex d. l. 7. § Tribus modis id accidit, vt Pomponius ſcribit. l. 30. & §. Tribus. ſic. l. 29. & ſeq. ff. de acq. dom. Plin. lib. 2. cap. 80.

[l] Quo ad dominium. VVeſ.

[m] Quid ſi non poſſidet, quia tota ager ſine tamen occupatus fuerat? Iuſp. Imma cauſam præterierit, quam requirit ex l. Adeo. §. ſi cui. ff. de acquir. re. do. Cont.

[n] Qui prope ripam prædia poſſident, ripa ſunt domini, & inſula nata in flumine, & adfiſa in flumine conſiſtenti, & alueo derelicto.

[o] Ergo alueo mutatione demum amiſſum non reſtituitur: immutatione amiſſum reſtituitur. l. Si ager. l. Cum vſumfruct. ff. Quibus modis vſusfructus amittat. Sunt qui hæc in re pugnare l. Martius & l. Ergo. §. alluuio, D. de acquirem. rer. dom. inter ſe diſcordare: id ſecus eſſe, nam l. Martius, eſt de aluei mutatione. §. alluuio, de inundat. mine. Chiac.

ripam eius prædia possident. Alia [p] sanè causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit, neque enim innundatio fundi speciem commutat, & ob id, si recesserit aqua, palàm est eum fundum eius manere, cuius & fuit.

¶ IIII. generalis acq. modus. Specificatio, ex l. 7. §. cùm quis, de acquir. rer. domin.

§ 18 Quum ex aliena materia [q] species aliqua facta sit ab aliquo, quæri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit: vtrum is qui fecerit, an potiùs ille, qui materiæ dominus fuerit. vt ecce, si quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinum aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulsum miscuerit, vel ex medicamentis alienis emplastrum [s], aut collyrium composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellia fabricauerit. Et post multam Sabinianorum, & Proculianorum [t] ambiguitatem, placuit media sententia existimantium, [v] si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit, [x] si non possit reduci, eum potiùs intelligi dominum, qui fecerit, vt ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci: vinum autem vel oleum, aut frumentum, [y] ad vuas, vel oliuas, vel spicas reuerti non [z] potest, at ne mulsum quidem ad vinum & mel resolui potest. Quòd si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum, aut collyrium: aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: quum non solùm operam suam dederit, sed & partem eiusdem materiæ præstiterit.

[p] Separat aliquorum ab inundatione: d. l. 7. §. Aliud. De acq. d. interpretatur Pamp. l. 30. §. Alluuio. ibid.

[q] Acquisitio per accessionem. Materia autem hic dicitur, non qua forma careat, sed ei noua forma attribuitur.

[r] Est portionis genus, quod vini appellatione continetur negauit Vlpian. l. 3. De trit. vin. Plin. lib. 14. cap. 6. 7. & 8.

[s] Paul. in l. 12. §. 6. De fund. vel instit. Cornel. Cels. libro, 3. cap. 17.

[t] Diuersa & dissidens inter se prudentum schola l. 2. §. post hanc. De orig. Iur. hi species, seu formam, illi materiam spectabant.

[v] Cas. scilicet l. 7. Cum quis. Callistrati. l. 12. & Paul. 24. de acq. do.

[x] Nam materia qua ad priorem speciem facilè reduci potest non videtur eam mutasse: l. quæsitum. 28. §. 4. De legat. 3. VV.

[y] In hoc exemplo aliquid à Tribonianо omissum fuisse constat ex l. 7. Cum quis de acquirend. do.

[z] Vt nec vinum vel domus facta ad pristinam materiam. l. 12. Paul. eod.

[a] Est similis locus l. 26. §. Proculus. De acq. dom.

[b] Vide Ant. Augustin. lib. 3. cap. 7.

§. 19. Si tamen [a] alienam purpuram vestimento, [b] suo quis intexuerit, licet pretio

¶ *Quod cuiusque rei ornandæ causa adhibetur, vt accessio principali cedit.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

pretiosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduersus eum qui subripuit, habet furti actionem, & conductionem: siue ipse sit, qui vestimentum fecit, siue alius. nam extinctæ res, licet vendicari non possint, condici tamen à furibus, & quibuscunque aliis possessoribus possunt.

¶ *V. modus, Confusio, Conflatio, Mixtio.*

§. 20. Si duorum [c] materiæ voluntate dominorum confusæ sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, veriusque commune est, veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflauerint: Sed & si diuersæ materiæ sint, & ob id [d] propria species facta sit: forte ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum: [e] idem iuris est. nam & hoc casu commu-

[c] *Ex Cafo. l. 7. §. vel tres. ibi. Sed & si ferruminauerit. Confusione autem permixtioni fieri, aut ferruminatione. Illa communionem facit de quam induximus, si diuelli in sua materia separarive ferruminata non queant communionem: plumbatura autem minime. nec enim plumbatura confusionem facit. Cæterum si quid gemmæ plumbatura, aut rei alterius accedat, ad exhibendum est actio: quia facilè separabari potest. Est & condictio, vti diximus est in §. Si tamen alienam: vindicatio non est. Si per ferruminationem, non est ad exhibendum actio, quia separari vix potest: tamen est & in illa condictio. l. in rem. §. Item quæcunque. D. de rei vend. id est, vti in venditione. Cum verò alia alij permiscentur vel ferruminatione non accedant, sua cuique res manet. Quicquid. D. de acq. re. do. id æque integra est vtrique, in re aliis. & hæc igitur est altera ordo, Vendicatio, Ad exhibendum. & In factum l. C. d. Diuersa in substantia res confusa, nouæ species naturaliter efficiunt. VV. c Aut à f. cuius pars quibus est, eorum. Plin. l. 33.*

nem esse speciem non dubitatur. Quod si fortuitò, & non voluntate dominorum confusæ fuerint, vel eiusdem generis materiæ, vel diuersæ, idem iuris esse [f] placuit. Quòd si frumentum Titij frumento tuo mistum fuerit, siquidem voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id est, singula grana, quæ cuiusque propria fuerant consensu vestro communicata sunt. Quod si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse: quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec magis illis casibus commune sit frumentum, quàm grex intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus mista fuerint. [h] Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipse æstimet, quale cuiusque frumentum fuerit.

cap. 4. & 17. cap. 2.

[f] *Cùm sic legit, sine negatione d. l. 27. §. Voluntas. & Harmen. lib. 2. tit. 1. Theophil. negatiuè, quod non probat hoc loco. C.*

[g] *Sequitur de commixtione.*

[h] *Restitui enim dominus nihil interest, quia vtrobique quum eadem corpora durent, durat etiam dominium eius, cuius ea fuerunt. nec mutatur. l. vt vnus. 32. de vsur.*

¶ *VI. Modus, accessione acquiritur dominium ædificij domino soli, ex d. l. 7. §. cùm in suo.*

§. 21. Cùm in tuo solo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipse intelligitur dominus ædificij, quia omne, quod

quod solo[i] inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus eius esse, sed tantisper neque vendicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere propter legem duodecim Tabularum, qua cauetur ne quis tignum[k] alienum ædibus[l] suis iunctum[m] eximere cogatur, [n] sed duplum pro eo præstet, per actionem, quæ vocatur De tigno iuncto. Appellatione[o] autem

i Nam et fabo, cellis, petere. sed & in §. quod si partem, supra, nō est nuncupatum. & in §. sic tamen ius legitur, sine ipse sit, qui vestiti fuerit, & in §. Cum ex alienamassam æris

vel arg. vel aur, sed. Vinum autem aut oleum: quæ non adeo magni momenti sunt, vt salua fide præteriri non potuerint.

k Aut scierus tignum alienum ædibus iunxit, aut ignorans si sciens in duplum tenetur: præter duplum & etiam ad exhibendum actio vel vindicatio: quasi dolo desierit possidere. & hoc apertè traditur in l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de tig. iunc. ignorant, nec vindicatione tenetur, nec ad exhibendum actione. Nanque in eo cessat ille color, quasi dolo desierit possidere, sed in duplum tenetur pro tigni pretio: in illo, lo desierit possidere, sed in duplum tenetur pro tigni pretio: in illo, legitima actio pœnalis est, in hoc pœnalis esse non videtur. At & qui scienti domino iunxit, ita vt dictum est teneatur? Minimè gentium: quitamen hoc casu cessat lex xij. tab. & ad exhibendum competit actio vt soluta tigna vindicentur. l. De eo. D. de donat. int. vir, & vxo. est ipso iure & omni casu ad exhibendum actio ac vindicatio vndique scientes Decem viri, tigna solui prohibuerunt ignorante domino inclusa & dupli actionem pro tigni constituerunt. l. Qui rei. in fi. D. de solut. Quia.

l Idem de gemma auro inclusa. l. Gemma. Ad exhib.

m Al. Vinctum: vt & in Pand. Flor.

n Item & vomeb, ne earum turbetur cultura. l. 1. de tigno iunct.

o l. Tigni. De verb. sig. l. Senatus. de contrah. emp.

tigni

tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia[p] fiunt. Quod ideo prouisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa diruta sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum iam consequutus, tunc[q] eam vendicare: [r] & ad exhibendum de ea re agere.[s]

§ 22. Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificauerit, illius fit domus, cuius & solum est.[t] Sed hoc casu materiæ dominus pro pretietatem eius amittit, quia voluntate eius intelligitur esse alienata, vtique si non ignorabat se in alieno solo ædificare: & ideò licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest. Certè illud constat, si in possessio[u] constituto[v] ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec soluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, posse eum per exceptionem doli mali repelli:[x] vtique, si bonæ fidei possessor fuerit qui ædificauit. Nam scienti alienum solum esse, potest obiici culpa, quòd ædificauerit temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

p l. 6. Nequid in loc. pub.

q Et non antè, l. qui vet. §. vlt. de ædificiis.

r Non obstante tempore præscript. l. in rem 23. §. vl. de rei vend. VV.

s Vt vendicari possit. l. 1. ff. ad exhib.

t Considerato eventu qui sequitur. quia alterum non habet. VV.

u Nam si non possideat: actionem nullam habet, l. si in area 19. ff. de condic. ind. deb.

x Quia vult lucrari cum aliena iactura. l. 2. §. generaliter. de dol. except.

y Ideo hāc exceptionem habet: quia dolus compensatur: & in pari causa melior est conditio domini possidentis. Vide VVesse.

¶ Implan

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Implantatio vel insitio modus Accessionis.

§ 23 Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso si Titius suam plantam in Mæuij solo posuerit, Mæuij planta erit.[a] si modò vtroque casu radices egerit, antè enim, quàm radices egerit, eius permanet, cuius fuerat.[b] Adeò autem ex eo tempore quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur: vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundum radices egerit, Titij effici arborem dicamus. ratio enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quàm cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium[d] arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis sit.[e] Quæ ratione autem plantæ quæ terræ coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterũ sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea quæ diximus: ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide[f] coluit.

§. 24. Literæ quoque, licet aureæ sint,

a *Iure soli l. 21. de vsur.*
b *Quia nec illa cohærent soli. nec facta est pars rei immobilis. l. 23. & 60. ff. eod.*
c *Solo ita inhærent, vt indereta & arura dicta appellantur rata illa latitudo quinque pedum, de qua competit actio finium regundorum.*
d *Addit etiã Mart. pro regione eiusdem prædij. l. 2. ibi. ff Hoc add. ex Cassio l. qua ratione. 9. ff. eod. Nam hac exceptio tantum bonæ fid. possessori dat. Vide VV.*

sint, perinde chartis, membranisve cedunt,[g] ac solo cedere solent ea quæ inædificantur, aut inseruntur, ideoque si in chartis, membranisve tuis carmen vel historiam, vel orationem Titius scripserit, huius corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas tuos libros, tuásve membranas, nec impensa scripturæ soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique si earum chartarum, membranarumve posse sionem bona fide nactus est.

§. 25. Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere, alijs videtur picturam[h] (quisquis fuit) tabulæ cedere: sed nobis videtur melius esse, tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim picturam Apellis, vel Parrhasij, in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si à domino tabulæ, imaginem possidente, is, qui pinxit, eam petat, nec soluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoueri. At si is qui pinxit, eam possideat, consequens est,

g *Quasi solo, vasi, & fundamento quo sustinentur, l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. Super imposita enim aut Cæsi. li. 2. Instit. tit. 1.) inscriptiones cedunt. Rei vendicatione, vel actione ad exhib.*
h *Nempe Paulo in l. In re. 23.*
i *sed & id quod. D. de rei. vind.*
i *Hic Instit. Cuj sententiã Atqui cæteri, vt refellat Paulã opinionem. l. 23. de rei. vind.*
k *Huius meminit Plin. li. 35. cap. 9. & 10. Adde Dion. lib. 22. ca. 21. Horat. lib. 4. Odar. 3. Ode.*

Per rectam vindicationem, inquit Cuiacius hic tit. id est, directam, Ita directa enim tantum competit dominis: at vtilis, etiam non dominis. l. 1. ff. de rei. vin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt vtilis actio domino tabulæ aduersus eum detur: quo casu, si non soluat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: vtique si bona fide possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. Illud enim [m] palam est quòd siue is qui pinxit, subripuit tabulas, siue alius, competit domino tabularum furti actio.

¶ VII. *Mod. Perceptio fructuum bona fide facta.*

§ 26 Si quis à non domino, quem dominum esse [n] crediderit bona fide fundum emerit, [o] vel ex donatione, aliáve qualibet iusta [p] causa æquè bona fide [q] acceperit, naturali ratione placuit fructus, quos percepit, [r] eius esse pro cultura & cura. Et ideo si postea dominus superuenerit, & fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei verò, qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere.

§ 27 Is verò, ad quem vsus fructus fundi pertinet, non aliter fructuum domi

[m] *Sed nec. nauigat. autem.*
[n] *Quæ opinio bonæ fidei fecit. l. 1. ff. de verb. sig. dum sit scilicet error facti. l. 15. de his quib. vt indig.*
[o] *Et acceptera dicta. vt ipsa.*
[p] *Et ad dominium transferendum habili titulo.*
[q] *Quæ præsumitur. l. penult. C. de euict.*
[r] *Quid sit fructus percipere, docet Labeo. l. 78. de rei vind. Plus est cura quàm cultura. & ip. si fructus percrint: cur dicuntur. l. fructus §. non solum. D. solut. matr. Vide Cuiac. t. Hic §. cum superioribus repetendus est, ex Lab. l. qui scit de vsur. l. 13. quis. me. vsus fr. vel vs.*

dominus efficitur, quàm si ipse eos percepierit. Et ideò licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur. eadem ferè & de colono dicuntur.

§ 28 In pecudum [s] fructu etiam fœtus est, sicuti lac, pilus & lana. itaque agni, hœdi, & vituli & equuli, & succuli statim naturali iure dominij fructuarij sunt. partus verò ancillæ in fructu non est: itaque ad dominum proprietatis pertinet. [t] Absurdum enim videbatur, [u] hominem in fructu [x] esse: quum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparauerit. Sed si gregis vsum fructum quis habeat in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere [y] debet (vt & Iuliano visum est) & in vinearum demortuarum vel arborum locum, aliis debet subsitituere. Rectè enim colere, & quasi bonus paterfamiliâs vti debet.

¶ *Particularis modus occupationis, id est, primi modi generalis acquirendi dominij.*

§ 29 Thesauros, quos quis in loco suo [z] inuenerit, diuus Adrianus naturalem æquitatem sequutus, ei cõces-

[s] *Ex Cels. l. 28. de vsur.*
[t] *Iure dominij, sicut rei accessio. §. sicut supra eo.*
[u] *Vide l. Veturius de vsufr. l. 22. §. sed enim. Ad Trebell. & Tull. lib. 1. de fœto.*
[x] *Debet n. vti saltuarius rei vniuersitate, l. 12. §. vsufruct. quemad. cap.*
[y] *Quæ non amplius erunt in fructu, sed ad proprietatem pertinebunt, l. 12. §. hæreditatem. Ad Trebell. V. Vsufr.*
[z] *Vide Accol. 1. cap. 1.*
[a] *Cuius habet proprietatem, eamque certam, idem.*

d Idem Adrianus. Fratres Imperatores contra fiscum paulopost concessit. idem statuit. Adrianus, Gratianus, Valens & Theodosius contra Laco) suoque & proprio quæque religioso sua voluntate facere pos. G.

f Quæ verba ideo adiecta sunt, ne detur occasio violandorum sepulchrorum. l. sub. 10. C. tit. 13.

g Superest vel ciuitati: nam mox sequitur. & dimidium fisci vel ciuitatis. Publico igitur, id est, Populi Romani vel ciuitatum.

h Acquisito per traditionem. Ex Cæs. d.l. 9. ibid. Fac. l. Traditionibus. Cde pact.

sit, qui eos inuenerit. Idémque statuit, d si quis in sacro aut religioso loco, fortuito casu inuenerit. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuitò e inuenerit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco vel publico, vel ciuitatis f inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, vel ciuitatis.

¶ VIII. *generalia acquirendi modus.* Traditio.

§. 30. Per traditionem h quoque iure naturali res nobis acquiruntur, nihil enim tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. & ideo, cuiuscunque generis sit corporalis res, tradi potest, & à domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria & tributaria

i prædia, quæ in prouinciis sunt, inter quæ, necnon & Italica k prædia ex nostra constitutione nulla est differentia, sed si quidem ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur.

§ 31 Venditæ l verò res & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quàm si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore, aut pignore dato, quod quanquam cauetur ex lege duodecim Tabularum, tamen rectè dicitur & Iuregentium, id est, Iure naturali m id effici. Sed si is qui vendidit, fidem emptoris sequut n a fuerit, dicendum est, statim rem emptoris fieri. Nihil autem interest, vtrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate eius alius, (cui eius rei possessio permissa sit.) Qua ratione, si cui libera vniuersorum negotiorum o administratio permissa fuerit à domino, isque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis.

Theophi. & Cuiam. & ideo quidam debenda censet.

a Fac. Med. l. 6. de procur.

i Videntur ea fuisse, quæ ab hostibus capta populus Romanus. vel Princeps dabat, quibus omnibus tributi erat ascriptio. Italica verò, seu Italicè inædificata, plane ingenua erant.

k l. vnic. C. de vsucapion. gras fur.

l Pamph. in l. quod vendidi. de contrah. empt.

m Sic in §. Singularis sequ. pra.

n Pomp. in d. l. 19. habet, fidē habuerimus emptori sine vlla satisfactione inclusa desunt aqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

* IX. *& vltimus acquirendi dominij modus d.l.9.§. interdum.*

§ 32 Interdum etiam sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rē quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, posteà aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quamuis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamē ipso, quòd patitur tuam esse, statim tibi acquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset. Item si quis merces in horreo depositas vendiderit, simulatque claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

§ 33 Hoc amplius, interdum & in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce, Prætores & Consules cùm missilia [b] iactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque sit exceptu rus: & tamē quia volunt, quod quisque acceperit, eius esse, statim eum dominum efficiunt. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habe

[a] *Proximi, vel quod sit in conspectu. l. Claues. de contraben. empt.*

[b] *Res missiles vocat Suet. in Augus. cap. 92. Calig. cap. 18. & Neron. ca. 1. Quam tamē postea liberalitatē prohibuit Zenon. l. 2. C. de Consul. Instit. Manell. 105. ex Pomp. l. 1. Pro derelict.*

habetur, quòd dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum suarum esse nolit: ideóque statim dominus eius esse desinit [c].

§ 34 Alia [d] sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis causa eiiciuntur. hęc enim dominorum permanent: quia palàm est eas non eo animo eiici, quòd quis eas habere nolit, sed quò magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit [e]. Nec longè videtur discedere ab his, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.

[c] *Etiam priusquam res sit ab alio occupata, vti adue sus Proculum recte sentit Iustinian. l. 7. de his qua pro derel. & l. Ex Caio. d. l. 9. §. vltim. Quę interpretatur Iul. l. 13. Ad l. Rhod. de iac.*

[d] *Hunc locum interpretatur Vlp. l. 43. §. Si tabulis. de furt.*

[e] *Hic titulus totus est descriptus ex l. 1. de verb. sign.*

De rebus corporalibus & incorporalibus [a].

TITVLVS II.

Secunda rerum diuisio à substantia earum.

QVædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales. Cor-

potales hæ sunt, quæ sui natura tangi possunt: veluti fundus[b], homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.

§ Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ in iure consistunt[c] sicut hæreditas, vsus fructus, vsus & obligationes quoquo modo cõtractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur: nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. nam ipsum ius[d] hæreditatis, & ipsum ius vtendi, fruendi, & ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura prædiorum vrbanorum & rusticorum, quæ etiam seruitutes vocantur.

b Cic. in Topic. Gell. li. 5. cap. 25.

c In iure, nã in corpore id est iura. l. Et habet. 1. D. de precar. Item. §. fundo. de leg. 2. l. vlt. C. de [illegible] præscr. [illegible] po. iura talia sunt: [illegible] hæreditas, [illegible] pecunia, possessio, obligatio. nã hæc omnia iuris nomina sunt. Hæreditas igitur non est pecunia, sed successio. l. Nihil. De verb. signif. id est, ius successionis. l. bonorum. 2. eod. At verò qualia sunt, ea quæ in iure consistunt: nec enim docet quæ sint genera rerum incorporalium, sed qualia. Nam iura non sentiuntur: res tamen incorporales sunt: si quidem is qui nummos debet, quantitatem debet, non corpora. l. Qui hæredit. D. de cond. ind. l. [illegible] qui nummos. de solut. quæ lex citatur in l. Nam et si fur. §. vlti. de reb. cred. *d Nam pro sed, vt in l. Inter stip. §. Sacram. de verbor. oblig. l. Stichum. §. vsumfruct. de solut.*

De

De seruitutibus rusticorum & vrbanorum prædiorum.

TITVLVS III.

¶ Quæ rusticorum prædiorum iura sint: item quid sit Iter, Actus, Via, Aquæductus.

RVsticorum[a] prædiorum iura sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter, est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi[b], vel vehiculum. Actus, est ius agendi iumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet: sed qui actum habet, & iter habet, eóque vti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi & agendi[c] & ambulandi hominis: nam iter & actum[d] via in se continet. Aquæductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

§ 1 Prædiorum vrbanorum seruitutes sunt hæ, quæ ædificiis inhærent. ideo vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia, vrbana prædia appellamus, & si in villa ædificata sint. Item[e] vrbanorum prædiorum seruitutes sunt hæ, vt vicinus onera vicini sustineat: vt in parietem eius li-

a Ex Vlp. l. 1. ex Paul. l. 9. ex Modest. l. 12. eod.

b Iumentū vero potest: iumentum agere nõ potest. iter est, quâ homines: actus quà pecora transeunt.

c Cinna. notar. lib. 4. cap. 11. legendum, vehendi, alioquin superuacua hic iterũ paulò post subijci, ambulandi.

d Qui actum habet, actum vindicat, non iter & actũ: qui viam habet, aut viam vindicat, aut iter simul & actum. Vide Caiũ hic.

e Ex Caio l. 2. hic.

ceat vicino tignum immittere; vt stillicidium, vel flumē [f] recipiat quis in ædes suas, vel in areā, vel in cloacā, vel nō recipiat: & ne altiùs quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini officiat. Inter rusticorū prædiorum seruitutes quidam cōputari rectè putant aquæhaustum, pecoris [h] ad aquam adpulsum, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

§ 3 Ideò autem hæ seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt. nemo enim potest seruitutem acquirere vrbani, vel rustici prædij, nisi qui habet prædium: nec quisquam debere, nisi qui prædiū habet.

§ 4 Si quis [k] velit vicino aliquod ius constituere: pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. Potest etiam testamento quis heredem suum damnare, ne altiùs tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat, vel vt patiatur eum tignū in parietem suum immittere, stillicidium ve aduersus eum habere: vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquámve ex eo ducere.

§ Theophil. αὐλὼν, id est canalem.

f Aut stillicidiū meo in re non recipio aut iure seruitutis. Aeo inuito non licebit vicino cessero ius stillicidij immittendi. Iure seruitutis, si vicina iā ante cessero ius stillicidij immittendi. Eodemq; prorsus modo, aut iure meo ædes altius tollo aut iure seruitutis quæ de re diximus infrà in §. æque d. tit. l. C.

g Fac. l. 1. eo. l. Et Vlpi. l. 1. Com. prad.

h Traditur hoc loci materia ex qua reales seruitutes constituuntur. i Constituuntur ergo seruitutes tam contractibus inter viuos, quàm vltima voluntate.

De vsufructu.

TITVLVS IIII.

Definitur vsusfructus constituiturque tam inter viuos quàm in vltima voluntate.

VSusfructus, [a] est ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerum substantia [b]. Est autem [c] ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est. Vsusfructus à proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit: vt ecce, si quis vsumfructum alicui legauerit. nam hæres nudam habet proprietatem, legatarius verò vsumfructum. Et contra, si fundum aliquem legauerit, deducto vsufructu, legatarius nudam habet proprietatem, hæres verò vsumfructum. Item alij vsumfructum, alij deducto eo fundum legare potest. Sine [e] testamento verò, si quis velit vsumfructum alij constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates: semper absedente vsufructu, placuit certis modis extingui vsumfructum, & ad proprietatem reuerti.

a Hæc definit. ex Paul. l. 1. eod. alienis rebus eo pertinet. Theoph.

b Id est, vt substantiam rei neque immutet, neque corrumpat. Paul. d. l. 1.

c Ver. exemp. Est enim ius d Iustin. Nouell. 17. vocat, δικαίωμα χρήσεως.

e Ex Cato d. l. 3. §. 2. hic.

Quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibus in rebus vsusfr. constituatur.

§ 2 Constituitur autem vsusfructus non tantùm in fundo & ædibus, verumetiam in seruis, & iumentis, & cæteris rebus: exceptis iis, quæ ipso vsu consumuntur. Num hæ res neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt vsumfructum, quo in numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta: quibus proxima est pecunia numerata. Nanque ipso vsu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis causa Senatus censuit, posse etiam earum rerum vsumfructum constitui, vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur. Itaque si pecuniæ vsusfructus legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet hæredi de tanta pecunia restituenda, si moriatur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita tradun tur legatario, vt eius fiant, sed æstimatis his, satisdatur, vt si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo Senatus [b] non fecit quidem earum rerum vsumfructum (nec enim poterat) sed per cautionem quasi vsumfructum constituit.

fl. 9. & vlt. D. Vsufruct. quemadmo. ea. dicitur in vestimẽtis nõ esse locum S.C. Trag. Contius diceret exponendum, nisi in vetustu C. & Theoph. paraphrasi extaret.

g Pro constituti, erat in D. legari. sed forte Iustin. generale verbum addendo dicere voluit etiã inter vinum locũ habere: quam vis contra in defendat Cuias.

h Ex Catone l. 2. de vsufr. ear. rer. quæ vsf. cons. Tull. lib. 2. de legib. Paul. lib. 3. Sent. cap. 6

¶ Sex

¶ *Sex modis finitur vsusfructus: Primus, Mors.* v 1. *Deminutio cap.* III *Non vsus* IIII. *Cessio* v. *Consolidatio.* VI. *Res interitus.*

§ 3 Finitur [i] autẽ vsusfructus morte vsufructuarij, & [k] duabus capitis deminurionibus, maxima & media [l], & non vtendo per modum & tempus: quæ omnia, nostra statuit constitutio. [m] Item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur (nam cedendo extraneo, nihil agitur) vel ex contrario, si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit: quę res consolidatio [n] appellatur. Eo amplius contrac, si ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio suo corruerint: extingui vsumfructum, & ne areæ quidem vsumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit totus [o] vsus fructus: & reuertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

i Hunc §. & sequentes repete ex tit. qui. mod. vsusf. vel vs. amit.

k Ante Iustin. etiam minima cap. dẽ. vsumfructum extinguebat. Vide Barunẽ hic.

l Incorrupta nem. C. de vsufr. l. 5. qui. mod. vsusfr. amit.

m Consolidatus fructus dicitur ab Vlp. l. 3. §. 1. de vsufr. acc. & solidam proprietatem vocant prudentes à qua vsusfructus dedutus non est. l. 31. de bo.

n Ver. l. 26. §. pe. de vsufr. leg. Consolidatio inde vocata arbitror, quod solidum id proprie sit, à quo vsusfructus dedutus non est. l. alibertus. D. de bo. lib. l. semper. §. pe. D. de vsufr. leg. adquirit. Theophi.

o Ratio est, quia vsusfructus in corpore sit, quo sublato vsusfructus tollitur est. Cic. in Top. 2 Nam si pars tantum finita fuerit, non statim reuertitur ad proprietatem, sed plerũque accrescit alteri parti. Gell.

De vsu

De vsu & habitatione.

TITVLVS V.

Hæc quoque seruitus personalis est, id est à re personæ debita. Idem in habitationis seruitute.

a *Id est, vt l. 1. hic. Cuias interpretatur, si ne fructu.*
b *Hic locus ex Cuia l. 1. hic. Acia. 1. Para l. c. 17.*
c *Theophil. habet, ἄνευ κάρδος manus vt litatu.*
d *De fermentis Varro libro 1. de re rustica.*
e *Ex Cuia. l. 11. hic.*
f *Hic. §. ex variis Iurisconsultorum responsis consurus est. l. 2. §. 4. §. 6. & seq. hic.*

ISdem illis modis, quibus vsusfructus constituitur, etiam nudus [a] vsus constitui solet: iisdemque [b] illis modis finitur, quibus & vsusfructus desinit. Minus autem iuris est in vsu [c], quàm in vsufructu. nam is, qui fundi nudū habet vsum, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, [d] fœno, stramentis, & lignis ad vsum quotidianum vtatur: in eoque fundo hactenus ei morari licet [e], vt neque domino fundi molestus sit, neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento, nec vlli alij, ius, quod habet, aut locare, aut vendere aut gratis concedere potest: quum is, qui vsumfructum habet, possit hæc omnia facere.

§ 2 Item [f] is, qui ędium vsum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipse tantum inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre potest, & vix receptum

ceptum esse videtur, vt hospitem ei recipere liceat & cum vxore, libertisque suis, item libertis, necnon personis suis liberis, quibus non minùs, quàm seruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conueniebat, si ad mulierem vsus ędium pertineat, cum marito ei habitare liceat.

g *Ex Vlpia. l. 12. §. si vsus. hic.*

§ 3 Item is [g], ad quem serui vsus pertinet, ipse tantum opera atque ministerio eius vti potest: ad alium verò nullo modo ius suum transferre ei concessum est. Idem, scilicet, iuris est in iumento. Sed & si pecorum, vel equorum [h] vsus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana vtetur vsuarandi. Reliqui sigratuitu concessere habitationem, Seuere Vrcianus esse commodatu adfirmat l. 8. §. 1. D. commod. tutus autem est agere præscripto verbi. l. si gratuitam. D. de præscript. verb. quandoquidem habitatio nomen inre est: quod etsi verissimum, in facto tamen potius quàm in iure consistit id est, non tam videri, in facto tamen potius quàm in iure consistit id est, non tam videri esse ius, quàm factum, & quasi domus ipsa illi relictum, D. de cauere esse ius, quàm factum, & quasi domus ipsa illi relictum, D. de cauere deminuer. atque ideo multū differt ab iis, quæ manda in iure consti- deminuer. atque ideo multū differt ab iis, quæ manda in iure consti- tuuntur, id est, vsu, vsufructu, vsus, vsufruct. si gratuito concessus sit, tuuntur, id est, vsu, vsufructu, vsus, vsufruct. si gratuito concessus sit, quod aptius commodati alliuenē daret vsum: sic vsusfructus si non vtendo quod aptius commodati alliuenē daret vsum: sic vsusfructus si non vtendo capitis deminutione minuitur, habitatio non item. Vsus, vsusfe- capitis deminutione minuitur, habitatio non item. Vsus, vsusfe- ctus personæ adhæret, habitatio non tam ex persona, quàm etiam ctus personæ adhæret, habitatio non tam ex persona, quàm etiam re ipsa qua habetur. At certè morte finitur habitatio exemplo re ipsa qua habetur. At certè morte finitur habitatio exemplo vsus & vsusfructus: & ibid etiam ante aditam hæreditatem non ce- vsus & vsusfructus: & ibid etiam ante aditam hæreditatem non ce- dit. Cuiac. dit. Cuiac.

h *Cuiac. legendum dicit, vel lati cuiūcumq; pecorum appellatione vtes cōtinentur.*
Id etiam confirmat, l. plenum. §. sed & si pecoris D. de denique in Graco ita est, Ἰδιωμάτων φορεῖται. Habitatio nō domū significat, sed ius habitandi. Reliquæ si gratuitu concessere habitationem, etsi vtrinque

rius: quia ea in fructu sunt. Planè ad stercorandum agrum suum pecoribus vti potest.

¶ *Habitatio ab vsu & vsufructu diuersa est: transferríque in alium potest. l. 13. C. eod.*

§ 4 Sed si cui habitatio legata, siue aliquo modo constituta sit, neque vsus videtur, neque vsusfructus, sed quasi proprium aliquod ius: quâquam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatem, secundum Marcelli[1] sententiam nostra decisione promulgata permisimus, non solùm in ea degere, sed etiam aliis locare. Hæc de seruitutibus, & vsufructu, & vsu, & habitatione dixisse sufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summatim quibus modis iure gentium res acquiruntur: modò videamus, quibus modis legitimo & ciuili iure acquiruntur.

[1] *Non extat. vnde intelligatur iuregen non esse prudentum veterum responsa. & Rectius in libris vet. de vsucap. & longi tẽpo. possess. quod erat Theophil. a nouit. i rescripto plurimum exceptis est. Nouissimi iuris interpretes, possessio, siue ad inquisitionem longi tẽporis vsu gratiæ rescripti nem appellãt. quod non caret exemplis. Nã sic loquitur l. ei à quo D. de vsurp. & vsuc. sic l. qui alienã ff. de euict. sic §. ex his. infra. p quas præscr. sic dtuig. l. quinquen. C. si. regã.*

De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus.

TITVLVS VI.

¶ *Ratio*

¶ *Ratio vsucapiendi, & tempus ad eam necessarium.*

IVre ciuili constitutum fuerat, vt qui [a] bona fide ab eo, qui dominus non erat, cùm crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliáve quauis iusta causa receperit: is eam rem, si mobilis erat, anno vbique vno: si immobilis, biennio tantùm in Italico solo vsucaperet: ne rerum dominia in incerto [b] essent. Et cùm hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora, nobis melior sententia resedit, ne domini maturiùs suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur, & ideo constitutionem [c] super hoc promulgauimus, qua cautum est, vt res quidem mobiles, per triennium: immobiles verò, per longi temporis possessionem (id est, inter præsentes [d], decennio, inter absentes, viginti annis) vsucapiantur. & his modis non

[a] *Bona fidei emptor quis sit, docet Modest. l. Bonæ fidei. De verbo. signifi. Seruentia sic legit Cuia. cum crediderit, & paulò post, vsucapiebat: Ergo vt qui bona fide, id est, quemadmodum is qui bona fide.*

[b] *Plat. 12. de legib. & Tul. pro Cecin. dicit, Lex iubet vsum & auctoritatem fundi esse biennium.*

[c] *l. vnic. C. de vsuc. transfor.*

[d] *Præsentes hîc accipe, qui in eadem prouincia domicilium habent. l. vlt. de præsc. long. temp. C. & prine. Iusto titulo nam titulus est possessionis causa. Est vsus anni vnius biennij: est longum tempus: est longissimum: liberi homines: res furtiuæ, res religiosæ nullo tempore acquiruntur: serui fugitiui longissimo tempore acquiruntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum iusta causa possessionis præcedente acquirantur.

§ 2 Sed aliquando, etiam si maximè quis bona fide rem possederit, non tamen illi vsucapio vllo tempore procedit [e]: veluti si quis liberum hominem [f], vel rem sacram, vel religiosam, vel seruum fugitiuum [g] possideat.

[e] Facit l. Vsucapionem. ff. eod.
[f] Fac. l. vlt. C. de long. temp. præscript.
[g] Fac. l. 1. C. de ser. fug.

¶ *Quæres vsucapiantur vel non, præsertim Furtiuæ. Vi possessæ, & Fiscales.*

Furtiuæ quoque res, & quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, vsucapi possunt, nam furtiuarum rerum lex duodecim tabularum, & lex Attilia [h] inhibent vsucapionem: vi possessarum, lex Iulia & Plautia. Quod autem dictum est, furtiuarum & vi possessarum rerum vsucapionem per leges prohibitam esse, non eò pertinet, vt ne ipse fur, quive per vim possidet, vsucapere possit (nam his alia ratione vsucapio non competit: quia, scilicet, mala fide possident) sed ne vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, vsucapiendi ius habeat.

[h] Leg. Attinia dicitur. Gell. libr. 17. cap. 7. Quod surreptū erit, eius rei æterna authoritas esto, Paul. l. 4. §. Quod autem. hic & Cic. orat. 3. in Ver. eodo mihi lege Attilia, Furias, esto.

beat. Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit, vt bonæ fidei possessoribus vsucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eius committit.

§ 3 Sed tamen [i] id aliquando aliter se habet. nam si hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hæreditatem esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, vsucapere possit, dubium non est: quippe, quum ea res in furti vitium non ceciderit: quum vtique hæres, qui bona fide tanquam suam alienauerit, furtum non committat. Item si is, ad quem ancillæ vsusfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donauerit, furtum non committit. [k] furtum enim sine affectu furandi non committitur. Aliis quoque modis accidere potest, vt quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt à possessore vsucapiatur.

[i] Hic §. ex Cuiac. l. 30. eodem, vide Theophr.

[k] Alias superius loco Iustin. definiens veterum Prudentum controuersiam, aperte docuit partum ancillæ non esse in fructu.

§ 4 Quod autem ad eas res, quæ solo continentur expediet, [l] Ius ita pro-

[l] Ex Cuiac. l. 27. hic. in Cuiac. habet. expeditius proponitur.

cedit, vt si quis loci vacantis possessionem propter absentiam, aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur: quamuis ipse mala fide possideat (quia intelligit se alienum fundum occupasse) tamen si alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri: quia neque furtiuum, neque vi possessum acceperit. Abolita [n] est enim quorundam veterum sententia existimantium etiam fundi, locive [o] furtum fieri. Et eorum vtilitati, qui res soli possident, Principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri.

§ 5 Aliquando [p] etiam furtiua, vel vi possessa [q] res vsucapi potest: veluti si in domini potestatem reuersa fuerit. tunc enim vitio rei purgato, procedit eius vsucapio. Res fisci [r] nostri vsucapi non potest: sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nuntiatis, bonæ fidei emptorem tradita sibi rem ex his bonis vsucapere posse, & ita diuus Pius, & diui Severus [s] & Antoninus rescripserunt.

§ 6 Nouissimè sciendum est, rem talem esse debere, vt in se non habeat vitium, vt à bonæ fidei emptore vsucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possideat. Error [t] autem falsæ causæ, vsucapionem non parit: veluti si quis eùm non emerit, emisse se existimans, possideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

§ 7 Diutina [u] possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & hæredi, & bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium alienum esse. Quod si ille initium iustum non habuit, hæredi & bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio [x] similiter & in vsucapionibus [y] obseruari constituit, vt tempora continuentur. Inter venditorem quoque & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ Quomodo vsucapiantur res à fisco emptæ.

§ 8 Edicto D. Marci [z] cauetur, eum, qui à fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei exceptione

n *Ex Cato l. 38. hic.*
o *Fundus est integrum aliquid, locus ei? portio fundi: fundus finibus regitur, non locus fundus ad prædia rustica, locus etiam ad vrbana pertinet: inde in §. constituitur. sup. de vsufruct. dicitur an fundo & ædibus. Ad hæc locus est sine villa, fundus cum villa: inde inter Censorias notas illa recensetur à Plinio, Minus arare quam verrere, id est minus habere fundi quam villæ.*
p *Ex Paul. l.*
q *§. 5. Quod autem hic.*
r *Fac. l. vlt. Vi bona rapt.*
s *Ex Mod. l. 18. hic. Fac. l. 2. C. Commu. de succes.*

t *Callist. l. 1. §. vlt. hos non laudat auctores.*
u *Fac. l. 27. hic. Cui addes Africani responsum. lege Quod vulgò. D. Pro empt.*
n *Ex Papin. l. 43. hic. & l. 11. de diuer. & temp. præscript.*
x *l. vnic. C. De vsucap. transfor.*
y *Videlicet triennij, cùm olim id secus esset, l. si ædes. §. libertas, de seruit. vrb.*
z *Harmenop. lib. 3. Epito. addit. & Commodi. Fac. l. vlt. C. si aduer. fisc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

repellere. Constitutio [a] autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit iis, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid: vt ipsi quidem securi statim fiant, & victores existant, siue experiantur siue conueniantur. Aduersus autem sacratissimum ærarium vsque ad quadriennium liceat iis intendere [b], qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi quasiam cõpetere actiones. Nostra autem diuina constitutio [c], quam nuper promulgauimus, etiam de iis, qui à nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis [d] continentur.

[a] Exstat in l. 3. C. de quadrien. præsc.

[b] Id est, alienem proponere.

[c] Est in l. vlt. De quadrien. præscript.

[d] Cuia. habet, præfatæ Zenonis constitutionis.

[a] Harmeno lib. 3. tit. 1.

[b] Vide Vlp. in frag. tit. 19. & Sent. Pauli. lib. 2. cap. 24. & li. 3. cap. 10.

[c] Tria facit Iulia. l. 2. de mort. causa don. & l. 1. de don.

[d] Ex Mart. l. 1. de mort. caus. don.

De donationibus.[a]

TITVLVS VII.

Est & aliud genus acquisitionis [b] donatio. Donationum autem duo sunt genera [c]: mortis causa, & non mortis causa. Mortis [d] causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cùm quis ita donat, vt si quid humanitus [e] ei contigisset, haberet is qui accepit, sinautem superuixisset is, qui donauit, reciperet: vel si eum donationis pœnituisset: aut prior decesserit [f] is, cui donatum sit.

§ Hæ mortis causa donationes ad exemplum [g] legatorum redactæ sunt per omnia. nam cùm prudentibus amiguum fuerat, vtrùm donationis, an legati instar eam obtinere oporteret: & vtriusque causæ [h] quædam habebat insignia, & alij ad aliud genus eam referebant: à nobis constitutum est [i], vt per omnia ferè legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit. Et in summa, mortis causa donatio est, cùm magis se quis velit habere, quàm eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quàm hæredem suum, sic & apud Homerum Telemachus donat Pitræo:

[e] Hoc verbũ significat mortem. l. Publia. D. Depositi. [f] Fac. l. 32. §. si ambo de don. int. vir. et vxo. [g] Iuli. habet, instar legatorum obtinent. l. 17. in fi. De mort. caus. don. [h] Vtriusq; tituli don. & legati. l. C. [i] Exstat hæc cõstit. l. vlt. C. de don. caus. mort. Novell. 87. cἰδύνασαι. Ex quo apparet facultũ ipsũ contrahendi donandiq; iuris esse gentium: licet forma & effectus sit ciuilis, velut in legato: quod pars est testamenti, eòque iurit ciuilis. infra de leg. & fideicom. hered.

Πείσηαι, νέ μοι αὐτὸν ὀπάσσειας τάδε ἔργα,
Πατρὸς ἐμοῦ μνησῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Ἄφρην χείλεσιν ἐπιτρώσω πάντα δ' ἀσσοῦσιν,
Ἄλλ' ἴνα τοι καὶ ἐμεῖο φίλα φρεσὶ βάλλομαι ἔπεα ὑρίμεα, ἤ τινα ἔργα
Ἔξῃς κ' ἐμὸ πεύθοισθ' φίλον ἀ κῆρα φυτεύσω.
Δὸς τόνδε μοι χαλκεῖον φίλῃ πρὸς δόμον ἔντα
Χαίρων

Universidad de Deusto
Biblioteca

Odyss. 17. circa principium.

Fer æ, incertus quamiam rerum exitus harum est,
Si tacita incautum fallidi me fortuna e
Morte, præ potuerit, & opes vexare paternas,
Hæc ego te malo quàm illorum quempiam habere:
Sin ego vos iusta meritos affecero laude,
Tu mihi tunc lato reddes illa omnia lætus.

¶ *Secundum genus donationis quæ inter viuos & simplex dicitur, & cum superiore confertur.*

§ Aliæ autem donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter viuos [k] appellamus, quæ non omnino [l] comparantur legatis, quæ si fuerint perfectæ, temere [m] reuocari non possunt.

§ Perficiuntur autem, cùm donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. Et ad exemplum venditionis, nostra constitutio [n] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: tertiam si non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. Et cùm retro Principum dispositiones insinuari [o] eas actis interuenientibus volebant, si maiores fuerant ducentorum solidorum: constitutio

k Ea sunt quæ directa dicuntur in l. donatio. C. eod. t. C. l. Veter. lib. omnino non, quod valde probat. Cu. significat enim nullo modo comparantur, nulla ex cum legatis affinitate, neque natura & proprio, neque forma nec effectu. VVes. m Hoc est, nisi iusta de causa.

n Extat in l. 32. §. Sin autem. de don. inter. mort. C. Nouell. 162. ferri. Bud. in Annot. pris. in Pand.

o Publicari & in acta re-

tutio [p] nostra eam quantitatem vsque ad quingentos solidos ampliauit, quam stare etiam sine insinuatione statuit, sed & quasdam donationes inuenit, quæ penitus insinuationem fieri minimè desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus [q], quas super his exposuimus, colligenda sunt.

§ Sciendum est tamen, quòd etsi plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati [r] existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem [s] licentiã præstitimus [t] certis ex causis eas reuocare [u]: ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his, quandam patiantur iniuriam, vel iacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos [x].

¶ *Tertium genus, Donatio propter nuptias, quæ olim dicebatur ante nuptias.*

§ Est & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudẽtibus penitus erat incognitum, postea autem à iunioribus diuis Principibus [y] introductum est, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in se condi-

p Fac. l. Sanctimus. C. eod.

q Quinque numero. C. de donat. ad fin. rit.

r. Fab. lib. 7. cap. 5. Seneca li. 3. de benef. s Et in l. vl. C. de reuocan. donat.

t Vet. præstanimus.

u Atque etiã liberrarem. l. 2. C. de liber. & eor. lib.

x Qui sunt in d. l. vlt. C. de reuoc. don.

y Aurelio, Diocletino & Maximiano. Ferretus. Contius verò putat hic intelligi Constantinũ & sequentes, arg. l. Cum veterum. C. eod. tit.

ditionem habebat, vt tunc ratum esset, cùm matrimonium esset insequutum. Ideóque ante nuptias appellabatur, quòd ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat.

§ Sed primus quidem diuus Iustinus pater [a] noster cùm augeri dotes, & post nuptias fuerat permissum, si quid tale eueniret, & ante nuptias augeri [b] donationem, & constante matrimonio, sua constitutione permitit, sed tamen nomen inconueniens remanebat, cùm ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum.

§ Sed nos pleniſſimo fine tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus [c], vt tales donationes non augeantur tantùm, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, vt quemadmodum dotes constante matrimonio non solùm augentur, sed etiam fiunt: ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solùm antecedant matrimonium, sed eo

[a] *Iustinus adoptiuus Iustiniani pater. §. Cæter. Quibus non est permiss. fac. testam. Ante. Aug. Emend. lib. 3. cap. 3.*

[b] *Quæ ita donantur, ἀντίγραφα nostri auctores vocant.*

[c] *Est in l. cum multa. 20. C. de dona. ant. nup. Sed alia quoq; exstat. Nouell. 97. qua non modo permittit donationem constante matrimonio ad exemplũ dotis augeri: sed omnino præcipit vt dos respondeat. tum in quantitate, tum in pactis.*

eo etiamcontracto augeantur & constituantur.

¶ 111. *acquisitionis genus, per ius adcrescendi.*

§ Erat olim alius modus ciuilis acquisitionis per ius adcrescẽdi, quod est tale: Si communem seruum habens [d] aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel indicta, vel testamento eo casu pars eius amittebatur, & socio adcrescebat. [e] Sed cùm pessimum fuerat exemplo, & libertate seruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, seuerioribus [f] autem dominis lucrum accedere: hoc quasi inuidia plenum, pio remedio, per nostram constitutionem mederi, necessarium duximus.

§ Et inuenimus viam, per quam & manumissor, & socius eius & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente (cuius fauore antiquos legum latores multa etiam contra communes regulas [f] statuisse manifestum est) & eo qui eam libertatem imposuit, suæ

[d] *Recte vind. vel testamento si inter amitos vel per epistolam vel conuiuium manumittat: plerisq; placet nihil eum agisse: author Vlp. in 1. de liber. & Paul. lib. 4. Sent. de manumiss.*

[e] *Paul. 3. libr. Sent. cap. 6. quia quum nec liber fieret seruus, & dominus ius suum amitteret, non poterat id vllius esse, sed alteri socio accrescebat: cui inuito ius suum non erat auferendum, quando in re communi melior sit prohibentis conditio. l. 4. de Cer. rust. prad.]*

[f] *l. libertas. de reg. iu. l. generaliter. §. Si quis seruo. de fideic. liber.*

libera

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberalitatis ſtabilitate gaudente, & ſocio indemni conſeruato, pretiúmque ſerui ſecundum partem dominij, quod nos definiuimus, & accipiente.

Quibus alienare licet, vel non licet.

TITVLVS VIII.

¶ *Duo paradoxa hîc proponuntur, vt non dominus alienet, & dominus non alienet.*

ACcidit aliquando, vt qui dominus [a] rei ſit, alienare non poſſit: & contrà, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale [b] prædium maritus iuuita muliere per legem Iuliam [c] prohibetur alienare: quanuis ipſius ſit, doris cauſa ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cùm enim lex in ſolis tantummodò rebus locum habebat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebat, quæ inuita muliere fiebant: hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea: [d] vtrique remedium impoſuimus, [e] vt etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta ſit alienatio, vel obligatio, vt neutrum eorum, neque conſentientibus mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas [f] in perniciem ſubſtantiæ earũ cõuertatur.

l. 1. §. Ne autem. & l. vlt. C. de condit. inſer.

a Maritus Iuris ſubtilitate dotis dominus eſt: vxor verò reipſa domina eſt l. 30. C. de iur. dot.

b Nec ẽt quaſi dotale. l. 3. De fund. do.

c Ab Auguſto latam: quæ de adulteris dicitur. Vid. Alex. Neap. lib. 4. cap. 8. Verba autẽ legis Iuliæ hæc dẽtur eſſe. Fundum Italicum dotalem marito ne alienet inuita vxore, ac ne ipſa quidem conſentiẽdo obliget.

d Fac l. ſi prædium. C. de iur. dot.

e Extat ea conſt. l. vlt. §. Et cum lex. Iul. C. de rei vxo. act. Nouæ

f d. l. vnic. §. Cum autem.

¶ *Creditor, & ſi dominus non ſit, alienat.*

§ Contrà autem creditor pignus ex pactione, quanuis eius ea res non ſit alienare poteſt. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus eſt, vt liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia non ſoluatur.

g Idemque eſt ſi ex interuallo. l. 4. ff. de pign. act.

§ Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur, neque debitores temerè ſuarum rerum dominium amittere viderentur: noſtra conſtitutione [h] cõſultum eſt, & certus modus impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſſit procedere: cuius tenore vtrique parti creditorum & debitorum, ſatis abundéque prouiſum eſt.

h Fac. l. vlt. C. de iur. dom. imp.

¶ *De alienatione facta à pupillo. §. vel in pupillum.*

§ Nũc admonẽdi ſumus, neq; pupillum, [i] neq; pupillam, vllam rem ſine tutoris authoritate alienare poſſe. Ideoque

i Fac. tot. titu. de auct. tut.

que si mutuam pecuniam sine tutoris authoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit accipientis: ideoque vindicari [k] nummi possunt, ubicunque extant. Sed si nummi, quos mutuo minor [l] dederit, ab eo, qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici possunt: [m] si mala fide ad exhibendum de his agitur, potest.

§ At ex contrario, omnes res pupilli & pupillæ sine tutoris authoritate recte dari possunt. Ideoque si debitor [n] pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris authoritas: alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam euidentissima ratione statutum est in constitutione, [o] quam ad Cæsarienses [p] aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi Quæstoris sacri palatij nostri promulgauimus: qua disposition est, ita licere tutori, vel curatori debitorem pupillarem soluere, [q] vt prius iudicialis sententia sine omni damno celebrata, hoc permittat, quo subsequuto, si & Iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit, sequatur huiusmodi solutio

k Est similis loqui. l. 11. §. Vtr si cer. per. l. Minor, pro pupillo.

m Cõdictione dicit, vel condictio indebiti, alia est ex numeratione, alia ex cõsumptione. Ex numeratione, si vtilis sit numeratio: ex cõsumptione, si inutilis sit numeratio, & si bona fidei sit consumptio. 1. C. n Ex Paul. l. 25. de solut. sine. §. Contra de pact.

o Locus est nõ dissimilis in l. 25. de admi. tut. C.

p Multa extant huius rei ad eos aduocatos referri. pta. l. 12. de haer. inst. l. vlt. C. de pact. §. Item verborum de inutil. stip.

q Id est, numerare quæ debet Theoph. ἀριθμεῖσθαι τὰ ὀφειλόμενα.

lutionem plenissima securitas. Sin autem aliter, quàm disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior [r] sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat, per exceptionem doli mali poterit submoueri.

§ Quòd si malè consumpserit, aut furto, aut vi amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus cõdemnabitur: quia temerè sine tutoris authoritate, & non secundum nostram dispositionem soluerit. Sed ex diuerso, [t] pupilli, vel pupillæ soluere sine tutoris authoritate non possunt: quia id, quod soluunt, non fit accipientis: [u] quum, scilicet, nullius rei alienatio eis sine tutoris authoritate concessa sit.

r Mart. habet, non pauperior factus l. 47. de sol.

s Aut vide est in vet. lu. I. C. t Fac. l. 14. §. vlt. de sol. l. 19. §. Si pup. Si cer. per.

v Est autem species alienationis sõ utio: quia res soluta alienatur. est igitur argumentum à genere ad speciem dultum. M. Vvef.

Per quas personas cuique acquiritur.

TITVLVS IX.

¶ *Omne quod acquiritur aut dominium est aut possessio aut obligatio. De acquirendo dominio aut possessione in hoc ti agitur De acquirenda obligatione, in ti. Per quas per. nob. oblig. acq. I Cuiac.*

acqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Ex Cais l. 2. de acq. dom.

[b] Aristot. 1. Polit. cap. 3.

[c] Vide Iunenalem Sat. 13. in fin. vbi militiæ præmia enumerat.

[d] Non vsusfructus aut proprietatis, vt quidam liberorum: sed profectitij, aut aduentitij: nondum enim erat prodita illa distinctio profectitiorū & aduentitiorū. F. Hot. e Exact. in l. 6. C. debō. quæ lib.

[e] Iulian. haber. ex subsign. ad l. 6.

[f] Id est, soladū & plenū non deducta proprietate. I. C.

ACquiritur vobis, [a] non solùm per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis: [b] item per seruos, in quibus vsumfructum habetis: item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidetis, de quibus singulis diligentiùs dispiciamus.

§ Igitur liberi vestri vtriusque sexus quos in potestate habetis, olim quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis, videlicet, castrensibus peculijs [c]) hoc parentibus suis acquirebant sine vlla distinctione: [d] & hoc ita parentum fiebat, vt etiam esset eis licentia, quod per vnum, vel vnam eorum acquisitum esset, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare.

§ Quod nobis inhumanum visum est: & generali constitutione [e] emissa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re [f] patris ei obueniat, hoc secundum antiquam obseruationem totum parenti § acquiratur. Quæ enim inuidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reuerti? Quod autem

autem ex alia causa sibi filiusfamilias acquisiuit, huius vsumfructum patri quidē acquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna acceſſerit, hoc in alium peruenientis, luctuosum ei procedat. § Hoc quoq; à nobis dispositum est, & in ea specie, vbi parens emancipando liberos suos, [h] ex rebus, quæ acquisitionem [i] effugiebant, sibi tertiā partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus constitutionibus [k] habebat: quasi pro pretio quodammodo emancipationis & inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quòd sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminutionem decresceret. Ideoque statuimus, vt parens pro tertia parte dominij quam retinere poterat, vt dimidiam non dominij rerum, sed vsus fructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater amplioré summa fruetur, pro tertia, dimidia potiturus.

[g] Id est, soladū & plenū non deducta proprietate. I. C.

[h] Liberū suum in fing. legit. Cuiac. ex fuis ver. vt in §. 2. inf. de ser. coq.

[i] Peculiū adventitium intelligit. Theophil.

[k] Intellige cū Mantica cenſitu rium. d. l. 6. §. Cum autem de bo. quæ lib. Cod. l. A. præmio. vt & in l. 2. C. de bon. materter.

§ Item vobis [m] acquiritur, quod filius vestri ex traditione nanciscun-

[m] Ex Cais. d. l. 1. §. 1. de acq. dom.

tur, siue quid stipulantur, siue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa acquirant. Hoc enim vobis & ignorantibus & inuitis [n] obuenit. Ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil suum [o] habere potest. Sed si hæres institutus sit, non aliàs, nisi vestro iussu, [p] hæreditarem adire potest. Et si vobis iubentibus adierit, vobis hæreditas acquiritur perinde ac si vos ipsi hæredes instituti essetis. Et conuenienter, scilicet vobis legatum per eos acquiritur.

§ Non solùm autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, vobis acquiritur, sed etiam possessio. [q] Cuiuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. Vnde etiam per eos vsucapio, [r] vel longi temporis possessio vobis accidit. De ijs autem seruis, in quibus tantummodò vsumfructum habetis, ita placuit: vt quicquid ex re vestra, vel ex operis suis acquirunt, id vobis adijciatur: [s] quod verò extra eas causas consequuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is seruus hæres institutus sit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit, non vsufructuario, sed domino proprietatis acquiritur.

n Et vetantibus, l. seruus vetante. D. de ver. sign.

o l. Placet. de acq. her. §. Impossibilium. de his, qui sunt sui. supra.

p Adeò, vt præcedere debeat. l. 25. §. Iussum de acq. hæred. q Fac. l. 24. de acq. poss.

r Vet. lib. Per eorum vsucapionem, vel long. temp. possessionem.

s Id est, acquiratur. Theophil. sic vsucapio dicitur ad actio dominij l. 3. de vsuca. Gell. lib. 7. ca. 10.

t Ex Cels. d. l. 19. §. de his quem explicat Vlp. l. 22. & seq. de vsufruct.

§ Idem [t] placet & de eo, qui à vobis bona fide possidetur: siue is liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore.

u Ex re vestra. sc. & ope rum eius.

§ Itaque quod extra istas duas causas [u] acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si seruus est. Sed bonæ fidei possessor, cùm vsuceperit seruum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest.

x Fac. l. Nec. C. de vsufr.

§ Fructuarius [x] verò vsucapere non potest: primùm, quia non possidet, sed habet ius vtendi fruendi: deinde, quia scit seruum alienum esse.

y Fac. l. 1. §. Per eum. de acq. poss.

§ Non solùm [y] autem proprietas per eos seruos, in quibus vsumfructum habetis, vel quos bona fide possideris aut per liberam personam, quæ bona fide vobis seruit, vobis acquiritur: sed etiam possessio. Loquimur autem in vtriusque persona [z] secundum distinctionem, quam proximè exposuimus id est, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

z In cuius persona & bona fidei possessionem & vsumfructū habet.

§ Exhis itaque apparet, per liberos

homines, quos neque vestro iuri subiectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos seruos, in quibus neque vsumfructum habetis, neq; possessionem iustam: [a] nulla ex causa vobis acquiri [b] posse. Et hoc est, [c] quod dicitur per extraneam personam nihil acquiri posse: excepto eo, quod per liberam personam (veluti per procuratorem [d]) placet non solùm scientibus sed & ignorantibus vobis acquiri possessionem, secundum diui Seueri constitutionem, [e] per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit, qui tradidit, vel vsucapionem, aut longi temporis præscriptionem, si dominus non sit.

§ Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulæ res vobis acquirantur, nam legatorum ius, quo & ipso singulæ res vobis acquirun tur: item fideicommissorum, vbi singulæ res vobis relinquuntur: opportunius inferiore loco referemus.

§ Videamus itaque nunc, quibus modis per vniuersitatem [f] res vobis [g]

[a] *Id est, bonæ fidei. l. 24. de acq. poss. sic dicitur seruitus iusta, id est, bonæ fidei. l. Et generaliter. De noxa. act.*

[b] *l. 1. C. hoc ri. l. 1. C. de acq. poss.*

[c] *Fac. l. 10. de oblig. & act. l. 38. §. Alteri de ver. oblig. d Fac. l. 42. §. 1. de acq. poss. e l. 1. C. de acq. poss.*

[f] *Vniuersitas iuris significat corporum & iurium diuersorum vniuersale quoddam ius. V. de & vniuersalia iudicia dicta l. 3. D. de rei vend.*

[g] *Quatuor modi res vniuersæ acquiruntur: hæreditate, bonorum possessione, arrogatione, & libertatum conseruandarum causa addictione. F. Hotom.*

acqui

acquirantur. Si cui ergo hæredes facti fitis, siue cuius bonorum possessionem petieritis, vel si quem arrogauerit is, vel si cuius bona libertarum conseruandarum causa vobis addicta fuerint, eius res omnes ad vos transeunt. Ac priùs de hæreditatibus dispiciamus, quarum duplex conditio [h] est. nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est, vt de his dispiciamus, quæ ex testamento vobis obueniunt, qua in re necessarium est, initium de ordinandis testamentis exponere.

[h] *Hæreditatum alia ex Testato, alia ab intestato deferuntur. l. 1. C. de hared. petit.*

De testamentis ordinandis.

TITVLVS X.

¶ Quid Testam. & qualia illa fuerint quæ ex Iure cu. calatis comitijs: in Procinctu ac per æs & libram: Ex Prætorio, per testium subscriptionem fiebant.

TEstamentum [a] ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit [b]. Sed vt nihil antiquitatis [c] penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse: quorum altero in pace & otio vtebantur,

[a] *Theophi. manuit etymologiam esse, quam definitionem. Valla lib. 6 ca. 37. natur. Con. li. 9. ca. 1. definit. Vide Gell. li. 6. c. 12. & Vlp. infra tit. 20.*

[b] *Quid testamentum sit, docet Mede, l. 1. de testa.*

[c] *Antiquitatis auctores laudat Iustin. Nouell. 30. in primo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Conuocato per præconem populo. Gruch. de comit. Sigo. de anti. Iur. ci. Rom. lib. 1. ca. 12. & 17. e Vide Plut. in vita Coriolani. Festus lib. 5. Cuiac. legendum putat, In procincta. f Cicer. 2. de legib. & in Top. vbi Boe. Anto. Aug. Emend. li. 2. ca. 8. Plut. de fort. Rom. vbind. g Emancipare prouendere vsurpat Plautus in Cur. et Cic. 3. Phil. h Id est, hæreditatis, sic prudentes vocant familiæ hereditatis iudicium. ff. Famihercis. Vide Suet. D. Domitio Neronis anno familiæ emptore c. 4. i Ius ciuile nunc dicimus nō quod cum Gentium, sed quod cum Prætorio comparatur. k Nam duos, addidit numero ciuili quinque testium: in vsum videlicet ponderatoris, & emptoris familiæ. l Sed tantum præsentia, vt supra, item regatis, l. heredes. 21. §. penultimo. &

quod calatis comitiis [d] appellabantur: altera, cùm in prælio exituri essent, quod procinctum dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs [f] & libram, scilicet, quod per emancipationem [g], id est, imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus & libripende, ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ [h] emptor dicebatur.

§ Sed illa quidem priora duo genera testamentorum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierūt. quòd verò per æs & libram fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim & hoc in vsu esse desiit. Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad Ius ciuile [i] referebantur, posteà verò ex edicto Prætoris forma alia faciendorū testamentorum introducta est: Iure etenim honorario nulla mācipatio desiderabatur, sed septem [k] testium signa sufficiebant, cùm iure ciuili signa testium non essent necessaria [l].

¶ *Testamenti in scriptis solemnitas, partim iure ciuili, partim sacris constitutionibus & prætorio iure nititur.*

Sed cùm paulatim tam ex vsu hominum, quàm ex constitutionum emēdationibus, cœpit in vnam consonantiam Ius ciuile & prætorium iungi: constitutum est, vt vno eodemque tempore (quod Ius ciuile quodammodò exigebat) septem testibus adhibitis [m], & subscriptione testium (quod ex constitutionibus inuentum est, & ex edicto Prætoris) signacula testamentis imponerenturita, vt hoc ius tripartitum esse videatur, & testes quidem & eorum præsentia vno contextu [n] testamenti celebrandi gratia, à Iure ciuili descendāt: subscriptiones autem testatoris & testium, ex sacrarum constitutionum obseruatione adhibeantur: signacula autem, & testium numerus, ex edicto Prætoris.

§ Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamentorum syncritatem: vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, vt per manus testatoris [o], vel testium, nomen heredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant.

sponte adsint l. qui testamēto. 20. §. vlt. ac vsque ad supremā contestationem maneant, d. l. qui testamento. §. vlti. Vide VVes.

m Vlp. habet rogatis & collatio. l. 21. §. pen. illo tit. n Id est, vt interpretatur. Vlpi. vt vnus alienus actus testamento intermisceatur. d. 21. §. vlt. Qui test. fac. poss. o Fac. l. iubemus. Cide test. vt si possit restator, heredis nomen adscribat: quod postea remisit Iust. Nouell. 119. §. Sanè vero.

possunt autem omnes testes, & vno anulo signare testamentũ. quid enim si septem anuli vna sculptura P fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed & alieno quoque anulo licet signare testamentum.

P χαρακτὴρ Vocat Vipia d.l. 22. §. signum. Plin. 10. Epist. apospiragisma. Pro Papiniano, Theophilo legit Pomponio: & sic habent veteres libri ex I.C.

¶ Qui testes in Testamento adhibeantur.

§ Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est, Sed neque q mulier, neque impubes, neque seruus, neque furiosus, neque mutus r neque surdus s, neque is, cui bonis interdictum est, neque ij, quos leges iubent improbos, intestabilésque esse, possunt in numerum testium adhiberi. § Sed cùm aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem seruus apparuit, tam diuus Hadrianus Catoni u, quàm postea diui Seuerus & Antoninus rescripserunt subuenire se ex sua liberalitate testamento, vt sic haberatur firmum, ac si, vt oportebat, factum esset, cùm eo tempore, quo testamento signaretur, omnium consensu hic testis liberi loco fuerit, neque quisquam esset, qui status ei quæstionem moueret. § Pater

q Repete ex l. 7. & sequ. Qui testa. fac.

r Qui nihil omnino audit, nec loquitur. l. 11. Volt. de obl.

s Nec etiam cæcus, qui testatorẽ agnoscere non potest. fac. l. 9. C. de testament.

t Fac. l. 28. & l. 13. ibi.

u Theophil. vocat Καθ' ὑπερβ. & certè melius.

x Fac. rescripta Imp. Adri. l. 1. C. eod. vide l. 2 de offi. Præsid.

§ Pater a, necnon is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, vtique testes in vno testamento fieri possunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

a Ex Vl. l. 11. de testib. cui coniunge l. 22. in prin. de testam.

§ In testibus autem non debet esse is, qui in potestate testatoris est. Sed si filiusfamiliãs b de castrensi peculio post missionem faciat testamentum: nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem c patris est: reprobatum est enim in ea re domesticum d testimonium. Sed neque hæres scriptus, neque is, qui in potestate eius est, neq; pater eius, qui eum habet in potestate, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt, quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur e hodie inter testatorem & hæredem agi.

b Fac. l. 22. §. Per contrarium. illo tit. Obstat vehementer Vlp. l. 20. §. Per contrarium de test. Vide Paul. libr. 3. Sent. cap. 4.

c Frater scilicet testatoris nandũ emancipatus.

d Fac. l. prin. de test. l. 2. C. eo. Sic enim appellatur, quod à consanguineis & familia dicitur. Erasm. in Proter. domesticus testis. Cicero pro Rosc. l. Nullus. de test.

§ Licet autem totum ius tale conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem, & eos, qui per testatorem ei coniuncti fuerant, à testamentariis testimoniis repellebant:

e Creditur pro verum ac perspicuum est. Hodie sublata videlicet familiæ mancipatione, I.C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Seorsum in tabulis scripto. Cic. pro Milon. testamentum simul obsignauit cum Clodio, in quo & illum & me haredem scripserat.

g Sic suasit l. 2. C. Theo. de secund. nup. in legem conuersa est. I.C.

h Fac. l. Nullus. de Testi. i Fac. d. l. 22. in prin. de testa. l. Si quis ita. de rebus dub. Plin. lib. 2. epistol. ad Caluisium, & l. Diffamatibus. §. vlti. C. eod.

l De vario scribendi veterum vsu. Plin. libr. 13. ca. 11. Alex. Neap. li. 2. genial. dier. c. 30.

hæredi f autem, & iis, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare, licet ij, qui id permittebant, hoc iure minimè abuti eos debere suadebant. tamen eos tandem obseruationé corrigentes, & quod ab illis suasum g est, in legis necessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neque aliis personis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ h sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia præstare, ideoq; nec eiusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus.

§ Legatariis i autem & fideicommissariis, quia nõ iuris successores sunt, & aliis personis eis coniunctis testimonium non denegamus: imò in quadam nostra constitutione k & hoc specialiter eis concessimus. Et multò magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus.

§ Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis l, membra nisve, vel in alia materia fiat.

§ Sed

§ Sed & vnum testamentum pluribus codicibus m conficere quis potest, secundum obtinentem tamen obseruationem n omnibus factis, quod interdum etiam necessarium est, veluti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent.

¶ *De nuncupatiuo testamento.*

§ Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis o conficiuntur, sufficiunt. si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentũ, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata p, sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili, firmumque constitutum.

m Florent. haber. exemplu. d. l. 24. & Theophi. πολλὰ τῶν ἐξαιρέτων ἐπάντων.

n Vt eandem scilicet, habeant subscriptionem & signum codices.

o Alterum testamentum scripto constat, testibus alterum: vnde haeres scriptus a nuncupato distinguitur. l. Si ita. de bonor. poss. sec. tab.

p Nuncupata voluntate, quæ non scriptis, sed verbo est comprehensa. l. Si ita. §. vlt. de bon. poss. sec. tab. Bu. hic.

De militari testamento a.

TITVLVS XI.

¶ *Remittit militibus necessariam in testamentis obseruationem.*

SVprà dicta diligens obseruatio in ordinandis testamentis, militibus b propter

a Extit. de testa. mili. ff.

b Id priuilegium primus concessit Iul. Cæsar. Vlp. l. 1. hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter nimiam imperitiam [c] eorum, constitutionibus [d] Principalibus remissa est. Nam quamuis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem obseruauerint, rectè nihilominus testantur, videlicet cùm in expeditionibus occupati sunt, quod meritò nostra constitutio [e] introduxit. Quoquo enim modo [f] voluntas eius suprema inuenitur, siue scripta, siue sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

§ Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis, vel suis ædibus [g] degunt, minimè ad vindicandum tale priuilegiū adiuuantur. Sed testari quidem, etsi filij familiarū sint, propter militiā [h] concedūtur: Iure tamen communi [i] eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quàm in testamentis paganorum [k] proximè exposuimus.

¶ *Interpretatio horum verborum: quoquo modo facta, &c.*

§ Planè

[c] *Arma potius, quam Iura miles nouit. l. 21. C. de iure deliber. Mmores, rusticiq; mulieres non excusantur, quod prudentiores possint consulere. l. 2. §. vltim. Quinord. in bonor. poss. l. 10. de bon. poss. dl. 1. ff. eod.*

[d] *Extat l. pen. hoc tit. Cod.*

[e] *Sine in clypeo, siue vagina, siue puluere scripta sit. l. 13. Cod.*

[f] *Lege Sidibus: vt in l. vlt. C. de test. milit. Statua Latini vocant.*

[g] *Iuuen. Satyr. vlt. Solu præterea testandi militibus ius viuo patre datur, quod de castrensi pecu'io ingrediligo, vt tit. seq. in prin.*

[h] *Vbi se. desinant expeditionibus occupati.*

[i] *Paganis milites opponuntur l. 36. §. 1. hic.*

[k] *Proximè exposuimus. l. 24. eod. Refertur à Florentino, vnde desit ipsum est rescriptū.*

§ Planè de testamētis militum diuus Traianus Catilio Seuero ita rescripsit. [l] Id priuilegium, quod militantibus datum est, vt quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet, vt vtique prius constare debeat, testamentum factum esse: quod & sine scriptura, & à non militantibus quoque fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur: ita loquutus est, vt declararet, quem vellet sibi hęredem esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas eius rata adhibēda est. Cæterùm si (vt plerumque sermonibus fieri solet) dixit alicui, Ego te hæredem facio, aut, Bona mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec vllorum magis interest, quàm ipsorum, quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti. alioqui non difficulter post mortem alicuius militis testes [m] existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterentur. Quinimò & mutus

[l] *l. 24. eod.*

[m] *Cuiusmodi Suet. in Domit. cap. 12. Cōfiscabantur, inquit, alieniss. ima hæreditates, vel existēte vno qui diceret, audisse se ex defunctis cū viueret, hæredem sibi Cæsarem esse.*

tus, & surdus miles, testamentum facere potest [n].

§ Sed hactenus hoc illis à Principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degũt. Post missionem verò veterani, vel extra castra alij, si faciant adhuc militantes testamentũ, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent [p]. Et quod in castris fecerint testamentũ, non communi iure [q], sed quomodo voluerint: post missionem, intra annũ tantùm valebit. Quid ergo si intra annũ quis decesserit, conditio autẽ hæredi adscripta, post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis [s].

¶ De testamento ante militiam facto.

§ Sed & si quis ante militiam [t] non iure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens resignauit illud, & quædam adiecit, siue detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex noua militis voluntate. Denique [u] & si in adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamiliàs emancipatus est, testa

n Idq; etiam iure militari quod proprie est huius loci. l. 4. D. eo.

o Honestam nimirũ, non ignominiæ causa facta. l. 28. hic.

p Ex Iustin. cõstitutione. l. pen. C. eod.

q Nam ita factum semper valet quod mutetur.

r Iure militari. l. 1. eod.

s l. nam conditio existens retrò trahitur: vide hic gloss.

t Cum esset adhuc paganus, & nondũ militiæ nomẽ dedisset, nec in numeros esset relatus. l. 9. l. 20. §. 1. hic.

u Ex Mart. l. 22. & Tertu. l. 29. hic.

testamentum eius quasi ex noua militis voluntate valet: nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

§ Sciendum tamen est, quòd cùm ad exemplum castrensis peculij, tam anteriores [x] leges, quàm principales constitutiones quibusdam [a] quasi castren[sia] dederant peculia, & horum quibusdam permissum fuerat etiam in potestate degentibus testari: nostra id constitutio [b] latiùs extendens, permiserit omnibus in huiusce modi peculijs testari quidem, sed iure communi. [c] Cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

x Cum aut leges, Pandectas intelligit. l. 1. §. nec castrense. de collat. hoc nouum constitutionum, Codicem.

y l. vlt. in fin. Cod.

z Vt Proconsulibus Præfectis legionum, &c. Vide Accursium hic, & Theoph.

a Peculij quasi castrensia meminit Vlp.

b. l. §. hoc autem ad Trebellia. l. 1. §. nec castrense. de collat.

c l. vlt. C. de inoffi. testam. Nouell. 115.

c Cuius libro 2. Institut. tit. 2.

Quibus non est permissum facere testamentum.

TITVLVS XII.

¶ *Filiusfam. præter hos qui castrense vel quasi castrense peculium habent impuberibus: furiosis tempore furoris, surdis & mutis, cæcis, captis ab hostibus testari non licet.*

Non

NOn tamen [a]omnibus licet facere testamentum. Statim enim ij, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius non habent [b]: adeò quidem, vt quamuis parentes ei permiserint, nihilo magis iure testari possint: exceptis iis, quos anteà enumerauimus [d], & præcipuè militibus qui in potestate parentum sunt, quibus de eo quod in castris acquisierunt [e], permissum est ex constitutionibus Principũ testamentũ facere. Quod quidem ius ab initio tantùm militantibus datum est, tam ex authoritate Diui Augusti, quàm Neruæ, necnon optimi [f] Imperatoris Traiani: postea verò subscriptione Diui Adriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis concessum est.

§ Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt. Si verò intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus, ad parentes eorum iure [h] communi pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse: sed, scilicet, proprium [i] eius esse, qui id in castris acquisierit: quanquam iure ciuili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac seruorum peculia in bonis dominorum numerentur: exceptis, videlicet, iis, quæ ex sacris constitutionibus, & præcipuè nostris, propter diuersas causas non acquiruntur.

§ Præter hos igitur, qui castrense peculium [k], vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est, licet suæ potestatis factus decesserit.

§ Præterea [l] testamẽtum facere non possunt impuberes: quia nullũ eorum animi iudicium est. Item furiosi: quia mente carent: nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit.

a Ex Caio l. 6. qui testament. facere poss.

b Donare tamen possunt, l. 25. de don. causâ mortis. quia priuati iurist sit, non publici, vt testari. l. 3. hic.

c Siue naturales, siue adoptiui sint. d. l. 6. Quæ prohibitio facta est ob filij condit. tionem & statum, qui iuris non est, ad' quẽ respexit Legislator.

d Qui peculium castrense habent, vel quasi. l. fin. l. vlt. C. de inoffi. test.

e Nam in ea patresfamil. sunt l. 3. ad Senatusc. Macedon.

f Plinius in Panegyr. Augusti felicitas, Traiani bonitas præcatur & Subscriptionem rescriptum Principis vocat. l. si quis ad legem Cornel. de fal. l. 1. C. quemodo & quando iud.

g Patria potestatis, scilicet.

i Vlp. habet. præcipuũ esse oportere. l. 1. §. Necessarium. de collat. Decessit. de peculiat. de peculio. l. Certum. C. Famerciscit.

k Sed quid de alijs peculijs? l. pen. C. qui test. fac. poss. Itaque non esse filiofa. nullam testandi facultatem. Qua in re lapsus est Theophil. G.

l Huno. §. & seq. repete. ex tit. de test. ff. l. 3. & l. seq. & C. ex. Pau. lib. Sentẽt. 4. cap.

§ Furiosi autem, si per id tempus fecerint [m] testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur: certè eo, quòd ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum rectè factum, neque vllum aliud negotium rectè gestum, posteà furor interueniens perimit.

§ Item [n] prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest: sed id, quod antè fecerit, quàm interdicto bonorum suorum ei fiat, ratum est. Item surdus & mutus [o] non semper testamentum facere possunt. Vtique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit. nam & mutus [p] is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tardè loquitur. Sæpe [q] enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Vnde nostra constitutio [r] etiam his subuenit, vt certis casibus & modis secundum normam eius possint testari, aliàs facere, quæ eis permissa sunt. Sed si quis post testamentum factum, aduersa valetudine, aut quolibet alio casu mutus, aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus manet

[m] *Hoc est, perfecerint antequàm furor interueniat, l. furiosum. §. 1. C. eod. C.*

[n] *Ex Vlp. l. 18 ff. tit.*

[o] *Neque enim tum vbi scribere nesciit.*

[p] *Quomodo verè dicatur, docet Vlp. l. Mutum. de Edit. edict. & Vet. Cod. Sæpe autem. 1. l. Discretis. C. Qui testa. fac. poss.*

manet eius testamentum.

§ Cæcus autem non potest facere testamentum, nisi per obseruationem: quam lex [s] diui Iustini patris nostri introduxit. Eius [u], qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, quanuis redierit: sed quod, dum in ciuitate fuerat, fecit: siue redierit, valet ex lege Cornelia [x].

[s] *Extat in l. Hac cõsultiss. C. Qui testa. fac. poss.*

[t] *Vide §. Sed primus. De donat. suprà.*

[u] *Ex Cæs. l. 2. Qui test. fac. poss.*

[x] *Propter fictionem legis Cornelia. l. Si. ff. De Vsuca. & Cuiac. De*

De exheredatione liberorum [a].

institutione & exheredatione li. Vid. lib. 2. Instit. Cuj. tit. 5. Præcipua est in condendo testamento, liberorum institutio, vel exheredatio. l. 9. de lib. & posthum. hær. instit.

TITVLVS XIII.

¶ Præteritio filiæfam. vitiat testamentum. Olim & filia & natus ex filio præteriti non rumpebant testa.

NOn tamen, vt omnino valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam suprà exposuimus, sed qui filium in potestate habet, curare debet, vt eum hæredem instituat, vel exheredem eum nominatim faciat, alioqui si eum silentio prætercrit, inutiliter testabitur [b]: adeò

[b] *Testamentum ideo nullum est, quia similè fit, omissum oblitione filium, propter naturalem patris erga eum. Apuleius in 2. Apolog.*

quidem, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo hæres ex eo testamento existere possit: quia, scilicet, ab initio non constiterit testamentum.

§ Sed non ita de filiabus [c], & aliis per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati [d] fuerat obseruatum: sed si non fuerant scripti hæredes, scriptæve, vel exhæredati, exhæredatæve, testamentum quidem non infirmabatur, ius tamen adcrescendi eis ad certã portionem præstabatur, sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter cæteros [e] hoc facere. § Nominatim [f] autem quis exheredari videtur, siue ita exheredetur, Titius filius meus exheres esto: siue ita, Filius meus exheres esto, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius [g] non extet.

c Caius 2. Institut. 3. dum locum interpretatur, & Vlp. in frag. tit. 22. Paulus, Sent. lib. 3. cap. de test.

d Media Iustinianea, nouæ xij. tab. sed hæc infra seq. l. vltr. C. de lib. præt.

e Hoc modo. Titius mihi hæres esto, cæteri exheredes sunto. ἀφίστω, Theophil.

f Hic §. ex tribus Vlpiani loci emendatus est, l. 1. 2. & 3. De libe. & posth. hared. instit.

g Vlp. haber. Simodo vnicus sit, l. 2. ibi. tit.

¶ *De exheredatione posthumorum.*

§ Posthumi quoque liberi, vel hæredes institui debent, vel exheredari. Et in eo par omnium cõditio est, quòd & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea adgnatione posthumi, siue posthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideóque si mulier, ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum [h] fecerit; nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hereditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ [i], vel nominatim, vel inter cæteros exheredari solebant: dum tamen, si inter cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur [k], ne viderentur præteritæ esse per obliuionem.

§ Masculos verò posthumos, id est, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, nisi nominatim exheredarentur, hoc scilicet modo, Quicunque mihi filius genitus fuerit, exheres esto.

§ Posthumorum [l] autem loco sunt & hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi adgnascendo fiunt parentibus sui heredes. vt ecce, si quis filium & ex eo nepotem, neptémve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui heredis habet, quanuis nepos [m] quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat [n] de potestate

h Fac. l. 2. C. de post. hæred. instit.

i Theoph. hanc, posthumæ Vide Vlp. infrag. tit. 22.

k Vt hac remissum legata omnem obliuionis suspitionem tollat. l. Ex Caio, l. 13. de iniusti. rup. ir. testa. fac. l. Gallus de li. & posth. & ibi. Duar. 2. D sp. c. 29. & La Taur. in Hunc de adgnatione locum posteà explicat Iust. 9. Sed vt nepos. de hæred. qual. & diff. 8. ita demum. de hæred. quæ ab intest. def.

n Patritia fere dignitate. 8. Filiusfam. Quis. mo. iur. pat. potest. sol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius, incipit nepos, neptisve in eius locum succedere, & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filium, vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non iure faciat testamentum: ita & nepotem, neptémve ex filio necesse est ei, vel heredem instituere, vel exheredare: ne fortè eo viuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos, neptisve, quasi adgnatione rumpat testamentum. Idque lege Iulia Velleia[o] prouisum est: in qua similis exheredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.

[o] Secundo scilicet, capite d.l.Gallus.

¶ *De exheredatione emancipatorum.*

§ Emancipatos[p] liberos iure ciuili, neque heredes instituere: neque exheredare necesse est: quia non sunt sui heredes. Sed prætor omnes, tam fœminini sexus, quàm masculini, si heredes non instituantur, exheredari iubet: virilis sexus, nominatim: fœminini verò inter [q] cæteros: quia si neque heredes instituti fuerunt, neque ita (vt diximus) exheredati, permittit[r] eis Prætor

[p] Vide §. Emancipati. de hæred. quæ ab intest. def.

[q] Recte Vet. & inter. q. d. vel nominatim, vel inter cæteros. Iac. Cuiac.

[r] Legendum, promittit. Paul. l. 6. de bon. poss. habet pollicetur. & l. 4. ff. de bon. poss. cont. tab.

tor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

¶ *Adoptiuorum.*

§ Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quæsiti. itaque heredes instituendi, vel exheredandi [s] sunt, secundum ea, quæ de naturalibus [t] exposuimus [u]. Emancipati [x] verò à patre adoptiuo, neque iure ciuili, neque eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalé parentem attinet) quandiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorũ numero habeantur, vt eos neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit. Cùm verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent [y].

[s] Cum enim sui ac filiifamilias dignitatemque obtineat, eius præterita testamentum rumpit. l. 1. de cũt. tab. Hor.

[t] Idest, ex iusto matrimonio procreatis. Hi enim naturæ excellatione adoptiuorum vocantur. VVes.

[u] Supra §. 1. & 2.

[x] Adoptiui scilicet.

[y] l. 3. si tab. testa. ex tab. hoc est, vt habeat beneficium Prætoris contra tab. VVes.

¶ *Quid emendatum sit in superiore personarum exheredatione.*

§ Sed hæc quidem vetustas introducebat nostra verò constitutio [z] inter masculos, & fœminas, in hoc iure

[z] Est in l. 12. C. de lib. præt. Fœminini enim semper imperitè fauit. Iust. tit. Quib. alie. dic. vel. l. 14. C. de legit. hæred.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil interesse existimans: quia vtraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabularum [a] omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, quod & prætores [b] posteà sequuti esse videntur: ideo simplex ac simile Ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris descendentibus per virilem sexum [c] personis, non solùm iam natis, sed etiam posthumis introduxit: vt omnes siue sui, siue emancipati sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hereditatem auferendam, quem filij sui, vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in vtero constituti, posteà nati sint.

§ Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quæ in nostra constitutione [d], quam super adoptiuis tulimus, continetur. Sed si in expeditione occupatus miles [e], testamentum faciat, & liberos suos iam natos, vel posthumos, nominatim non exheredauerit, sed silentio præterierit, non ignorans, an habeat liberos: silentium

a l. 12. C. de leg. hær.

b In dandis bonorum poss.

c Non qui linea materna descendunt possunt præterire. §. vlt. h. t.

d Est in l. penult. C. de adopt.

e Fac. l. Qui iure. de milit. testa.

silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus [f] Principum cautum est.

§ Mater [g], vel auus maternus, necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare: sed possunt eos silentio omittere [h]: nam silentium matris, aut aui materni, & exterorum per matrem ascendentium tantùm facit, quantùm exheredatio patris. Neq; enim matri filium, filiámve, neque auo materno nepotem, neptémve ex filia, si eum, eámve hæredem non instituat, exheredare necesse est, siue de Iure ciuili quæramus, siue de edicto Prætoris, quo Prætor prætermissis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit [i]: sed aliud eis admoniculum seruatur, quod paulò pòst vobis manifestum fiet.

f Extat in l. Sicut. C. de test. mil. Principes autem Gordianū & Philippum intelligit. l. si cũ eod.

g Fac. l. 27. §. vlti. l. 28. de inoffi. test.

h Non est silentio in Vet. lib. Omittere est silentio exheredare. l. si patronus. D. de bon. li. Pater autem silentio exheredare non potest. Miles, mater, ascendentes per matrem, liberi, fratres, soro-

i Si silentio exheredare possunt I.C. Legendum, præmittere. vt in §. vlt. infrà. & l. Illud. D. de bon. poss. secund. tab. & alibi passim. I.C.

De heredibus instituendis [a].

a Vlp. infra. titulo 21. & 22. Harm. l. 1. tit. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Qui hæredes instituí possint. Seruo proprio scripto heredi, nulla libertatis mentione facta, videri etiam datam libertatem.*

HEredes instituere permissum est, tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios, quàm alienos. Proprios autem olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quàm cum libertate, rectè instituere licebat. hodie verò etiam sine libertate, ex nostra constitutione [c] heredes eos instituere permissum est. Quod non per innouationē induximus, sed quoniam æquius erat, & Atilicino placuisse Paulus suis libris [d], quos tam ad Masurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert.

§ Proprius [e] autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio vsumfructum habente. Est tamen [f] casus, in quo nec cùm libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur, vt constitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc sunt: Seruum adulterio maculatum [g], non iure

b Scribere. Vel nuncupare sic enim vocat Vlp. l. 1. §. 1. hic. Descriptus est autem hic locus ex Cai. l. 3. hic.

c Extat in l. pen. C. De necess. ser. hæred. instit.

d Notat intelligit, l. 44. Ad leg. Fal.

e Fac. l. Rhè 25. De verb. sign.

f Hic locus ex Marc. l. 42. §. 2. hic.

g Marcian. habet, l. 42. accensatum.

Theoph. verò ἐνοχον ὄντα τῇ μοιχείᾳ, *non* κατηγορημένον. *legendum igitur maculatum: alioquin certè pugnaret hæc constitutio cum l. Rescr. C. Ad l. Iul. de adult.*

testamen-

testamento manumissum ante sententiam [h] ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata hæredis institutio, nullius momenti habeatur.

§ Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet. Seruus autem à domino suo hæres institutus, si quidem in eadem causa [i] manserit, fit ex testamento liber hæresque ei necessarius, [k] si verò à viuo testatore manumissus fuerit suo arbitrio adire hereditatem potest. quia non fit hæres necessarius, cùm vtrunque ex domini testamento non consequatur. [l] Quod si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hæreditatem debet, ea ratione per eum dominus [m] fit hæres. nam ipse alienatus, neque liber, neque hæres esse potest, etiam si cum libertate hæres institutus fuerit. destitisse enim à libertatis donatione videtur dominus qui eum alienauit.

§ Alienus quoque seruus hæres institutus, si in eadem causa [n] duranerit iussu eius domini [o] adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius,

h Ante sententiam cognitionem, l. proposuit. §. pe. D. Qui & a quib. manu.

i Id est. seruus eiusdem domini maneat. Theoph.

k Quia necesse habeat adire, l. 3. t. de hær. qual.

l l. sed & sib. §. 3. l. testamẽto 30. D. eod.

m Scilicet, ea ratione.

n Seruitutis scilicet, conditione, & domini familia.

o Quidam Cu. iussu domini sui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

p Vid. Vlp. in fra. tit. 22.

q Quos dominus hæredes instituere possumus, horum possumus & seruos.

r Fac. l. 31. §. vlt. hic.

s Fac. l. 64. hic. vnde ex Labeone descriptus est hic locus.

t Cum seruus instituitur quæritur an dominus hæreditatis capax sit d. l. 31. hic.

v Cuitas, itaque aut populus institui potest: nulla enim hic subest incertitudo. VVes.

x Ex l. 30. §. vlt. hic. Aut. Aug. Emend. li. 2. c. 1. Dua. 2. Disp. c. 36.

y Vide Tull. pro Cæc. & Suet. in Iul. Cæs. cap. 13.

cius, antequam adeat, debet iussu noui domini adire. At si manumissus est, p viuo testatore, vel mortuo, antequam adeat, suo arbitrio adire potest hæreditatem.

§ Seruus etiã alienus q post domini mortem rectè hęres instituitur quia & cum hæreditarijs seruis est testamenti factio. Nondum enim adita hæreditas personæ vicem r sustinet, non hæredis futuri, sed defunctiː cùm etiam eius, qui in vtero est, s seruus rectè hæres instituatur.

§ Seruus autem plurium, cum quibus testamenti factio t est, ab extraneo institutus hæres, vnicuique dominorum cuius iussu adierit, pro portione dominij acquirit hęreditatem. Et vnum hominem, & plures vsque in infinitum, quot quis hæredes velit facere, licet. v

¶ *Quomodo hæreditas diuidatur.*

§ Hæreditas x plerunque diuiditur in duodecim vncias, y quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vt puta hæc, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem a vtique semper duodecim vncia esse oportet. nam tot vncię assem efficiunt, quot testator b voluerit: & si vnum tantùm quis ex semisse c (verbi gratia) hæredem scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus, decedere potest: d nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. Et è contrario potest quis in quantascunque voluerit plurimas vncias suam hæreditatem diuidere.

§ Si plures e instituantur hæredes, f ita demum in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus hæredes esse. Satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis aliud sine parte nominatus erit, si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte hæres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt. g Si verò totus as completus sit, ij, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem vocantur, & ille, vel illi omnes, in alteram dimidiam. Nec

a Fac. l. 47. ad. De lib. & posth.

b Id est, sex vncijs.

c Id est, sex vncijs.

d l. 1. nostrũ 7. de regu. iur.

e Fac. Vlp. l. 9. §. Hæredes eo.

f Idem & si pluribus aliquid legatur. nã & hic art. l. legata inuiti. §. vlt. de leg. 1. si partes non fuerint adiecta, æquè seruabuntur.

g Quasi scilicet ex ea consuetudine instituti sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec interest, primus, an medius, an nouissimus, sine parte hæres scriptus sit, ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

h Ex Vlp. lib 13 §. 1. hic.

§ Videamus,[h] si pars aliqua vacet nec tamen quisquam sine parte sit hæres institutus, quid Iuris sit, veluti si tres ex quartis partibus hæredes scripti sunt, Et constat vacantem partem singulis tacitè pro hæreditaria parte accedere,[i] & perinde haberi, ac si ex tertijs partibus hæredes scripti essent: & ex diuerso, si plures hæredes scripti in portionibus sint, tacitè singulis decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes scripti sint, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte hæres scriptus fuisset.

i Aliàs, adcrescere.

§ Et si plures vnicæ, quàm duodecim, distributæ sint, is, qui sine parte institutus est, quod dupondio[k] deest, habebit. Idémque erit, si dupondius expletus sit quæ omnes partes ad assem postea reuocantur, quamuis sint plurium vnciarum.

k Id est, vnabus libris, siue duobus assibus. Dupondium 24. vncias efficiunt. Vlpia l. 17. hic l. Ex Papin. l. 34. hic.

§ Hæres & purè, & sub conditione institui potest: ex certo[l] tempore, aut ad certum tempus non potest,[m] veluti, Post quinquennium, quàm moriar, vel

m A pagano verum est certè à milite potest. l. Miles ita. de vtil. test.

vel, Ex Calendis illis, vel, Vsque ad Calendas illas hæres esto. Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet, & perinde esse, ac si purè hæres institutus esset.

¶ Quæ conditiones institutionibus addantur.

n Ex l. 2. de con. Insti. Et cuius dicendum sit perplexa. vt si Titius hæres erit. Seius hæres esto. red dit enim institutionem inutilem. l. 16. de condit. inst.

§ Impossibilis[n] conditio in institutionibus, & legatis: nec non in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta habetur. Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt: si quidem coniunctim, vt puta, Si illud & illud factum fuerit: omnibus parendum est, si separatim: veluti, Si illud aut illud factum erit: cuilibet[o] conditioni obtemperare satis est.

o Cuilibet, legendum diuisa vocibus, id est, cui placet. Theop. habet, ὁποιᾳοῦν.

§ Ii, quos nunquam testator vidit, p hæredes institui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes, q ignorans, qui essent, hæredes instituerit. ignorantia enim testantis inutilem institutionem non facit.

p Extraneum etiam penitus ignotum hæredem quis instituere potest. l.

l. Hoc titu. vnde hic locus petitus est.

q Id est, procul agentes. Theoph. habet. ἐν ξένῃ διαγόντας. Vtra vera est lectio manu scriptorum peregrinacus, diuisis vocibus, vt habet I.C. Dicimus autem sæpe peregri, & vade peregrè. vt Fl. Sosipater scribit. & Charisius. lib. 2. nota. ex Plauto in Persa.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cainus 2. Institut. titul. 4. Dun. 2. Disp. cap. 7.

De vulgari substitutione.[a]

TITVLVS. XV.

¶ *Substitutionem generaliter definire possumus Institutionem conditionalem in subsidium prioris hæredis deficientis. Duplex autem est: aut vulgaris, quæ & directa: vt Si Titius hæres non erit: Seius hæres esto.*

¶ *Altera est Pupillaris & quodammodo vtilis, vt, Si filius meus hæres erit, & ante pubertatem decesserit, Titius hæres esto, quæ hîs tantùm concessa est, qui liberos habent in potestate. Eius exemplo Iustinianus similem introduxit in fauorem furiosorum, &c. quæ vulgò Exemplaris dicitur: satis insulsè. A. C.*

b Ex Mart. l. 30.

c Instituere dixit pro substituere. nã substitutio species est conditionalis institutionis. Vide Apuleium in libr. περὶ ἑρμηνείας de interpretatione conditionalem appellat substitutionam. d Modest. vocat reciprocam substitutionem. l. 4. hic, Vlp. in frag. tit. 23.

POtest [b] autem quis in testamento suo plures gradus hæredum facere: vt puta, Si ille hæres non erit, ille hæres esto, & deinceps, [c] in quantum velit testator substituere potest: vt nouissimo loco in subsidium, vel seruum necessarium hęredem instituere possit. Et plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicem [d] ipsi, qui hæredes

hæredes instituti sunt.

§ Et si ex disparibus [e] partibus hæredes scriptos inuicem substituerit, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit: ea videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit, & ita diuus Pius rescripsit.[f]

§ Sed si instituto [g] hæredi, cohæredi substituto dato, alius ei substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctione rescripserunt, ad vtranque partem substitutum admitti.

§ Si seruum [h] alienum quis patrem familiâs arbitratus, hæredem scripserit: & si hæres non esset Mæuium [i] ei substituerit, isque seruus iussu domini adierit hæreditatem, Mæuius substitutus in partem [k] admittitur, illa enim verba, Si hæres non erit in eo quidem, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur. Si neque ipse hæres erit, neque alium hæredem esse erit in eo verò, quem patrem familiâs esse arbitratur, illud significant: si hæreditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, non acquisierit.

e Veluti hunc ex septunce, illum ex quinquunce. ex Vlp. l. 24. hic.

f Fac. l. 5. C. de impub. & aliis substit.

g Omnes vet. C. Sed si institutus hæredi, & cohæredi sua substituto alius, &c. Sic in l. Si ex pluribus De suis & legit. hæred. I. C.

h Ex l. 40. de hæred. instit.

i Fac. In l. 40. d. hæred. instit. qui huius loci speciem explicat. Ale. li. 4. cap. 2. Disp. & Dimidiam scilicet, nam l. si pater §. de hæred. instituto ait in hoc casu semissis fieri, vid. hic. C.

[1] Idque Tiberius [m] Cæsar in persona Parthenij serui sui constituit.

De pupillari [a] substitutione.

TITVLVS XVI.

¶ *Ratio faciendæ substitutionis pupillaris.*

Liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solùm ita, ut suprà diximus, [b] substituere potest, id est, vt si hæredes ei non extiterint, alius sit ei hæres: sed eò amplius, vt si hæredes ei extiterint, & ad hæc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis hæres: veluti si quis dicat hoc modo, Titius [c] filius meus hæres mihi esto. Et si filius meus hæres [d] mihi non erit: siue hæres erit, & priùs moriatur, quam in suam tutelam venerit: [e] id est, antequàm pubes factus sit: tunc Seius hæres esto, quo casu, si quidem non extiterit hæres filius: tunc substitutus patri fit hæres. si verò extiterit hæres filius, & ante pubertatem decesserit: ipsi filio, fit hæres substitutus. nam moribus [f] instituta est, vt quum eius ætatis filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

¶ *Tractat de nouo genere substitutionis à se inuento, quam rectius tutelarem quàm exemplarem appelles. Duaremus quòd pupillarem vocat.*

§ Qua ratione excitati, etiam constitutionem [g] posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, vt si qui mente captos habeat filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuscunque sexus, vel gradus: [h] liceat eis, & si puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere, sin autem resipuerint, eandem substitutionem infirmari sancimus: [i] & hoc ad exemplum pupillaris substitutionis: quæ postquàm pupillus adoleuerit, infirmatur.

§ Igitur in pupillari substitutione secundum prætatum modum ordinata, duo [l] quodammodò sunt testamenta, alterum patris, [m] alterum filij, tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset: aut certè vnum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hæreditatum. Sin autem quis ita fuerit dolosus, vt timeat, ne filius suus pupillus adhuc ex eo, quòd palàm

[a] *Ex Pamp. l. 41 hæred. Instit. Alexbi. m Theoph. legit. Donatius Cæsar.*
[b] *Dicitur ab ætate, de qua fieri solet. Theoph.*
[b] *Id est, vulgariter.*
[c] *In hoc exemplo, primo fit vulgaris deinde pupillaris substitutio. l. 2. eo. tit.*
[d] *Quia verba propria sunt pupillaris substitutionis. Theophil. Hæc enim antiqua locutio ætatē pupillarem notat.*
[e] *Antiqua locutio qua veteres pupillarem ætatem significabant, id est, nāq; tutorum potestatis subiecta est H.*
[f] *Vulgariu institut. est ex xij. tab. Vid. l. 2. D. eod.*
[g] *Fac. l. 9. C. de impub. & al. substit. hunc locum explicat. Paul. l. 43. hic.*
[h] *Hæc abundant, vt ex eō substitutione appareat.*
[i] *Theophi. habet, ἀκυροῦσθαι id est, abrogari. Paul. vero, rumpi. l. 41.*
[k] *Non est in uer. lib.*
[l] *Si testator & testamenti solennitas speciatur, vnum est, si plurium hæredum, duo. l. 2. §. Primus. Theoph.*
[m] *Fac. l. Patruo. 20. hic.*
[n] *Ver. ne filius eius.*

substitutum acceperit, post obitum eius periculo insidiarum [o] subiaceat: vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet. illam autem substitutionem, per quam si hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem decesserit, substituerus vocetur: separatim in inferioribus [p] partibus scribere debet, eámque partem proprio lino, [q] propriáque cera consignare, & in priore parte testamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio [r], & adhuc impubere, aperiantur.

o Quibus exposita est pupillaru aras ab hæreditatis fraem. Perf. Satyr. 2. Pupillúve vitricum, quem proximus hæres Impello, expugnans.

p Suet in Iul. Cæs. c. 83. habet ima cera, id est, vltima parte tab. Asconi. 3. in Verrē. idem Suetō. in Nero. ca. 17.

q Quę scilicet tabulæ testamentū ligabantur. Seneca in l. 18. §. 1. de liber. leg. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. Lucian. in Tim. Alc. li. 4. tuę cap. 6.

r Leg. 61 & si hæreder. sic fuerit. §. proxi.

s Absit ab omnibus, & tetis.

¶ Hæc subst. fieri etiam exhæredato potest.

§ Illud palàm est, non ideo minùs valere substitutionem impuberis filij, quòd in eisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque hæredem instituisset: quanuis pupillo hoc periculosum sit. Non solum tamen hæredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, vt si [s] hæredes eis exiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis hæres is, quem ipsi voluerint: sed etiam exhæredatis. Itaque eo casu si quid exhæredato pupillo

pillo ex hæreditatibus, legatísve, aut donationibus propinquorum atque amicorum acquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertinebit [t].

t Fac. Triphoninus in l. Milesia. 42. §. pen. de milit. testam.

§ Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel hæredum institutorum, vel exhæredatorum, eadem etiam de posthumis [u] intelligimus.

u Quibus etiam substitui potest tam quam iam natis ob eorum commodum. l. 7. de statu hom.

¶ Hæc subst. paterni testamenti quædam appendicula est.

§ Liberis [x] autem suis testamentū nemo facere potest, nisi & sibi faciat [y] eam pupillare testamentum, pars & sequela est paterni testamenti: adeò, vt si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit. Vel singulis autem liberis, vel liberi, qui eorum nouissimus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: nouissimo si ius legitimarum [z] hæreditatum integrum inter eos custodiri velit.

x Ex Flequela sent. l. 37. hic.

y Fac. l. 2. §. Primus hic. & regula huius in l. 127. de reg. iur. Add. l. 2. §. 3. de milit. test.

z Quæstiun. hic vide hic locus est descriptus.

§ Subsitituitur autem impuberi aut nominatim, veluti, Titius hæres esto: aut generaliter, vt, Quisquis mihi hæres erit. Quibus verbis vocantur ex substitutione, impubere

a Fac. l. 25. de vulg.

mortuo filio, illi [a], qui & scripti [b] sunt hæredes, & extiterunt, & pro qua parte hæredes facti sunt. Masculo igitur vsque ad quatuordecim annos substituti potest: fœminæ vsque ad duodecim annos. & si hoc tempus excesserint, substitutio euanescit.

§ Extraneo [c] verò, vel filio puberi hæredi instituto, ita substituere nemo potest [d], vt si hæres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit hæres: sed hoc solum permissum est, vt eũ per fideicommissum testator obliget alij hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere, quod ius quale sit, suo loco trademus.

a Veletiã ille, ne quis putet superiorẽ generalẽ substit. formalem omnino deside rare mul titudinem numerũ.
b Ex Cuia. l. 3. hic.
c Qui nec natura, nec iure contẽctus est. Vid. l. 2. de vul. et pu.
d Nisi miles l. 41. § pe. de milit. test.
e Vbi aget. de fideicom. hered.

Quibus modis testamenta infirmantur.

TITVLVS XVII.

¶ *Quæ ab initio valent iure ciuili, aut rupti aut irriti vitio infirmantur. Iure Prætorio per bo. poss. contra tabulas rescindũtur. I. C.*

TEstamentum [a] Iure factum, vsque eò valet, donec rumpatur, irritumve fiat. Rumpitur autem testamentum, cùm in eodem statu [b] manẽte testatore, ipsi testamenti ius vitiatur. Si quis enim post factum testamẽtum adoptauerit sibi filium per Imperatorem, eum qui est sui iuris: aut per Prætorem secundum nostram constitutionẽ, eum, qui in potestate parentis fuerit: testamentum eius rumpitur quasi adgnatione [c] sui hæredis.

§ Posteriore quoque testamento, quod iure perfectũ est, superius rumpitur: nec interest, extiterit aliquis hæres ex eo, an non. hoc enim solùm spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoq; si quis aut noluerit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antè quàm hæreditate adierit, decesserit, aut conditione, sub qua hæres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamiliãs intestatus [e] moritur. Nã & prius testamentum non valet, ruptũ à posteriore: & posterius æquè nullas habet vires, cùm ex eo nemo hæres extiterit.

§ Sed & [f] si quis priore testamẽto iure perfecto, posterius æquè iure fecerit: etiã si ex certis rebus in eo hæredem instituerit: superius tamen testamentum sublatum esse, diui Seuerus, & Antoninus Augusti rescripserũt: cuius

a Vlpian. in fragm. tit. 23.
b Theophi. negatur legis, μὴ μείνῃ τὰς τὸ τέλος τοῦ βίου.
fall. intelligendum esse deprehenditur ex l. 3. ff. Ex iur. de iure, 3. ru. ff. Testamenta. de exhered.

c Vide lib. 1. de orato.
d Fœ. l. 1. de iniust.
e Intestatum alio modo accipit Iustin. in § 1. de hared. quæ ab intest. def.
f Ex Mart. l. 29. ad Trebell.

Universidad de Deusto
Biblioteca

constitutionis verba, & hic inseri iussimus, quum aliud quoque præterea in ea constitutione expressum sit. Imperatores Seuerus & Antoninus Augusti Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum hæres scriptus sit, perinde iures valere, ac si rerum mentio facta non esset:sed & teneri hæredem [b] scriptum, vt contentus rebus sibi datis,aut suppleta quarta ex lege Falcidia [i], hæreditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant,propter inserta fideicommissi verba,quibus vt valeret prius testamentum,expressum est:dubitari non oportet. Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur.

§ Alio autem modo testamenta iure facta infirmantur: veluti cùm is, qui fecit testamentum, capite [k] deminutus sit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant:& ea,quæ statim ab initio non iure fiunt,irrita sint,sed & ea quæ iure facta sunt, & posteà per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè commodius erat singulas [l] causas singulis appellationib⁹ distinguì:ideo quædam nō iure facta dicuntur.quædam iure facta rumpi vel irrita fieri.

§ Non tamen [m] per omnia inutilia sunt ea testamenta,quæ ab initio iure facta,per capitis deminutionem irrita facta sunt. nam si leptem testium signis signata sunt:potest scriptus [n] hæres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere:si modò defunctus,& ciuis Romanus,& suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentū, quia ciuitatem,vel etiam libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit,& mortis tempore in adoptiui patris potestate sit: non potest scriptus hæres secundum tabulas bonorū possessionem petere.

§ Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum,quòd posteà testator id noluerit⁹ valere:vsque adeò, vt & si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut mortalitate præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit,id non perfecerit: diui Pertinacis [p] oratione cautum

g Fac.l.1.§.Si ex fundo. de hær.instit.

h Cū testator hæredis fideicōmisit,vt valerent priores tabulæ.

i Quæ extensa est etiā ad fideicōmissa, ne quis hic pro Trebelliano positā somnier Vide Cuiacium lib.2. Succes.ianarum.

k etiā minima,veluti arrogatione.l.9. §.Si post. de iur.cod.

l Quæ omnes differentias species tradit Papi.d.l.1. de iniust.rupt.

m Vide Vlp. in frag. e tu. 23. & l.Posthumus.12. de iniust. rup. l. 8.§.2.de iur. cōd.

n Prætorio Iure scilicet,neglecta Iuris ciuilis subtilitate.l.12. de iniust.rup.l. 7. de Iust. & Iur.

o Fac.l.Sancimus.C. de testa.vbi irritū sit testamētū, quia ita vellit testator. id apud alia professus, tribus conuocatis testibus,& decimo postea elapso. vide Cumanū lib. 9.c.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit,ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant,nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint,nam imperfectũ testamentum sine dubio nullum est.

§ Eadem ratione expressit,non admissurum se hæreditatem eius,qui liris [q] causa principem reliquerit hæredem:neque tabulas non legitimè factas,in quibus ipse ob eam causam hæres institutus erat,probaturũ: neque ex nuda voce heredis nomen admissurũ: neque ex vlla scriptura,cui iuris authoritas desit, aliquid adepturum. Secundum hoc diui Seuerus & Antoninus sæpissimè rescripserunt [r].Licet enim (inquiunt)legibus soluti simus, attamen legibus viuimus [s].

p Quæ præcesserit Senatusconsultum, cuius verba quædã extãt apud Capitol. in Pertinace Imperat.

q Quæ res profecta inuidiosa est. l. penul. de hæred. instit. Sueto. in Oct. Aug. cap.66.& Capitol.ibid.

r Non extat eorum rescriptum:sed simile in l. Et imperfecto. C. de testam.

s Fac.l. 23. de leg.3.

De inofficioso testamento.

TITVLVS XVIII.

¶ *Hac actione testamenta rescinduntur, & hæreditates petuntur.Vulgo autem dicitur actio,accusatio,querela inofficiosi testamẽti:testémque petitio hereditatis de inofficioso test.vt in l.si quis filium. C. eod. l. penult. §.Sed quem.dinodum. D.de bon.poss.cont. tab.*

Quia

QVia plerunque [a] parentes sine causa liberos suos exhęredant, vel omittunt:inductum est, vt de inofficioso testamento agere possint liberi,qui queruntur aut iniquè se exhæredatos,aut iniquè præteritos, hoc colore [b], quasi non sanę mentis fuerint, cùm testamentum ordinarent.Sed hoc dicitur,non quasi verè furiosus sit: sed rectè quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis [c]. Nam si verè furiosus sit,nullum testamẽtum est.

§ Non autem [d] liberis tantùm permissum est, testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum [e] parentibus [f]. Soror autem & frater, turpibus [g] personis scriptis hæredibus,ex sacris constitutionibus [h] prælati sunt.Non ergo contra omnes hæredes agere possunt. Vltra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

a Frequentes sunt inofficiosi querelæ, inquit Vlpi.l.1. h.c.Vide Paul. libr.4. Sent. tit.5.

b Mart.l.2. hic. Colorem prætextum ridiculum vocat Marcel.l.49. de donat. int. vir. & uxor.

c Quod esse debet huiusmodi,vt pater filio omnia acquirat.l. Scripto. Si tabu. test.non ext. Iustin. Nouell.89. Arist.1. Ethic. cap.vlt.

d Ex Vlp. l. 1.hic.

e Parentum, scilicet, non militum,

quibus libera est testandi potestas.l.1.§.3.hic.

f Fac.l.13.hic. g Infimæ notæ.Vide Val.Max.lib.7. cap. 8.de Pompeio Rhegino.

h Fac.l.pen. C. de adopt.& 21.& 27.C.eod.

§ Tan

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ Tam autem naturales liberi[1], quàm secundum nostræ constitutionis diuisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hereditatem totam vel partem eius alio Iure veniunt: de inofficioso agere non possunt. Posthumi[2] quoque, qui nullo alio Iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

§ Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est quod nostra constitutio ad verecundiam[m] naturæ introduxit. Sin verò quantacunque pars hereditatis, vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente id, quod eis deest, vsque ad quartam legitimæ[n] partis repleatur: licet non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.

§ Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat: ex testamento patris sui legatum acceperit, cùm nihil erat ipsi tutori relictū à patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere. §. Sed si è cōtrario pupilli nomine, cui nihil[t] relictū fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatū relictū est, non amittit. Igitur quartam[o] quis debet habere, vel de inofficioso agere non possit: siue Iure hæreditario, siue iure legati, vel fideicōmissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos: in iis tantummodo casibus[p] quorum mentionē facit nostra constitutio,[q] vel aliis modis nostra constitutionibus[r] condis, qui in nostris constitutionibus continentur. Quod autem de quarta dixi-mus, ita intelligendum est: vt siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamēto permittitur: vna quarta eis dari possit, vt ea pro rata eis distribuatur: id est, pro virili portione quarta[s].

[1] *Legitimi scilicet.*

[2] *ἐξαίρετα γάρ ἐστι, vt Theophil. Cuiacius. adiectum enim est & extraordinarium remedium l. 6. de minor. l. Posthumi sui, vt filij de inofficioso testamento patris: posthumi legitimi, vt filij de inofficioso testamento matris, fratres neptes ex filia. Posthumi equati, vt nepotes ex filio exceptis post emancipationē. posthumi ergo nō sui tantū, sed etiam alieni. l. posthumus. l. Papi. §. si ex causa. D. eod.*

[m] *Nec à filijs parentum testamenta dissoluantur. Valer. de Aphrania. u cap. 4.*

[n] *Quæ sit legitima & vnde dicta, Paul. lib. 4. Sent.*

[o] *Plin. libr. 5. Epistolar. Epist. 1.*

[p] *Cuiac. putat intelligi duos casus. l. penult. C. de collatis quibus donationē inter viuos non tantum euitari existimat, sed etiam in quadrantem imputari.*

[q] *l. omnimodo. C. eod.*

[r] *l. quoniam. Novella. C. eod. vt liberis. de collat.*

[s] *Hæc verba in omnibus manuscriptis. Significant autem cuique dari quartam suæ virilis partis. C.*

minus

De hæredum qualitate, & differentia[a].

TITVLVS XIX.

[a] *Cuiac. 2. Institutio. titu. 3.*

Triplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Triplex hæredum differentia traditur.*

HÆredes autem, aut neceſſarij dicuntur, aut ſui neceſſarij, aut extranei. Neceſſarius hæres, eſt ſeruus hæres inſtitutus. ideoque ſic appellatur [b], quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpectas habent, ſolent ſeruum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam vlteriore gradu hæredem inſtituere: vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potiùs eius hæredis bona, quàm ipſius [c] teſtatoris à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo [d], illud ei commodum præſtatur, vt ea, quæ poſt mortem patroni ſui ſibi acquiſierit, ipſi reſeruentur. Et quamuis bona defuncti non ſufficiant creditoribus: iterum tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi acquiſierit, non veneunt.

[b] *Gaius Inſt. ideò ſic appellatus.*

[c] *Ne iniuria defuncti affligatur. §. 1. quibus ex cauſ. manum. non licet. C. qui manu. nō poſſ.*

[d] *Theophilus habet, μεγάλου τινὸς ὑφέρους ἕνεκεν. §. 1. tit. lib. 3. 2.*

¶ *Sui & neceſſarij hæredes qui ſint.*

§ Sui [e] autem & neceſſarij hæredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptiſve ex filio, & deinceps cæteri liberi qui in poteſtate morientis modò fuerint. Sed vt nepos neptiſve ſui hæredes

[f] *Theophil. ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς.*

des ſint: non ſufficit eum eámve in poteſtate § aui morientis tempore fuiſſe, ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit ſuus hæres eſſe, aut morte intercepta, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate. tunc enim nepos neptiſve in locū patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidem hæredes ideo appellantur, quia domeſtici [k] hæredes ſunt, & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. [l] Vnde etiā ſi quis inteſtatus moriatur: prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum. Neceſſarij verò ideo dicuntur, quia omnino, ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, ex lege duodecim tabul. hæredes fiunt. Sed his Prætor [m] permittit volentibus abſtinere hæreditate, vt potiùs parentis, quàm ipſorū bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

§ *Fac. Vlp. l. 8. §. interdum de acq. hared.*

[k] *Ex hoc quidem nepos obtinet a veteribus dici hæredem: cum ſcilicet pater viuo auo obiiſſet, auctore Sexto Pompeio.*

[l] *Ex l. ge Iulia. Veſtea.*

[m] *Theophil. habet εἰκότως· ἐπεὶ καὶ ὁ νόμος Plin. in panegy. l. 12. in fi. de bon. lib.*

¶ *Extranei hæredes dicuntur etiam emancipati liberi &c.*

§ Cæteri, qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, extranei hæredes appellantur. [n] Itaq; liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra nō ſunt, hæredes à

[n] *Gaius 2. Inſtitutio. tit. 3. h Theophil. habet ἐμαγκίπατοι.*

[o] *Extat hic quidem nepos obtinet a veteribus dici hæredem: cum ſcilicet pater viuo auo obiiſſet, auctore Sexto Pompeio.*

[p] *Ex l. ge Iulia. Veſtea.*

[q] *Theophil. habet εἰκότως· ἐπεὶ καὶ ὁ νόμος Plin. in panegy. l. 12. in fi. de bon. lib.*

[r] *Propter continuationē dominij ſcilicet. §. l. 11. de lib. & poſth. vnde hic locus eſt de ſcriptur. in Fac. Cuius l. 37. de acq. hared. & l. 1. §. illo tit. Vlpia. in fragm. tit. 22.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis instituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de causa, & qui hæredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos non habent. Seruus quoq; hæres à domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur [q].

§ In extraneis hæredibus illud obseruatur, vt sit cum eis testamenti factio, siue hæredes ipsi instituantur, siue hi qui in potestate eorum sunt: & id duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem facti tempore, vt constiterit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat, hoc amplius, & cùm adit hæreditatem [r] esse debet cum eo testaméti factio, siue purè, siue sub conditione hæres institutus sit: nam ius hæredis eo maximè tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio iuris non nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora inspici [s] debent.

¶ *Testamenti factio, non modo testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamento*

p §. fœmina. de adopt. l. Illud. §. ad testamenta. de bonis poss. contra tab.

q Extraneorum scilicet quia vtrumque hæreditatem & libertatem testamento non est consequutus. Theoph.

r Ex Flor. l. 49. §. 1. de hæred. instit.

s Duobus tem poribus id tertium addit ur.

t Alias tria tantum tempora inspicimus: Testamenti factio, mors testatoris, & tempus additionis. Theoph.

mento facultatem significat. l. 16. Qui testa. fac. poss.

§ Testamenti autem factionem non solùm is habere videtur, qui testamentum facere potest: sed etiã qui ex alieno testamento, vel ipse capere potest, vel alij acquirere, licet non possit facere testamentum. Et ideò furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filius familias, & seruus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint: attamen ex testamento vel sibi, vel alij acquirere possunt.

¶ *De iure deliberandi*

§ Extraneis autem hæredibus deliberandi [a] potestas est de adeunda hereditate vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditatis: siue extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: posteà reliquendæ hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit xxv. annis. Nam huius ætatis [c] hominibus sicut in cæteris omnibus casibus, deceptis: ita & si temerè damnosam [d] hereditatem susceperint, Prætor succurrit. Sciendum est tamen diuum Adrianum [e] etiam maiori viginti-

a Vt instrumenta hereditatis insficiat. l. 5. de iure de liber. & rationes defuncti petat. l. 22. de acq. hered. Vlp. in fragm. tit. 22.

b In necessariis hæred. but dicitur immisc. §. 9. in extraneis ad tit. vi de Theoph.

c Cuius consilium confirmat. & multarum insidiis expositũ. l. 1. de minor.

d Porrò si lucrosam incautè reliquerint, recuperandi. l. 1. 2. C. Si vt omiss. hered.

e Non extat similis est Iustin. Consti. l. vlt. C. de iur. del.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinque annis veniam dediſſe, cùm poſt aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit. diuus autem Gordianus, poſteà militibus tantummodò hoc conceſſit[f]. Sed noſtra beneuolentia commune omnibus ſubiectis imperio noſtro hoc beneficium præſtitit: & conſtitutionem [g] tam æquiſſimam quàm nobiliſſimam ſcripſit: cuius tenorem ſi obſeruauerint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: vt ex hac cauſa neque deliberationis auxilium ſit eis neceſſarium, niſi omiſſa obſeruatione noſtræ conſtitutionis, & deliberandum exiſtimauerint, & ſeſe veteri grauamini aditionis ſupponere maluerint.

f Nec illud quaq; extat. ſed d. l. vlt.

g Extat in d. l. vlti. eſt autem hoc beneficium repertum.

¶ *De acquirenda vel omittenda hereditate.*

§ Item extraneus heres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hereditatem vocatus, poteſt aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate [h] ſuſcipiendæ hereditatis heres fieri. Pro herede autem gerere quis videtur, ſi rebus hereditariis tanquam

h Solo animo. l. Gerit. 19. de acq. hered.

heres [i] vtatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo, locándóve, & quoquo [k] modo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate: dummodo ſciat eum, in cuius bonis pro herede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe, & ſe ei heredem eſſe. Pro herede enim gerere, eſt pro domino [l] gerere. veteres enim heredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda [m] voluntate extraneus fit heres: ita contraria deſtinatione ſtatim ab hereditate repellitur. Eum [n], qui ſurdus vel mutus natus, vel poſtea factus eſt: nihil prohibet [o] pro herede gerere, & acquirere ſibi hereditatem: ſi tamen intelligit quod agit.

i Fac. l. Pro herede 20. de acq. hered.

k Vlp. inſtit. tit. 22.

l Itaque hæc verba Titius hereditatis meæ dominus eſto: declarat vtilem inſtitutionẽ. l. 49. de hered. inſtit. Et heres dicitur quaſi herus, vnde ſine diphthongo ſcribitur. quod & à Cic. li. 1. Verborum animaduait.

m Adeundo ſc hereditatem adminiſtrat. Theophil. d. l. Gerit.

n Ex Vlp. l. Mutium. 3. de acquir hered. l. 8. Mutui. de her. inſt.

o Habet enim teſtamenti factionem vt infans, furioſus, &c. §. 3. ſupra eodem.

Male dicit adire, propter ius vetus, vnde hic locus ſumptus eſt. l. 1. de acquir. hered.

De legatis [a].

TITVLVS XX.

Legatarius triplici actione eorum perſequi poſſe legata, perſonali in rem, & hypothecaria conceſſum eſt.

a Caius 2. Inſtit. tit. 3. Vlp. in frag. titu. 28. Harmen. lib. 5. tit. 10.

POst hæc videamus de legatis, quæ pars Iuris extra propositam quidem materiam videtur (nam loquimur de iis Iutis figuris [b], quibus per vniuersitatem [c], res nobis acquiruntur) sed cùm omnino de testamentis, & de heredibus, qui in testamento instituuntur, loquuti simus: non sine causa sequenti loco potest hæc Iuris materia tractari.

§ Legatum itaque est donatio quædam à defuncto relicta ab herede præstanda. Sed olim quidem erant legatorum genera [c] quatuor: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem: & certa quædam verba cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus diuorum Principum solennitas huiusmodi verborum penitus sublata est.

§ Nostra [f] autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis §, sed voluntatibus eorum fauentes, disposuit, vt

[b] Id est, species, modis & formis. sic Cuius in l. 1. de obsc. l. mar. vit causa cæpitur. de donat. inter. vir. & uxor.

[c] Res vnius per institutionem singulæ per legatum acquiruntur. l. 62. de hared. inst. l. 37. de acquir. hared.

[d] Hæc vera nec Modest. l. 38. de leg. 2. nec Theophr. nec Harmenopulus.

[e] Diuersa est Florentini definitio. l. 119. de leg. 1.

[f] De legatis, fideicommissis, ac eorum differentia à Iustiniano sublata. Duar. 2. Disp. cap. 9.

§ Non aliter 89. de leg. 3.

omnibus legatis vna sit natura, & quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi: non solum per actiones personales [h], sed etiam per in rem, & per hypothecariam. Cuius constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile est.

¶ *Sublata legatorum & fideicom. multiplici differentia hodie eadem natura est*

§ Sed non vsque ad eam constitutionem standum esse existimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem stricte concludentem: fideicommissis autem quæ ex voluntate magis descendebat defunctorum, longiorem naturam indulgentem: necessarium [i] esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare, vt nulla sit inter ea differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permissum de his exponendo, studiosis adolescentibus quantum introducamus difficultatem, operæpretium esse duximus interim, se-

[h] Hæ tribuuntur legatario, quasi non domino: vt necesse videtur dominus saltem iurgentium quo dominia ante traditionem non transferebantur l. traditionibus. C. de pact. C.

[i] l. 3. C. Comm. de leg. & Vlp. habet, per omnia exæquata sunt legata fideicommissis. l. 1. de leg. 3. Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 9. Vigil. hic

omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

paratim priùs de legatis, & posteà de fideicōmissis tractare: vt natura vtriusque Iuris cognita, facilè possint permistionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere.

¶ Quæ res legari possunt vel non: ac primùm de re propria heredis: & aliena & creditoris obligata.

§ Non solùm autem testatoris vel heredis res, sed etiam aliena legari potest: ita, vt heres cogatur redimere eā, & præstare: vel si eam non potest redimere, æstimationem eius dare. Sed si talis sit res, cuius commercium non est, vel adipisci non potest: nec æstimatio eius debetur, veluti si quis campum Martium [l] vel basilicas, vel templa, vel quæ publico [m] vsui destinata sunt, legauerit. nam nullius momenti tale legatum est. Quòd autem diximus alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat. Forsitan enim si sciuisset alienam rem esse, non legasset: & ita diuus Pius rescripsit. [n] Et verius est [o] ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, sciuisse alienam rem legare defunctum: non heredem probare oportere ignoraſſe alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

§ Sed & [p] si rem obligatam [q] creditori aliquis legauerit, necesse habet heres eam luere. [r] Et in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt [s]. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit: non debet heres eam luere.

§ Si res aliena [t] legata fuerit, & eius rei viuo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidem ex causa emptionis ex testamento actione pretium consequi potest: si verò ex causa lucratiua: veluti ex donatione, vel ex alia simili causa: agere non potest. Nam traditum [u] est, duas lucratiuas causas in eundē hominem & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione [x], si ex duobus testamentis [y] eadem res eidem debeatur: interest, vtrùm rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit. nam si rem habet: agere non potest, quia habet eam

l Ex Paul. l. 39. §. vlt. de leg. 1. l. 104. §. 2. eod. l. 67. §. 6. de leg. 2. m Vt Theatrum, balneū forum. §. Ide Iurisc. de instr. vel. stip. infrà l. 6. de rer. diuis. §. vniuersitatis. Instit. ibid.

n Non extat hoc rescriptū. huic Alexandri simile est. l. Cum alienam. Chic.

o Totus hic locus descriptus est ex Instit. Martiani: cuius verba extant in l. 2. & l. Verius. de probationib.

p Ex Vlp. l. 37. de lega. 1.

q Caius habet. pignoratam. l. 25. de dot. prælег.

r Caius d. l. 25. habet liberare.

s Non extat. Fac. l. Prædia. C. de fideicommiss.

t Idem de stipulationibus. l. 83. §. si rem. de verb. obli. & aliis item contractibus. l. 16. de oblig. & act.

u l. 18. de obliga. & maximè l. vltic. §. Lucratiuas. C. de inoffic. test.

x Ex Papin. partim. l. 66. §. 1. de leg. 2. partim. Vlp. l. 34. §. 1. de legat. 1.

y Duorum testatorum scilicet. Theoph.

ex causa lucratiua. si æstimationem, agere potest.

§ Ea quoque [a] res, quæ in rerum natura non est, si modò futura est, recè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt [b], aut quod ex illa ancilla natum erit.

¶ De eadem re duobus legata, & in re adcrescendi.

§ Si eadem res duobus legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim: si ambo perueniant ad legatum: scinditur inter eos legatum si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore decesserit: vel alio quoquo modo defecerit: totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti si quis dicat: Titio & Seio hominem Stichum do, lego. Disiunctim [c] ita, Titio hominem Stichum do, lego: Seio hominem Stichum do, lego. Sed & si expresserit eundem hominem Stichum, æquè disiunctim legatum intelligitur.

¶ De fundo alieno legato.

§ Si cui [d] fundus alienus legatus sit, & emerit proprietatem deducto [e] vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit, & posteà ex testamento agat: recè eum agere, & fundum [f] petere, Iulianus ait: quia vsusfructus in petitione [g] seruitutis locum obtinet, sed officio iudicis continetur, vt deducto vsufructu, iubeat æstimationem præstari.

¶ De re legatarij ei inutiliter legata.

§ Sed si rem legatarij quis ei legauerit: [i] inutile est legatū: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest. Et licet [k] alienauerit eam, non debetur, nec ipsa res, nec æstimatio eius.

¶ De re testatoris quasi aliena: vel legatarij, quæ esset alienata.

§ Si quis rem suam quasi alienam legauerit: valet legatum, nam plus valet quod in veritate est, quàm quod in opinione. [l] Sed & si legatarij esse putauit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest.

¶ De alienatione rei legatæ.

§ Si rem suam legauerit testator, posteaque eam alienauerit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominùs deberi: idemque diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. [m] Idem rescripserunt [n] eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse lega-

a Ex Pomp. l. 24. de leg. 1. & Maria. l. 19. de leg. 3. & Fac. l. 1. in fi. de cond. & demonst.

b Id est, separatim & plane orationem diuersa l. Re coniunctis. 29. de legat. 3. l. Triplici 24. de verb. sign. & Ex l. 82. §. Fundus. De leg. 1. Pertinet autem hic §. ad legatum causa narratum, de qua supra.

c Paul. Flor. habent de ratione d. §. Fundus. l. 42.

d Id est, fundi æstimationem pro fundo ipso præstandam. Exemplo.

e Id est, Interimere: veluti fundum, i. eius proprietatem & vsumfr. animum his dari oportere.

f Ex l. Proprias. C. hoc titul.

g Furi. f. non sub conditione. l. meaues. 27. De cond. & demonst.

h Ex paul. l. 41. §. 1. de leg. 1.

i l. 4. de manumiss.

k Non extat rescriptū Fac. l. 12. §. Si rem suam. de leg. 3. & l. 3. C. eod.

l Extat in d. l. 3.

tum non videri : & ideo legatariũ cum herede eius agere posse, vt prædia à creditore luantur o. Si verò quis partem rei legatæ alienauerit : pars, quæ non est alienata, omnino debetur : pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

o Sumptu heredu s. Si verò quis, subaudi. testator.

¶ *De liberatione legata.*

§ Si quis debitori suo liberationem legauerit, legatum vtile est: & neque ab ipso debitore, neque ab p herede q eius potest heres petere, neque ab alio, qui heredis loco sit. sed & potest à debitore conueniri, vt liberet r eum s. Potest etiam quis vel ad tempus iubere, ne heres petat.

p Vt bonorum possessore.
q Nisi liberatio sit personalis, quo casu ad alium non porrigitur. l. 7. §. vlt. de liber. leg.
r Fac. l. 3. §. Nunc. de liber. leg.
s Ex Pomp. l. 2. §. 1. ille titul.

¶ *De legato debito creditori.*

§ Ex contrario si debitor creditori suo, quod debet, legauerit: inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet. t Quòd si in diem, vel sub conditione debitum ei, purè legauerit: vtile est legatum, propter repræsentationem. u Quòd si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit vtile esse nihilominùs legatum: quia semel constitit, quod & verum est. Non enim placuit sententia x existimantium extinctum esse legatum: quia in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest.

t Fac. Paul. l. 29. de leg. 3. u Id est, præsentem solutionem. Theophil. κατὰ ἀπόλαυσιν. Suet. in Aug. cap. 101.

¶ *De dote legata à marito.*

§ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est legatum, quàm de dote actio. a Sed si quam non accepit dotem, legauerit: Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legauerit, inutile esse legatum: si verò certa pecunia, vel certum corpus aut instrumenta doris in prælegando b demonstrata sunt: valere legatum.

§ Si res c legata sine facto hæredis perierit: legatario decedit. Et si seruus alienus legatus, sine facto d hæredis manumissus fuerit: non tenetur hæres. Si verò hæredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Iulianus scripsit. e nec interest, sciuerit, an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit f seruum, & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur hæres, quamuis ignorauerit à se eum legatum esse.

x l. verbi. Ad leg. Fal.
y Paul. fortè intelligit. l. 82. de leg. 2. cuius sententiam improbat. Papi. verò probat.
a Quia statim soluitur legatum, dos non soluto statim matrimonio, sed annua bima trima die.
b Id est, repræsentando alij legunt. Relegando: relegari enim dos dicitur. i. retro Rudi. A.C.
c Certa species scilicet. sic enim Pomp. vn. de hic locus petitus est. l. 26. §. 1. de leg. 3. Aliud est in corpore incerto. l. Quod te. Si cert. per.
d Id est mora & culpa. e l. 91. §. de illo, de verb. obl. l. 23. §. si quis ad Trebel. f Ex Mart. l. 111. §. 1. de leg. 1.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *De acceßione rerum legatarum.*

§ Si quis[a] ancillas cum ſuis natis legauerit, etiamſi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem eſt,[b] & ſi ordinarij ſerui cum vicarijs legati fuerint: quia licet mortui ſint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed ſi[i] ſeruus fuerit cum peculio legatus, mortuo ſeruo[k] vel manumiſſo, vel alie nato, peculij legatum extinguitur. Idem eſt, ſi fundus inſtructus,[l] vel cum inſtrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguitur.

§ Si grex[m] legatus fuerit, & poſtea ad vnam ouem peruenerit: quod ſuperfuerit, vindicari poteſt. Grege autem legato, etiam eas oues, quæ poſt teſtamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait.[n] Eſt autem gregis vnum corpus ex diſtantibus capitibus: ſicut ædium vnum[o] corpus eſt, ex cohærentibus lapidibus. Ædibus denique legatis, columnas & marmora quæ poſt teſtamentum factum a dicta ſunt, legato dicimus cedere.

¶ *Pertinet ad titulum De peculio legato.*

§ Si peculium legatum fuerit: ſine dubio

a Ex Paul. l. 3. de pecul. leg. l. 4. de leg. 1.
b Ex Cato. l. 4. de pecu. leg.
i Ex Paul. l. 1. ill. tit.
k addit Scæuola, vtus ad hunc teſtatore l. 39. §. duas Fauſt. ereſtum ff.
l Fac. l. 3. de inſtrum. vel inſtru. leg.
m Ex Pomp. l. 21. de leg. 1.
n Ex pradicta l. 21.
o Ex Pomp. l. Rerum mixtura. De vſu cap.
p Hi verbum ſignificabant veteres omnia ædibus iuncta l. Cætera. §. vlt. de leg. 1.

dubio quicquid peculio accedit, vel decedit viuo teſtatore, legatarij lucro vel damno eſt. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem aliquid ſernus acquiſierit: Iulianus ait,[q] ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatum fuerit: omne quod ante aditam hæreditatem acquiſitum eſt, legatario cedere: quia huiuſmodi legati dies ab adita hæreditate cedit:[r] ſed ſi extraneo peculium legatum fuerit: non cedere ea legato, niſi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium.

§ Peculium autem, niſi legatum fuerit, manumiſſo non debetur: quamuis ſi viuus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur:[s] & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt, peculio legato, non videri id relictum vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit.

§ Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum, cùm rationibus redditis liber eſſe iuſſus eſt, & ex eo[v] reliqua inferre.

q l. 1. §. Virum de pec. leg.
r Liberti vt vſusfructus legatus non retinetur ad hæredes vt quod ſit perſonale. VV. ſ.
s l. Si Stichū. de pec. vel tr. leg.
t Non petas Gr. extare horum Principum verſcriptum, ſed aliud non diſſimile, quod tributum Diocletiano & Maximiano. C. de pec. eius qui lib. mo.
v Hoc eſt, ex peculio perſoluere, cum ali unde non poſſit ſeruus. Theoph. Intelligit autem reliqua, quæ reſtant ſoluenda, vnde reliquatores à prudentibus dicti ſunt. l. 2. §. 3. de ſcitato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Et corporalia & incorporalia legari possunt.*

x Fac. l. Cato. 41. De leg. 2. Vid. tit. de vsu. & vsufructu. leg. & Paul. Sen. lib. 3. cap. 5.

§ Tam autem corporales x res legari possunt, quàm incorporales: & ideò quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas hęres legatario pręstet, nisi exegerit y viuus testator pecuniam, nam hoc casu legatum extinguitur.

y Iudicio scilicet, quod putebat fit consecutum. l. 7. §. Liberatio. de liber. leg.

§ Sed & tale legatum valet, Damnas esto hęres meus, domum illius reficere: vel, Illum ęre alieno liberare.

¶ *De legato generali. l. 108. De leg.*

z Fac. l. 11. §. vlt. de leg. 3. l. 49. in fi. de leg. 2. Paul. in Sē. ibid.

§ Si generaliter seruus, vel res alia legetur, electio legatarij z est, nisi aliud testator dixerit.

¶ *De optione legata.*

a Hoc ita olim procedebat, si per vindicationem legabatur. nam si per damnationem electio erat hęredis, vt ait Vlp. in frag. tit. Aliud stipulatione. l. Quicquid 99. De verb. obli. & aliis contractibus, in quibus debitoris est electio. l. Plerumque. De iure dot. Fac. l. 37. & 70. de leg. 1. Est locus obscurus. Vid. l. 39. §. 1. eod.

§ Optionis b legatum, id est, vbi testator ex seruis suis vel aliis rebus optare legatarium iusserat, habebat olim a in se conditionem, d & ideò nisi ipse

b Fac. l. 2. de opti. leg. Vlp. in frag. tit. 24.

c Fac. l. 3. Qui & a quib.

d Tacitam, addunt ex vetust. exemp. Theoph. Ferretus, & Cuiac.

legata

legatarius viuus optasset, ad hæredem legatum non transmittebat. Sed ex constitutione e nostra, & hoc in melius statum reformatum est, & data est licentia hæredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est: siue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: siue vnius legatarij plures hæredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra beneuolentiam introducebant) fortunam esse huius optionis iudicem, & sorte f hoc esse dirimendum, vt ad quem sors peruenerit, illius sententia in optione præcellat.

e Extat in l. vlt. C. Com. de leg.

f Id frequens est in Iure l. Sed cum ambo de iud. l. 3. C. Com. de leg.

¶ *Quibus legari possit, vel non.*

§ Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio g est. Incertis verò personis neque legata neque fideicommissa olim relinqui h concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat reliquere, vt diuus Adrianus rescripsit. In certa autem persona, videbatur, quam incertà

g Vt, scilicet ex testamento capere possit.

h Ratio est apud Vlp. in frag. tit. 22. quoniam certum esse debet testatris consilium. Paul. li. 3. Sē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

incerta opinione animo suo testator subijciebatur. veluti si quis ita dicat, Quicunque filio meo, filiam suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod ijs relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi Consules designati essent: æquè incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

§ Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat, nominatim seruos liberari. Subcerta verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur: veluti, [i] Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat.

§ Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabant. Est autem alienus [l] posthumus, (qui natus inter suos hæres testatori futurus non [m] est) Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat posthumus auo. Sed nec huiusmodi species penitus

i Fac l. Quidam rele. atus de reb. dub. & Non extãt. Fac. si. vlt. de obli. quæ quasi ex contr. nascũn. Intelligit autem ea, quæ rõ igniu vel piaculari in votũ relicta sunt.

l Quicũm natus fuerit, non est futurus inter suos hæredes. Duar. in clusa sic legenda & distinguẽda: qui natus, inter suos hæredes testatori futurus non est. Id est, non nascetur suus.

tus est sine iusta emendatione relicta: Quum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

§ Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus [n] dari debet quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere. Posthumus autem alienus, hæres institui & antè potest, & nunc potest: nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest. Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine [o] legatarij testator errauerit: cùm de persona constat, nihilominùs valet [p] legatum. Idemque in hæredibus seruatur, & rectè. nomina enim, significandorum [q] hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

¶ De demonstratione & causa.

§ Huic proxima est illa Iuris regula, [r] Falsa demonstratione legatum non perimi, veluti si quis ita legaue-

n Fac l. 20. de rest. tut.

o Arc. lib. 3. rub. c. 2. negatiuæ legit. Theoph. citrà. Hotom. hic.

p Iure scilicet. Prætorio, non iure ciuili §. 1. inf. de bon. poss. & §. Seruus citrà. sup. de hæred. inst. q Ant. Augu. lib. 1. c. 3. hanc vocẽ nõ agnoscit. Sumptus est autem locus ex l. 4. C. de rest. Polit. Affec. cèt. 1. c. 31.

r Fac. l. 4. de leg. 1. l. 3. C. de testa. l. 3. §. 2. de bon. poss. sec. tab.

s l. Ad vrga-

scendas. C. de inoff. test.

t 31. & 17. de condit. & demonst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Seruum domi nostræ ex seruo vel ancilla natum. Theoph. vocat οἰκογενῆ. Mart. l. 10. Epigr. in Cæcil. vnd. Ex. Pomp. c Ex Cato. d. l. 17. §. Quod attinet. & d. Diuos. Fac. l. 2. C. de falsa causa adl. Per cōditionē. Theophil. ἀδιστίμως. e Qua tamen rationem habet causa finita, quia cessante cessat effectus.

f A'e-cu-auit, vt tollatur dubium an sit præteriti an futuri temporis. Theophil. ἀνέσυρε vid. l. 123. de verb. sig.

g Ex regula Nemo simul & hæres & legatarius esse potest. le. 12. ff. 116.

rit, Stichum seruum meum vernam [b] do lego. Licet enim non verna, sed emptus sit: si tamen de seruo constat, vtile est legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, Stichum seruum, quem à Seio emi, sitque ab alio emptus: vtile est legatum, si de seruo constat.

§ Longè magis legato falsa causa adiecta [c] non nocet. veluti cùm quis ita dixerit, Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego: vel ita, Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego: Licet enim neque negotia testatoris vnquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit: legatum tamen valet. Sed si conditionaliter [d] enūciata fuerit causa, aliud iuris [e] est, veluti hoc modo, Titio si negotia mea curauerit, [f] fundum meum do lego.

¶ *Quomodo seruo hæredis rectè legetur.*

§ An seruo hæredis rectè legemus quæritur: & constat purè inutiliter legari, [g] nec quicquam proficere, si viuo testatore de potestate hæredis exierit quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamētum decessisset

testator, hoc non debet ideò valere, quia diutius testator vixerit. Sub conditione verò rectè legatur seruo, vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit. Ex diuerso, hærede instituto seruo, quin domino rectè etiam sine conditione legetur, [i] non dubitatur. Nam & si ita-tum post factum testamentum decesserit testator: non tamen apud eum qui hæres sit, dies legati cedere intelligitur: quem hæreditas à legato separata sit, [k] & possit per eum seruus alius hæres effici, si prius, quam iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit, vel manumissus, ipse hæres efficitur: quibus casibus vtile est legatum. Quòd si in eadem causa permanserit & iussu legatarij adierit, euanescit legatum.

h Ex regula Catoniana. l. 1. de reg. Cat.

i Apud seruum hæredem institutum.

k Ad alium legatur, ad alium verò hæreditas commodum spectat.

¶ *Ante hæredis institutionem, item post mortem hæredis aut legatarij rectè legatur.*

§ Ante hæredis institutionem inutiliter antea [l] legabatur: scilicet, quia testamenta vim ex institutione hæredis accipiunt, & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti, hæredis institutio. Eadem ratione nec libertas ante hære-

l Paul. lib. 3. Sent. cap. 3. Vlp. in fragm. huc citat. quia potestas testamenti initium sumebat ab institutione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis institutionem dari poterat [m] Sed quia inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati [o] vituperandum fuerat visum) spernere autem testatoris voluntatem: [o] per nostram constitutionem [p] & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante hæredis institutionem, & inter medias hæredis institutiones, legatum relinquere: & multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior [q] est.

§ Post mortem quoque hæredis aut legatarij simili modo inutiliter legabatur [r] veluti si quis ita dicat. Cùm hæres meus mortuus fuerit, do lego. Item, Priedie quàm hæres aut legatarius moriebatur. Sed simili modo & hoc corrigimus [s] fit mitatem huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deteriora cauia legatorum, quàm fideicommissorum inueniatur.

¶ *De eo quod pœnæ nomine legabatur, adimebatur, vel transferebatur.*

§ Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur, [t] & adimebatur, vel

m Exceptis militis testamento. Vlp. ibid. n Vlp. scholer. l. 33. ff. Rerum de her. instit. l. 77. ff. fidei tua de leg. 2. ff. de solut.

o Quæ quidem eorum, vt ait Vlp. d. l. 33. ff. Rerum, testamentum fuerit.

p Extat in l. omnium. 22. C. de testam.

q § vlt. sup. de donat.

r Vide Vlp. in frag. tit. 24.

s Idem est de cõtrahibus. ff. Post mortem de instit. stip. Paul. libr. 3. Sent. tit. 8. vel. Vat. C. Vt act. ab hæred.

t l. de pœna leg. l. 1. ff. Item si. Ad leg. Fal. vid. Zas. in in tell. singular. &c. i. an stipulatio pœnalis nouit præcedentem Vlp. in frag. tit. 24.

transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hæredis causa relinquitur, quò magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti si quis ita scripserit, Hæres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit: vel ex diuerso, Si non collocauerit, dato decem aureos Seio: aut si ita scripserit, Hæres meus si seruum Stichum alienauerit: vel ex diuerso, Si non alienauerit, Titio decem aureos dato. Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt quàm plurimis principalibus constitutionibus [u] significetur, nec principem agnoscere quod ei pœnæ nomine legatum [x] sit, nec ex militis quidem testamento talia legata valebant: quamuis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabantur: quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. eò amplius nec hæredem pœnæ nomine adiici posse, Sabinus [y] existimabat: veluti si quis ita dicat Titius hæres esto, si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocauerit, Seius quoque hæres esto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtrùm legati datione, an cohæ-

u Non extant. si c. §. vlti. Quibus mod. test. infir.

x l. vnic. C. de his quæ pœn. nom. relin.

y Nõ enim rã cohæredis institutis quã hæredu interuentu & pœna apposita videbatur. VVes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

redis adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit: & generaliter ea quę relinquuntur, licet pœnę nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil distare à cęteris legatis constituimus [y] vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quę impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut aliàs probrosa. Huiusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta[z] meorum temporum non patitur.

y l. vnic. C. d. his, quæ pœn. nom.

z Id est, disciplina. sic in l. vlt. in fi. C. de pact.

De ademptione[a] legatorum, & translatione.

TITVLVS XXI.

Legatum & eodem testamento & codicillis tum adimi, tum in alium transferri, quibus verbis potest.

a Vid. tit. de ademp. vel transl. leg. ff.

ADemptio legatorum (siue eodem testamento adimantur, siue codicillis) firma est [b], sed & siue contrariis verbis [c] fiat ademptio: veluti si quis ita quid locauerit, Do, lego: ita adimatur, Non do, non lego: siue non contrariis, sed aliis quibuscunque verbis.

b l. 77. C. de leg. l. 3 hic.

c Sine vlla scriptura nudauolũtate, legata & fideicommissa adimuntur. l. si iure. 12. de legat. 3.

bis. Trãsferri [d] quoque legatũ ab alio ad aliũ potest: veluti si quis ita dixerit, Hominẽ Stichum, [f] quẽ Titio legaui, Seio do, lego: siue in eodẽ testamento, siue in codicillis hoc fecerit. quo casu simul & Titio adimi videtur, & Seio dari.

d Vid. l. Sicut adimi. de adẽ. lega.

e Etiam si nulla sit eum eo testamenti factio, Vlp. l. Plane vbi. de leg. 1.

f Sed & si simpliciter & generaliter ita dixerit legaui, id Seio do lego, intelligitur ademptio, & Quod Titio translatio.

De lege Falcidia[a].

TITVLVS XXII.

¶ Causa & summa legis Falcidiæ.

a Caius 2. Instit. tit. 6. Vlp. in frag. tit. 24. Hermen. lib. 5. tit. 9. Sigon. de Iur. antiq. ciui. Roma. li. 1. cap. 12. Duar. Disp. c. 32. & lib. 2. cap. 10. Paul. lib. 3. Sent. tit. 5.

SVpereſt vt de lege Falcidia diſpiciamus, qua modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cùm enim olim lege xij. tab. libera erat legandi poteſtas vt liceret, vel totum patrimonium legatis erogare (quippe cùm ea lege ita cautum eſſet, Vti quiſq; legaſſet, ſuæ rei, ita ius eſto) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare, idque ipſorum teſtatorum gratia prouiſum eſt, ob id quòd plerunque inteſtati moriebantur recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro [b] he-

b Et ſæpius magno diſpendio, quia & aris alieni, & præſtandi legati onus ſuſtinere he-

res, nondum inuento inuentario beneficij.

reditates adire. Et cùm super hoc tam [c] lex Furia [d], quàm lex Voconia [e] latæ sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur: nouissimè lata est lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem [f] tutorum bonorum: id est, siue vnus hæres institutus sit, siue plures, apud eum, eóve pars quarta remaneat.

[c] *Super arcenda legatorum licentia.*

[d] *Vlpian. in fragm. tit. 1. & 28. Gaius tamen Furiam Testamentariam nullibi nec supra nec infra legare, mortisve causa donare licere refert.*

[e] *Quia cautum est, ne legatarius plus habeat, quàm hæres. Theophil. & Cuiac. in Vers.*

[f] *Id est, 9. vncias.*

¶ *Not. Cuia. Legata quæ dodrantem excedunt hæreditatem onerare dicuntur: quæ assem absumunt, exhaurire: quæ dodrantem non excedunt, delibare. Igitur per legē Falcidiam delibari hæreditas potest, non onerari, non exhauriri.*

§ Et cùm quæsitum esset, duobus hæredibus institutis (veluti Titio & Seio) si Titij pars, aut tota exhausta sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata: à Seio verò, aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem diminuant: an (quia is quartam partem totius hæreditatis, aut amplius habet) Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, vt quartam partem suæ partis saluam

saluam habeat? placuit posse retinere. [g] Etenim in singulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.

§ Quantitas [h] autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur mortis tempore spectatur. Itaque (verbi gratia) si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodest [i], si ante aditam hæreditatē p r seruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hæreditati, vt centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hæreditatis habiturus sit: sed necesse est, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur [m].

§ Ex diuerso si septuaginta quinque legauerit, & ante aditā hæreditatem in tantū decreuerint bona (incēdiis forte aut naufragiis, aut morte seruorum) vt non amplius, quàm septuaginta quinque aureorum substantia, vel etiam minus relinquatur: solida legata debentur [n]. Nec earum dannosa est hæredi, cui liberum est non adire hæreditatem, quæ res efficit, vt sit necesse legatariis, ne desti-

[g] *Fac. l. Ingulatim 77. hic.*

[h] *Huc 5. Ex Cuia l. In quā ritate. 73. Fac. l. in ratione. 30. hoc tit.*

[i] *Res hæreditarias intelligo. Theophil. τῶν τῆ παραυτίκα τοῦ κτήσις. & Lupus le gata ceduas.*

[m] *Nec nocet, si quod damnum cōtingat. Theophil. & d. l. 73. in Nam sumptus cōmodi & incommodum hæreditatis ad hæredem pertinet, non ad legatarium. l. in ratione. ff. eod. VVes.*

[n] *Quia res perit domino. l. pignus. C. de pignor. act. VVes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuto [n] testamento nihil consequantur, cum hærede in portione paciſci.

¶ Deductis omnibus quæ Falcidiam non patiuntur. & quæ extra bona defuncti esse censentur, id quod superest pro dodrante & quadrante dissiditur inter hæredem & legatarios. I.C.

§ Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum, [p] item funeris impensa, [q] & præcia seruorum munumissorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios distribuantur pro rata scilicet portione eius quod cuique eorum legatum fuerit.

§ Itaque si fingamus, quadringentos aureos legatos esse, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse: quarta pars legatarijs singulis debet detrahi. Quòd si trecentos quinquaginta legatos fingamus, octaua debet detrahi. Quòd si quingentos legauerit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Antè enim detrahendum, est quod extra bonorum quantitatem, est deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

De

[n] *Nullo scilicet hærede adeuolente d. l. 73.*

[p] *Quæ non deducto, nihil in bonis esse creditur. l. Subsignatum. 30. §. 1. de verb. sign.*

[q] *Cuius causa est maxime fraudabilis. l. pen. de relig. Fac. l. 6. hoc tit. Funeris autē appellatione intelligitur quicquid corporis causa antequam sepeliatur consumptum est.*

[r] *Ex Cato d. l. In quantitate. §. vlt. hic.*

De fideicommissariis hereditatibus [a], [& ad Senatusconsultum Trebellianum.]

[a] *Inclusa desunt in Ver. C.*

TITVLVS XXIII.

NVnc transeamus ad fideicommissa. sed priùs est [b], vt de hæreditatibus fideicommissariis videamus. Sciendum itaque est, omnia fideicommissa primis temporibus [c] infirma fuisse: quia nemo inuitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus [d] enim non poterant [e] hæreditatem vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant [hæreditatē.] Et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Postea diuus Augustus [f] primus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem [g] rogatus quis diceretur, aut ob

[b] *De vniuersalibus prius disserit, de singularibus agit proxi. tit. in Pandect. contra. l. 1. in princ. ad Trebell.*

[c] *Vlpian. in frag. tit. 25. Fab. lib. 9. ca. 11. Paul. Sent. lib. 4. tit. 1.*

[d] *Futa peregrinus. Theophil. Exemplum est 1. Verr. de Trelany testamenta. & 2. de sinib.*

[e] *Quæ causa fuit, cur hæredis fidei bona committerentur. Vide Tuscop. f Pompon. id Claudio Cæsari tribuit l. 2. §. Capta. de origin. Iur. in Claud. c. 13. Fab. lib. 3. c. 6. Vlpian. in frag. tit. 25.*

[g] *Hoc modo, vt Aug. ipsum saluum & incolumem caput, ita promittit, sic iuratur per salutem principis. l. 3. de iureiur. H.*

insignem

insignem quorundam perfidiam, iussit Consulibus authoritatem suam interponere [h]. Quod quia iustum videbatur, & populare erat: paulatim conuersum est in assiduam iurisdictionem: tãtusque eorum fauor factus est, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant.

§ In primis igitur sciendũ est, opus esse, vt aliquis recto iure testamẽto heres instituatur [k] eiusque fidei committatur, vt eam hereditatẽ ali restituat. alioqui inutile est testamẽtum, in quo nemo heres instituitur. Cùm igitur aliquis scripserit, Lucius Titius heres esto: potest adiicere, Rogo te Luci Titi, vt cùm primùm poteris hereditatẽ meam adire, eam Caio Seio reddas restituas. Potest autem quisq; & de parte restituẽda heredem rogare: & liberum est, vel purè, vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die [l].

§ Restituta autẽ hereditate, is qui dẽ, qui restituit, nihilominus hæres [m] permanet: is verò, qui recepit hæreditatem, aliquando hæredis, aliquando legatarij loco habetur. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Anneo Seneca Consulibus, Senatusconsultũ factum est: quo cautum est, vt si hæreditas ex fideicõmissi causa restituta sit, omnes actiones, quę iure ciuili hæredi o, & in hæredẽ cõpeterent, ei, & in eum dari tur [p], cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod Senatusconsultum Prætor vtiles [q] actiones ei, & in eum, qui recepit hæreditatem, quasi hæredi, & in hæredem dare cœpit.

§ Sed quia hæredes scripti, cùm aut totam hæreditatem, aut penè totam plerunque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum, vel minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicõmissa. Postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso & Pusione [r] Consulibus, Senatus censuit, vt ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quę per fideicommissum relinquuntur,

[h] *Nondum vsu de fideicommisso persequendo prædita actione à iudice, ex æquo & bono imperabatur extraordinaria. l. Pecunia verbum. 71. §. Actionem de verb. sign.*

[i] *l. 2. C. Qui potior. in pig. hab. l. 72. §. Per delegatum. & Hæredis institutio est caput testamenti. §. Ante hæred. de leg. præstandi necesse est, vt recte fideicommissaria relinquatur hæreditas.*

[l] *Veluti post biennium quã excesserit.*

[m] *Qui semel hæres fuit, non desinit esse hæres. l. Ei qui de hær. Instit. l. 1. Ad Trebell.*

[n] *l. 1. ad Trebell. Hi autẽ collegæ fuerũt. A. V. C. 814.*

[o] *Vide Onuphrium in Fast. imper. Romã.*

[p] *De solemni empta & vendita hæreditate per stipulationem. Theoph. hic. Vide l. 30. de ver. obl.*

[q] *Sine vlla stipulatione, aut cessione.*

[r] *Alias vtilis. l. 4. §. quadrup. pauper. Vide Franc. Ituar. Disp. lib. 2. capi. 4.*

[s] *Horum non meminerunt tituli. Vide Paulum libro 4. Sent. tit. 12.*

quuntur, eadem retentio permissa est.

§ Post quod Senatusconsultum ipse hæres onera hæreditaria sustinebat: ille autem qui ex fideicommisso recipiebat partem [a] hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id est, eius legatarij [t], cui pars bonorum legabatur, quę species legati, partitio [u] vocabatur, quia cum hęrede legatarius partiebatur hęreditatẽ. Vnde quę solebant stipulationes inter hęredẽ & partiarium legatarium interponi, eędem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recipit hęreditatem, & hęredem: id est, vt lucrum & damnum hęreditarium pro rata parte inter eos commune esset.

§ Ergo siquidẽ non minus quàm dodrantem hęreditatis scriptus hęres rogatus sit restituere [y], tunc ex Trebelliano Senatusconsulto restituebatur hęreditas, & in vtrunque actiones hęreditarię pro parte rata dabantur hęredem quidem iure ciuili: in eum verò, qui recipiebat hęreditatem ex Senatusconsulto Trebelliano, tanquam in hęredem. At si plus, quam dodrantem, vel etiam totam hęreditatem restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano

r Id est, dodrãtem.

t Id est, eius legatarij qui partẽ dimidiã acciperet. Theophi.

u Vlpian. in fragmẽ. tit. 25. tit. 14. & 24. Cice. 2. de legibus. l. nomen. 164. §. partitionis. de verb. sig. De stipulatione antiqua diuidẽda hereditatis inter haredẽ & legatarium. Theophil hic.

x Id est. vncias nouem.

y Ità vt nullius quartæ deductione opus sit, quum quartã ex voluntate testatoris retinerat. VVes.

Pegasiano [a] Senatusconsulto, & heres qui semel adierat hereditatẽ (si modò ita voluĩtate adierat) sicut retinuerat quartam partem, siue retinere noluerat: ipse vniuersa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retẽta, quasi partis & pro parte stipulationes [b] interponebantur, tanquam inter partiarium legatariũ & heredem: si verò totam hereditatem restitueret [c], emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recusabat [d] scriptus heres adire hereditatem, ob id, quòd diceret eam sibi suspectam esse, quasi damnosam, cauebatur Pegasiano senatusconsulto, vt desiderante eo, cui restituere rogatus esset, iussu Prætoris adiret, & restitueret hereditatem: perindéque ei & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darẽtur: ac iuris est [e] ex Trebelliano S C. quo casu nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic, qui restituit, securitas datur: & actiones hereditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hereditatem: vtroque Senatuscon. in hac specie concurrentes [f]. § Sed quia stipulationes ex Senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt

a Nam hoc quarta dedũctionem in fideicommissi induxit, de S C. Trebelliano omissum. VVes.

b Paulus libro 4. Sent. tit. 1.

c Ex Pegasiano Senatusconsulto.

d Hunc locum interpretatur Vlpia. l. 4. ad Treb. Caius. l. si quis omissa. ff. si quis omissa causa testa.

e Id est, Senatusconsulto Trebelliano cauetur.

f Nam ex Trebelliano actiones transeuntur, ex Pegasiano exactus adiit. Horom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, g quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat: & nobis in legib. magis simplicitas, quàm difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quàm differentijs vtriusque Senatusconsulti, placuit, explosoh Senatusconsulto Pegasiano, quod posteà supervenit i omnem authoritatem Trebelliano Senatusconsulto præstare, vt ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: siue habeat hæres ex voluntate testatoris quartam, siue plus, siue minus, siue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra authoritate retinere: vel repetere solutum, quasi ex Trebelliano S.C. pro rata portione, actionibus, tam in hæredem, quàm in fideicommissarium competentibus.

§ Si verò totam hæreditatem sponte k restituerit: omnes hæreditariæ l actiones fideicommissario, & aduersus eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani Senatusconsulti fuerat, vt quando recusaret hæres scriptus sibi datam hæreditatē adire, necessitas ei imponeretur totam hæreditatē volen

g Nec profecta iniuria ad fugiendas scilicet iuris quæstiones. h Sic Iust. in præfatione Pand. reiecta Senatusconsulto Pegasiano, cuius captiosi ambagibus, Trebellano soli locum esse voluit. i Trebellianū enim factum est sub Augusto. Pegasianum sub Vespasiano. k Recusanti etiā vltro quadrante.

l Quæ ex ipsius testatoris hereditate venirent, non ipsi adeundæ hereditatem quæritat. qui ita. 76. §. si damnum. ad Trebel.

volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transposuimus ad Senatusconsultum Trebellianum, vt ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius m desideret restitui sibi hereditatem: nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente.

§ Nihil autem interest, vtrùm aliquis ex asse n heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte o heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

§ Si quis vna aliqua re deducta, siue percepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re q) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiat, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere.

§ Sed illud r interest, quòd altero casu, id est, cùm deducta, siue percepta aliqua re restituitur hereditas: insoli-

m Vel certè eius nomine procurator. d. l. Qui ita. §. 1. n Prætor enim in cogendo officium non impertit. nisi fuerit postulatum. l. 4. §. Hoc autem. de dam. infect. VVes. o Id est, in solidum. p Puta, ex semisse. q Singulari.

r H. c locus ex Mart. l. si legat 30. §. Multum interest. Ad Trebel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud heredem, sine vllo onere[a] heredi tario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita. altero verò casu, id est, cùm quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit: scinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem.

§ Quinetiam licet vna re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis continetur: æquè in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interueniunt, & si, duabus pluribúsve deductis præceptísve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed etsi certa summa deducta præceptáve (quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet[b]) rogatus sit aliquis hereditatem restituere: idem iuris est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus est: eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est.

§ Præ

[a] Quia hic heredi non retinet ius vllum vindicandi: sed tantùm habet rem singularem vt legatarius. VVis.

[b] Quod si plus quarta contineat, heredi etiam legatario in id tenetur quod quartam excedit, videlicet si plus legatarius debeatur quam ad fideicommissarium peruenit.

§ Præterea[u] intestatus quoque moriturus, potest rogare eum ad quem bona sua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit: vt hereditatem suam totam, partémve eius, aut rem aliquam (veluti fundũ, hominem, pecuniam) alicui restituat, cùm alioqui legata[x] nisi ex testamento, non valeant. Eum quoque[y], cui aliquid restituitur, potest rogare: vt id rursum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat.

§ Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pendeat, & tam nomen, quàm substantiam acceperunt: ideo diuus Augustus ad necessitatem iuris ea retraxit. Nuper & nos eundem principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus[a] Quæstor sacri palatij suggesserit, constitutionem fecimus: per quam disposuimus, Si testator fidei heredis sui cõmisit, vt vel hereditatem vel speciale fideicõmissum restituat: & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimis esse noscitur) possit res manifestari: sed vel paucioribus quã quinque vel nemo penitus testis interuenerit:

[u] Vlp. l. 6. §. Meminisse. Ad Trebel.

[x] Vnde appareret legatorum & fideicommissorum differentia. Fac. Lope. de leg. d. Cuias 2. Institut. cap. 7.

[y] Hic locus ex Vlp. l. 1. §. de illo. Ad Trebel.

[a] Quidam Cuiacius habent, eadem traxit. Legendum autem censet Cuiac. eadem traxit. a Ver. vir excelsus.

[b] Extat in l. vlt. C. de fideicom.

P

tunc siue pater heredis, siue alius quicunque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsequutam: si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cùm priùs ipse de calumnia [c] iurauerit: necesse cum habere, vel iusiurandum subire, quòd nihil tale à testatore audierit: vel recusantem, ad fideicommissi vel vniuersalis, vel specialis solutionem coarctari: ne de pereat vltima volũtas testatoris fidei heredis commissa. Eadem obtineri censuimus, & si à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quòd si is, à quo relictũ dicitur, (postquàm negauerit [d]) confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat: omnino soluere cogendus est.

[c] Iurare de calumnia, id est, se non animo calumniandi iusiurandum deferre. ὀμνύναι μὴ κατὰ συκοφαντίαν ἐπιφέρειν τὴν ἀρχήν. Theophil. Faciebat Platonis 2. de legibus.

[d] Inclusa desunt in Vet. Scilicet, quinque testes non interuenisse.

[a] Fideicommissa singularia sunt, veluti, Rogo te heres, vt fundum Seianũ Titio restituas: vniuersalia verò, si to, vt hereditatẽ reddas.

De singulis [a] rebus per fideicommissum relictis.

TITVLVS XXIIII.

¶ *Notat D. Cuiacius Legata ex ipso testamento, Fideicommissa ex fide heredis pendere*

dere, vt recte Sundus definierit. Legata τὰ ἐξ αὐτοβούλου. Fideicommissa, τὰ ἐν αἰτήσει καλουμένου μέντοι καὶ τὰ μέλλοντες τελευτᾶν. Illa igitur sunt directa, hæc mixta item.

POteſt tamen quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, & pecuniam numeratam: & vel ipſum heredem rogare, vt alicui reſtituat, vel legatarium, quamuis à legatario [b] legati non poſſit.

[b] Alia est legati & fideicommissi differentia. Cuius 2. Inst. tit. 7. Vlpian. in fragm. tit. de legat. Fac. l. 2. C. Comm. de legat.

§ Poteſt autem non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere, ſed & heredis, aut legatarij, aut fideicõmiſſarij, aut cuiuſlibet alterius. Itaque & legatarius, & fideicommiſſarius, non ſolùm de ea re rogari poteſt, vt eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de alia, ſiue ipſius, ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm [c] obſeruandum eſt, ne plus [d] quiſquam rogetur alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamento ceperit, nam quod amplius eſt, inutiliter relinquitur. Cùm autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare, aut æſtimationem eius ſoluere.

[c] Fac. l. 1. §. fi. Ad Trebellia.

[d] Satrem vt tantundẽ præſtet, rogari poteſt.

[e] Vel certe ex alia re aliena ſolũtare: quia ab inte ato relinqui poſſit fideicommiſſum, ſupra tit. prox.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ Libertas [f] quoque seruo per fideicommissum dari potest, vt heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius: nec interest, vtrùm de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis aut legatarij vel etiã extranei sit. [g] Itaque & alienus seruus redimi [h] & manumitti debet. Quòd si dominus eũ non vendat: si modò nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, perceperit: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur: quoad possit tempore procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

§ Qui autem ex fideicommisso [i] causa manumittitur, non testatoris fit libertus (etiam si testatoris seruus sit) sed eius qui manumittit. At is, qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit: qui etiam Orcinus [l] appellatur. Nec alius vllus [m] directò ex testamento libertatem habere potest, quàm qui vtroque tempore testatoris fuerit [m], & quo faceret testamentum, & quo moreretur.

f Hic loc. videtur esse descriptus ex l. Libertates. ff. de fideicom. libert.

g Dummodo sit cum eo testamenti factio. Fac. l. Aliens. de fideicom. libert.

h Quod sit fauore libertatis, non idem in re peculiaria. l. Paul. 39. de fideic. libert.

i Hic loc. ex l. Debent. C. de fideicom. libert.

k Fac. l. hoc quidem. C. eod. titul.

l Theophil. vocat Χαρονιανὸν, quod ab eo manumittatur, qui in Orcum demittitur. Theoph. Fac. l. 10. C. de testamentis.

m l. seruus 25. l. si serui. 30. de manumissis.

Directò autem libertas tunc dari videtur cùm non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere [n] vult.

§ Verba autem fideicommissorum [o] hæc maximè in vsu habentur: Peto, rogo, volo, mando [p], fidei tuæ committo, quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in vnum congesta essent.

n l. qui dem. 19. de manumissis.

o Fac. l. Fideicommissa. 11. in princip. de leg. 3. & l. 2. C. Com. de leg. Caius 2. Inst. titul. 3. Vlp. in frag. tit. 24. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 1.

p Volo. 1. cupio, mando. 1. committo. hæc verba imperatiua non sunt, sed precaria.

De codicillis.

TITVLVS XXV.

¶ Codicillis sunt, eorum quæ in testamento testatoris voluntati desunt, supplementum. Theophil Harmeno. lib 5. tit. 7.

ANte Augusti tempora constat codicillorum ius in vsu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fideicommissa [esse] cœperunt) codicillos introduxit. Nam cum decederet [a] in Africa, scripsit codicillos [b] testamento confirmatos [c], quibus ab Augusto [d] petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid.

a Hoc est, moreretur. Theophilus videtur legisse, decederet in Africam.

b Facto Romæ testamento. c Vide Duar. 2. Disp. cap. vlt.

d Quem heredẽ instituerat vnà cũ filia & aliis quibusdam. Theo

Et cùm diuus Augustus voluntatē eius impleſſet, deinceps reliqui eius authoritatem ſequuti, fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, ſoluit.

§ Dicitur autem Auguſtus conuocaſſe ſapientes [e] viros, intérq; eos Trebatium quoque, cuius tunc authoritas maxima erat, & quæſiſſe: an poſſet recipi hoc, nec abſonans à iuris ratione codicillorum vſus eſſet: & Trebatium [f] ſuaſiſſe Auguſto: quòd diceret vtiliſſimum & neceſſarium hoc ciuibus eſſe, propter magnas & longas peregrinationes: quæ apud veteres fuiſſent: vbi ſi quis teſtamentū facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora, cùm & Labeo [h] codicillos feciſſet, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

§ Non tantùm autem teſtamento facto poteſt quis codicillos facere, ſed & inteſtatus quis decedens fideicommittere codicillis poteſt. Sed cùm ante teſtamentum factum codicilli facti erant: Papinianus [i] ait, non aliter vires habere, quàm ſi ſpeciali poſteà voluntate confirmentur.

§ Sed diui Seuerus & Antoninus reſcripſe

[e] In verbis ſtatuendi, præſidentium conſilia vſus fuiſſe Principes conſtat. ex Lamprid. in Alex. Seuer. Humanum. ff. C. de legat.

[f] Huius frequens eſt mentio in Iure. l. 2. §. Fuit. de orig. Iur.

[g] His ſideſtitutus, quæ ad teſtamenti ſolennitatē pertinebant. Inſtit. Qui teſt. fac. poſſ.

[h] Labeo. Antiſtius Trebatij auditor. d. l. 2. §. Exhis. de origi. Iur. Tacit. li. 3. Anna. in fra.

[i] In l. 3. de Iur. codic.

ſcripſerunt: ex iis codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat [k] eum, qui teſtamentum fecit, à voluntate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.

§ Codicillis [l] autem hereditas neque dari, neque adimi [n] poteſt: ne confundatur ius [o] teſtamentorum & codicillorum: & ideo nec exheredatio [p] ſcribi.

§ Directò autem hereditas codicillis, neque dari, neque adimi poteſt. nam per fideicommiſſum hereditas codicillis iure relinquitur. Nec conditionem heredi inſtituto codicillis [q] adiicere, neque ſubſtituere directò quis poteſt. Codicillos autem etiam plures [r] quis facere poteſt, & nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant.

[k] Vid. Plin. in epiſt. lib. 2. ad Anniānum.

[l] Ex Paulo l. Scæuola. 36. ad Treb.

[n] Paganum intellige, cum miſcere hereditas codicillis dari vel adimi poſſit. l. Quærebatur. 19. & l. Miles. 36. de teſta. mil.

[o] Quod fit per exheredationem. ol. 7. C. de Codicill.

[p] Eorum, ſcilicet, qui heredes ſcripti ſunt: eorum verò qui heredes ſcripti non ſunt, exheredatio nulla eſt, niſi ſuorum numero ſint. I. C.

[q] Ex Mar. l. 6. de iure Codicill.

[r] Miſi ſint contrarij. l. 3. C. eod. teſtamenta non item.

INSTITVTIONVM IVRIS DIVI IVSTINIANI.

LIBER TERTIVS.*

De hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

TITVLVS I.

¶ Ex partitione vsitata & in scholis inueterata hinc incipit.

IN vetustissimo Codice quo in conscribendis hos Institutionum libros notis vsus est D. Cuiacius, frequentissimè sic haberi testatur: Dn. Iustiniani perp. August. Institutionum compositarum per Tribonianum virum magnificum magistrum & exquæstorem sacri palatij, & Theophilum & Dorotheum VV. illustres & antecessores incipit tertius, De hæredit. quæ ab intest. def.

¶ *Pertinet autem hic tit. ad totam materiam intestatæ successionis, specialiter autem sub eo de Suorum duntaxat successione tractatur eiúsque summa hæc est. Suos heredes nobis esse ex xij. tab. legitimos filios vel naturales factos legitimos. In suorũ linea vlteriorem*

Suorum hæredum successio.

teriorem à proximiore non excludi. Vlteriorem vice sui patris admitti. Inter suos hæredes à Prætore vocari emancipatos, non etiam eos qui sunt in adoptiua familia. Inter suos heredes ex consti. vocari nepotes ex filia, & deinceps ceteros. I. Cuiac.

INtestatus[a] decedit qui aut omnino testamentum nõ fecit, aut non iure[b] fecit: aut id quod fecerat ruptum[c] irritúmve[c] factum est: aut si ex eo nemo hæres extiterit. e

§ Intestatorum autem hæreditates ex lege duodecim tabularum, f primùm ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes existimantur, (vt suprà diximus) qui in potestate morientis fuerint: veluti filius filiáve, nepos neptísve ex filio, pronepos proneptísve ex nepote, f ex filio nato prognatus prognatáve. Nec interest, g verùm naturales sint liberi, an adoptiui.

§ Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptijs, vel mattimonijs non sunt progeniti, curijs tamen ciuitatum

a Hic locus ex Vlp. l. de suis & leg. Quatuor aurē modis quis dicitur potest intestatus. Vlp. inf. ti. 23. Paul. l. 4. Sent. ti. 8. Cuius. 2. Inst it. tit. 18.

b Quo casu idem est, ac si nullum testũ fuisset l. Quatuor. qui satisf. cog.

c Natiuitate pura postliminij præteriti vel arrogatione filij.

d Capitis forte diminutione e i. nemo hæreditatem adit

f. f Lex xij. tab. ait, Intestatorum hæreditates primo suorũ hæredum, velint nolintve sunto. His deficientibus, adgnatus proximus fa miliam habet. tit. 4. Cic. alt. 3 in Verr. g Vt s. sint hæredes legitimi.

dat

dati, secundum Diualium [h] constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem, hæredum suorum [i] iura nanciscuntur.

§ Necnon eos, [k] quos nostræ amplexæ sunt constitutiones, [l] per quas iussimus, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit: postea verò affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non solùm eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos, & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui & ijs, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quòd obtinere censuimus, [m] & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. [n]

§ Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum hæredum numero sunt, si præcedens persona [o] defierit in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per

h l. si quis. l. Diuorum. C. de nat. lib.

i Quod non fuissent consequuti, si filiorum mansissent.

k Quæ sunt naturalibus restituti, in principio rescripto. Nou. 89. in princ.

l l. Nuper. l. cùm quis. C. de natu. lib.

m d. l. Nuper. & Nouel. 12. & 18.

n l. Cum quis. cod. nuper. C. de nat. lib.

o Vt pater præcedat neposem hic pronepotẽ. Vid. VVes.

per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit: nepos ex eo, suus hæres esse non potest. Idque & in cæteris deinceps liberorum personis dictum esse intelligimus. Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eis futuri forent, sui hæredes sunt.

§ Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes, & licet furiosi sint: hæredes possunt existere: quia quibus ex [q] cauſis ignorantibus nobis acquiritur, ex his cauſſis, & furiosis acquiri potest. Et statim à morte parentis quasi continuatur [r] dominium. & ideo nec tutoris authoritate opus est pupillis, cùm etiam ignorantibus acquiratur suis hæredibus hæreditas, nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

§ Interdum autem, licet in potestate parentis mortis tempore suus hæres non fuerit, tamen suus hæres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit, post mortem patris sui: ius enim postliminij hoc facit. Per contrarium autem hoc euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus hæres non

p Far. l. 1. §. 3. siquis emis. cauſ. fest. d. 23. de acqui. hær. ed Olim etiã inuiti postea tamen Prætoris beneficio, abstinendi data facultas.

q Regula est pro pup. si à furioso, si cer. pe. l. si à furioso. de obl. & act. r Pan. bal. et. Propter dominij continuationem l. Ita filius de suis & leg. & l. 3. C. de iur. del. ib. s Ad id ex transmissa hæreditate. § Neque de author. iur.

non fiat: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis[t] reus, ac per hoc memoria eius damnata[u] fuerit. suum enim hæredem habere non potest, cùm fiscus[x] ei succedat: sed potest dici ipso quidem iure suum hæredem esse, sed desinere, Cum filius filiáve, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hæreditatem aui vocantur: nec qui gradu proximior est vlteriorem excludit.

§ Æquum enim esse videtur, nepotes neptesque in patris sui locum succedere.[y] Pari ratione, & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes, neptésve, item pronepotes proneptésve in parentis sui locum succedere: conueniens esse visum est non in capita,[z] sed in stirpes hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duos pluréve nepotes alteram dimidiam.

§ Item[a] si ex duobus filijs nepotes neptéve existant, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat: ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

§ Cùm

t Maiestatis lasæ reus Instit. Nou. 97. κακοῦργος καὶ ἐνοχος.

u Quam. s. per petuam infamiæ comitatur, l. Ex iudiciorũ, de accu. l. vlt. ad l. Iul. maiest. Vide Nouel. 134.

x Fac. l. 1. §. fiendum, de suis & legit. l. vlt. de condit. instit.

y Idque ex l. xij. tab. Fac. l. 4. C. de leg. hæred.

z Fac. Nouel. 118.

a Hîc locus ex Cuj. Inst. lib. 3. tit. 1. Fac. l. 2. §. 2. de suis & legit.

§ Cùm autem quæritur, an quis suus heres exìstere possit: eo tempore quærendum est quo certum est, aliquem sine testamento decessisse. quod accidit, & destituto testamento. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus & filio mortuo,[d] posteà certum fuerit, heredem instìtutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit:[e] nepos auo suus heres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamiliàs, solus inuenitur nepos. & hoc certum est.

§ Et licet post mortem aui natus sit, tamen auo viuo conceptus,[f] mortuo patre eius, posteáque desérto aui testamento, suus hæres efficitur.[g]

§ Planè si & conceptus & natus fuerit post mortem aui, mortuo patre suo, desertoque posteà aui testamento, suus hæres auo non exìstet: quia nullo iure cognationis patrem[h] sui patris attigit. Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emancipatus

b Fac. l. 1. §. fiendum, de suis & legit. l. vlt. de condit. instit.

c Hoc est, vt interpretatur. Theoph. Cum rectè quidem filium esse testamentum non tamen ex eo hæres existit.

d Post mortem patris scilicet. Theoph. Fac. l. Scripta. 7. §. tab. test. null. ext. Theoph. hic.

e Quia forte defecit conditio institutioni adscripta. Theoph.

f Qui conceptus pro iam natus habetur, cum de eius vtilitate agi-

g l. Qui in vtero. ff. de stat. hom. g Fac. l. 6. §. 1. de iniust. rup.

h Auum testatorem Theoph.

adopta

Universidad de Deusto
Biblioteca

k l. 26. de adq. & Secus enim quantum ad causam prohibendarum nuptiarū. A. C.

adoptauit.[i] Hi autem, cùm non sint sui (quantum ad hæreditatem[k]) liberine que bonorum possessionem petere possunt, quasi proximi cognati. Hæc de suis hæredibus.

¶ *De extraneis hæredibus.*

l Vsque ad Nouellas. A. C. Caius 2. Instit. tit. 8. l. Capitis. 11. de suis & legit. l. 7. de cens.

§ Emancipati autem liberi, Iure ciuili[l] nihil iuris habent (neque enim sui hæredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque vllo alio iure per legem duodecim Tabularum vocantur. sed Prætor naturali[m] æquitate motus, dat eis bonorum possessionem. Vnde liberi, perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent: siue soli sint, siue cum suis hæredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato vno & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is, qui in potestate fuit, solus Iure ciuili hæres est, & solus suus hæres: sed cùm emancipatus beneficio Prætoris in partem[n] admittitur, euenit, vt suus hæres pro parte hæres fiat.

m Cogitat enim Prætor filium esse, licet emancipatū. Nouell. 118. Fac. l. 2. vnde legi. l. vlt. de suis & leg. l. 4. Sit ab. test. null. ext. l. 6. l. 1. de bon. poss. n Idmidia. dit Theoph. o Se arrogari feinerūt, quia sui essent iuris.

§ At hi, qui emancipati à parente in adoptionem[o] se dederunt, non admittuntur[p] ad bona naturalis patris, quasi liberi: si modò, cum is moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur[q] ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec vnquam in adoptiua familia fuissent. Et conuenienter, quo ad adoptiuum patrem pertinet,[r] extraneorum loco esse incipiunt.[s]

p Fac. l. vlt. vnd. lib.

q Fac. l. 2. vnd. lib. v. l. 6. §. Si tab. test. nul. ext.

r. Ab extraneo parente emancipati, in testato autem succedent patri adoptiuo, si morte naturali emancipatione solutum sit ius emancipationis. l. 3. Vnd. cognat. s Hic locus explicat Paul. l. 4. si tab. testa. nihil. ext. Fac. l. vlt. C. de legit. hær. v Fac. l. 132. de adopt.

§ Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantùm ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantùm ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineant, verùm ad liberos eius, an ad adgnatos.

x Regula est Pomponij. l. Iura. 2. de regul. iur. Iura sanguinis nulla ciuili iure diruī possū. 8. vl. de leg. adgna.

§ Minus ergo iuris habent adoptiui filij, quam naturales.[t] Namque naturales emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui verò iure ciuili[v] perdunt gradum liberorum, & à Prætore non admittuntur: & rectè. Naturalia[x] enim iura ciuilis ratio perimere non potest: nec quia desinunt sui hæredes esse

possunt definere filij filiæve, aut nepotes neptésve esse: adoptiui verò emancipati, extraneorum loco incipiunt esse: quia ius nomènque filij filiæve, quod per adoptionem consequuti sunt, alia ciuili ratione, id est, emancipatione perdunt.

§ Eadem hæc obseruãtur, [a] & in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neque hæredibus institutis, neque, vt oportet, [b] exhæredatis Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tẽpore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, sicut nec ab intestato, [d] ita longè minus contra tabulas testamenti ad bona eius admittit: quia desinunt in numero liberorum eius esse.

§ Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiua familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet

[a] Et non solùm in hæreditate ab intestato, vt refert Theophil. & Theop. hæc sapissimè vt oportet, id est nominatim Fac. l. non putauit. 9. §. Nõ quæris de bõ. possess. cont. tab. & Fac. l. pen. C. de adopt. quia patre adoptiuo pure ciuili succedunt. F. Hotom. ad Intestatorum hæc accipe, qui nullum jure testamentum.

[b] Vid. Theoph. hic.

[c] Vlp. d. t. §. 4. l. 3. §. 2. de bon. poss. contra tabu. variarum reddit.

[d] Fac. l. 4. si tab. testi. null. ext.

[e] Fac. l. 1. §. 2. vnde leg.

[f] Ad bonorũ poss. Prætor hoc ordine admittit, primos suos, & nouerca. pos. adgnatos, deinde cognatos, l. 1. Quis ord. in bo. l. 7. Si tab. test. null. ext.

[g] Quam hunc ordinem admittas. VV.

[h] Primo ordine deficiente vocat secundum adgnatorum.

[i] Extat in l. pen. in princ. C. de adopt. Quæ loco huic multum lucis adfert. Est autem vna ex ijs nouis, Codici inserta.

[k] l. pen. C. de adopt.

cet ea parte edicti, [e] qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari scilicet qua cogniti [f] defuncti vocantur. [g] Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui hæredes liberi, [h] neque emancipati obstent, neque adgnatus quidem vllus interueniat. Ante enim Prætor liberos vocat tam suos hæredes, quàm emancipatos, deinde [k] legitimos hæredes, tertiò próximos cognatos.

¶ *Emendat plerosque superioris iuris articulos.*

§ Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem emendationem à nostra constitutione [l] acceperunt, quam super ijs personis exposuimus, quæ à patribus suis naturalibus in adoptionem alijs dantur. Inuenimus etenim nonnullos casus in quibus filij, & naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant: [m] & adoptione facilè per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur.

§ Hoc solito more corrigentes, constitutionem [n] scripsimus, per quam defi-

[l] Vid. Theoph. hic.

[m] l. pen. C. de adopt.

nimus, Quando parẽs naturalis filium suum adeptandum alij dederit, integra omnia iura ita seruari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, vt possit ab intestato ad patris adoptiui venire successionem.

§ Testamento autem ab eo facto, neque iure ciuili, neque Prætorio, ex hæreditate eius aliquid persequi potest: neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cùm nec necessitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum instituere, vel exhæredem facere: vt pote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano [p] Senatusconsulto, ex tribus maribus [q] fuerit adoptatus. Nam & in eiusmodi casu, neque quarta ei seruatur, neque vlla actio ad eius persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit.

§ Vtroque enim iure tam naturali, quàm legitimo in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni seruamus: quemadmodum si paterfamiliâs

[o] Post. Iulian. constitutionem Iustiniani, nam ante secus fuit.

[p] Hoc ius nouitio est in l. penult. C. de adopt. vt de hoc Theoph. ad §. fin. huius tit. Vide l. vlt. C. de curat. Theophil. habet ἐξ ηθίκων μαρτύρων. Omnia.

De hær. quæ ab intest. 233

miliâs se se dederit adrogandum: quæ specialiter & singulatim ex præfatæ cõstitutionis tenore possunt colligi.

§ Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens solos nepotes vel neptes, qui quæve ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & iure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes qui ex neptis, cognatorum loco connumerans, post adgnatorum lineam eos vocabat: tam in aui vel proaui materni, quàm in auiæ vel proauiæ, siue paternæ siue maternæ successionem.

§ Diui autem Principes non passi sunt talem contra naturam [r] iniuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cùm nepotis, & pronepotis nomen commune sit vtrisque, tam qui ex masculis quàm qui ex fœminis descendunt: ideo eundem gradum, & ordinem successionis eis donauerunt.

§ Sed vt amplius aliquid sit eis, qui non solùm naturæ, sed etiam vete-

[r] Leges enim masculis hæreditatem potius, quam fœminis deberi voluerunt. §. Caterum. prox. tit. leg. xij. tab. ti. & §. fin. Fac. l. Pronunciatio. 195. in fi. de verb. sign. Mulier enim familiæ suæ & caput & finis est.

[s] Valentiniano, Theodosius & Arcadius. l. 5. de postliminio. §. C. de iust. & iur. Quæ ex Cod. Theod. de in Iulian. Cod. transfer.

[t] Masculorum habitam quoque successionem lege Mosaica ratione passim reperias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris iuris[a] suffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus suprà diximus) paulò minuendam esse existimauerunt, vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel auia fuerat acceptura: vel pater eorum, vel auus paternus, siue maternus, quando fœmina mortua sit, cuius de hereditate agitur: iisque (licet soli sint) adeuntibus, adgnatos minime vocabant.

§ Et quemadmodum lex duodecim tabularum[b] filio mortuo neptes vel nepotes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem aui sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ, vel auiæ, eos eum iam designata partis tertiæ deminutione vocat.

§ Sed nos, cùm adhuc dubitario maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes, quartam partem[c] substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cuiusdã[d] constitutionis[e] authoritate: memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregauimus, neque inseri eam[f] ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutione promulgata,

[a] Lex. 12. tab. Agnatis ex filio, (qui esset gentilis) hereditatẽ tribuebat. vid. S. C. Orfitiani. I. C. [b] Fac. l. 3. C. de suis & legit.

[c] Quam illi Principes quã dã Falcid. vocant.

[d] Cantuncula & Ferrerius legunt, eiusdem.

[e] Theodosii duas fuisse vult.

[f] Inserta quidem est, sed de tertia illa clausula, qua illegitimi ex matrimonio inter dissidentes nati illa esse, si defuncta. C. Theo. & Iust. de legit. hæred.

gata[g], tori iuri eius derogatum est: & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, superstitibus[h], adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vendicare: ne hi, qui ex transuersa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere, secundum sui vigorem, & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas i statuit, non in capita, sed in stirpes diuidi hæreditatem[k]: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & proneptes, & alias deinceps personas: vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem[l] sine vlla deminutione consequatur: vt si fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant.

[g] l. vlti. C. de suis & legit. Fac. l. desiderium. in Cod. Theod. de suis & legit.

[h] Solis fœlicet, & sine cõcursu nepotũ ex filio qui si cum eis extarent, trientem haberent. A. C.

[i] Lex xii. tab. l. 3. C. de suis & legitimis hæred.

[k] Fac. d. l. vlt. C. de suis & legit. & l. Illã. C. de collat.

[l] Quarta scilicet, intelligimus eos casus, quando (vt dictum est) hi concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Novell. 18. & 118. A. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De legitima adgnatorum successione.

TITVLVS 11.

¶ *Initio huius tex. in verb. adgnatis proximum* not. Cuiac.[9] *Sui hæredes sunt etiã adgnati. l. Filius. De suis & legit. hæred. l. de bonis. §. huic autẽ. de Curat. delect. Sed differẽtia causa separãtur sui ab adgnatis. In ordine successiõis nõ seruãtur gradus prærogatiua, quod secus est in ordine adgnationũ. His diuidũt hæreditatem in capita, illis in stirpes. In his habetur discretio sexus, in illis non item. His fiunt hæredes additione, illis existunt, &c.*

SI nemo suus hæres, vel eorum, quos inter suos hæredes Prætor[a] vel cõstitutiones vocant, existant[c], qui successionem quoquo modo amplectatur, tũc ex lege duodecim Tabularum ad adgnatum proximum[d] pertinet hæreditas.

§ Sunt autem[e] adgnati (vt primo quoque lib. tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, quasi à patre cognati.[f] Itaque ex eodem patre nati fratres, adgnati sibi

a Naturales, qui ex constitutionibus ad illi sunt in potestatem patris, sui sunt. Cuiac. vocant scilicet emancipatos. §. ad nanciendi. supra tit. prox. b Vt ex filia nepotes. §. sed nec. supr. tit. prox. vel natalibus restitutos. Theophi.

c Si nascatur, vel ab hostibus redeat, adeatur, repellit. l. 2. de suis & legit. Quid à legãt, exitat, & successionem, &c.

d l. 12. de suis & legit. Vlpi. in frag. tit. 26.

e Supra tit. de leg. adgna. tutel. Fac. l. 5. Vide legit. l. vlt. §. 1. de grad. l. 3. de suis & leg. f Id est, per patrem. Cuiac. leg. a patre cognati. Theophil. ὁμαίμους vocat.

sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur[g], an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam consobrini[h] vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. Ii etiam, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis[i] nanciscuntur. Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hæreditatem: sed iis qui tunc proximiore gradu sunt, cũ certum esse cœperit, aliquem intestatum decessisse.

§ Per adoptionem quoq;[k] adgnationis ius constitit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium est, quin ij, impropriè consanguinei appellentur. Item si quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is qui longiore gradu est, adoptauerit aliquem: adgnatus inter suos hæredes esse non dubitatur.

§ Cæterum inter masculos quidem adgnationis iure hæreditas, etiamsi longissimo[m] gradu sint[n], vltro citroque

g Aliud Nouell. 118. statutum est.

h Κατανεύσεις. l. Celebrando. C. de nupt. Consobrini enim ex duabus sororibus nugentis quasi consororini. i i. fratrum natu. Accur. & Theophi.

& Et nũ solum peruẽsanguinitatẽ. & vt Theoph. ait, γένεσιν. Vlpi. tit. 26.

l Alij ca. habent adgnatus inter tuus & melius id est, adgnatus est inter alios adgnatos.

m Decimo. scilicet. §. vl. de suc. cogn.

n Desinitus scilicet. & eius successor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

capitur. Quod ad fœminas verò [attinet,] ita placebat, vt ipſæ conſanguinitatis iure [u] tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint, vlteriùs non capiant. maſculi autem ad earum hæreditates (etiam ſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita cõſtitutum erat, quia commodius [p] videbatur, ita iura conſtitui, vt plerunque hæreditates ad maſculos confluerent.

§ Sed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas quaſi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum poſſeſſionẽ admittit ea parte, quo proximitatis [q] nomine bonorum poſſeſſionem polliceturex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neque adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. Et hæc quidem lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem legibus amicam [r] amplexa, ſimili modo, omnes adgnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas, cuiuſcunque gradus, ad ſimilitudinem ſuorum inuicem ad ſucceſſionem vocabat.

§ Media

* *Lege, ſcili cet, Voconia. Vlp. in frag. ti. 26. in Paul. Sẽt. co. t. l. 4. p. Multum certè de cauſis primum, quia familiam conſeruant maſculi: publicum munera obeãt reſpũ. domi, militiæ adminiſtrẽt: famas nã vero, de familia exeunt.*

q Succeſſio proximitatis propriè ad fœminas pertinet. l. 4. Vide cæg. VVeſ.

r §. Sed quia. de fideicommiſſ. hæred. s l. pen. & vlt. C. de le-

§ Media [t] autem Iuriſprudentia, quæ erat quidem lege duodecim Tabularum iunior, Imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à ſucceſſione adgnatorum repellebat: omni alia ſucceſſione incognita, donec Prætores paulatim aſperitatem Iuris ciuilis corrigentes [u], hinc quod deerat, implentes, humano [x] propoſito alium ordinẽ ſuis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ Vnde cognati appellatur. Nos verò legem duodecim Tabularum ſequentes, & eius veſtigia in hac parte conſeruantes: laudamus quidem Prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic cauſæ mederi inuenimus.

§ Quare etenim vno eodémque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in maſculis, quàm in fœminis æqua lance conſtitutis [y]: maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus

t Media Iuriſprudẽtia. Iuriſcõſultus intelligendus vult Theophi. Vide Paul. 4. Sent. tit. 8.

u Theophil. corrigentes, aut potius, quod deerat implẽtes. l. 7. de inſt. & iur.

x Id eſt, cõſentaneo iuri naturæ ſeu gentiũ, quod etiã Liuius & alii bonum omnium appellatur. VVeſ.

y Etenim fœmina perinde adgnoſcebatur proximior in familia, atque mares.

Universidad de Deusto Biblioteca

tus,nisi soli sorori,ad agnatorum successionem patebat aditus. Ideo nos in plenum omnia reducētes,& ad ius duodecim Tabularum eandē dispositionē exæquantes [z]:nostra cōstitutione [a] sancimus,omnes legitimas personas,id est,per virilem sexū descendentes(siue masculini generis,siue fœminini sint) simili modo ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari,secundū sui gradus prærogatiuam:nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura, sicut germanæ [b],non habent.

z Quidā ced. exequentes). Hæc igitur est ex xij.tab. & cōstit. Ex definitione Iustl. Legitimi sunt adgnati vtriusque sexus siue naturales,siue adoptiuae quæsiti sunt. Exē. Vocatio legitima fiunt, adgnati virilis sexus. Vide I.C. in nota. ad Vlp. a Extra in l. pen. C.de legit. hær. vnde desumptus est hic lex. Fac. l. vlt. ea.

b Id est,sorores, cōsanguinea,vt infra. Vide Nouell. 118. & 127. c Id est sororis natæ ex eodē patre. Theophil. τὸ ἀδελφικὸν

¶ *Iustinian. lege.auunculi hæreditas non minus vterinæ consanguineæque sororis,quàm fratris liberis,diuisione in stirpes facta defertur.*

§ Hoc etiam addendum nostrę cōstitutioni existimauimus, vt transferatur vnus tantummodò gradus à iure cognationis, in legitimam successionem:vt non solùm fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur [c], sed etiam germanæ consanguineæ [c], vel sororis vterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ,vnà cū his ad iura auunculi sui perueniant:

& mortuo eo *, qui patruus quidē est [e] sui fratris filiis,auunculus autē sororis suæ soboli:simili modo ab vtroq; latere [f] succedāt,tanquā si omnes ex masculis descendentes legitimo iure [g] veniant,scilicet vbi frater & soror superstites non sunt.(His etenim personis præcedentibus & successionē admittētibus:cæteri gradus [h] remanēt penitus semoti) videlicet hæreditate non in stirpes,sed in capita [i] diuidenda. § Si plures sint gradus adgnatorū apertè lex duodecim Tabul. proximum [k] vocat. Itaque si(verbi gratia)sint defuncti frater & alterius fratris filius,aut patruus: frater potior habetur.Et quamuis singulari numero vsa lex duodecim Tab. proximum vocet,tamen dubium non est,quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. Nam & propriè proximus [l],& pluribus gradibus intelligitur:& tamen non dubium est,quin licet vnus sit gradus adgnatorum,perti neat ad eos hæreditas.

§ Proximus [m] autē,si quidem nul-

e De cuius hæreditate agitur, patruo scilicet & auunculo. VVes. f Et filij fratris, & filij sororis. VVes. g Ex lege, veluti adgnatis.

h Inter ipsorum fratrum filios nullis alijs concurrentibus,quod à Iustiniano abolitum non esse notat Cuiac. Accurs. abolitum esse contendat, cuius partes nouis rationibus tuetur Cor. in l.de hæred.ab intesta. Vide d. Nouel. 118.

i Theophil. hic. & Harmenop.l.5. tit.2.

* Facit l.1.§ 1.de suis & legit. & legit.l.1.§.proximo.vnde cognat. Facit l.2.§.4.de suis & legit.

l Vlpianus l.2.§.legitima.de

lo

lo testamento facto quisquã decesserit; per hoc tẽpus requiritur, quo mortuus est is, cuius de hæreditate quæritur. Quòd si facto testamento quisquã decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certũ esse cœperit, nullum ex testamento hæredem extiturum: tunc enim [a] prior quisque intestatus decessisse intelligitur. Quòd quidem aliquando lõge tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, vt proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

§ Placebat [b] autẽ in eo genere percipiendarum hæreditatũ successionẽ non esse, id est, vt quãuis proximus, qui secundùm ea, quæ diximus vocatur ad hæreditatẽ, aut spreuerit [c] hæreditatẽ, aut antequàm adeat, decesserit: nihilo magis legitimo iure sequẽtes admittãtur, Quod iterũ Prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum sine admiculo relinquebant, sed ex cognatorũ [d] ordine eos vocabant, vt pote adgnationis iure eis recluso. [e]

§ Sed nos nihil profectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutio-

a Alij Codices habent. Tunc enim etiã proprie: & retinet. Vlpian. tit. de suis & legit.

b Leg. 5. vers. tab. Vlp. l. 2. de suis & legat. Idem in fragm. tutor. tit. Paul. lib. 4. Sententiar. tit. 8. §. in hæreditate.

c Successorũ edictum intelligo, cũ prioribus non succedentibus sequẽtes suo ordine succedunt. Vide liber. Vide agnati. Vide cognati.

d Id est, a principio repudiatis.

e Fuc. l. 2. de successor. edicto.

f Recluso hic & exclusio accipit Iustinia: contra autorum loquendi consuetudinem. Horat. 1. Epist. Ebrietas sperata recludit.

ne [a], (quam de iure patronatus, humanitate suggerente protulimus) sancimus successionem in adgnatorum hæreditatibus non esse eis denegandam: cũ satis absurdum erat, quod cognatis à Prætore apertũ est, hoc adgnatis esse reclusum [b]: maximè cũ in onere quidem tutelarũ, & primo gradu deficiente, sequens succedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum [c].

§ Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens qui contracta fiducia filium vel filiam nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex nostra constitutione [d] omni inducitur, vt emancipationes liberorum semper videantur quasi contractæ fiduciæ fieri: cùm apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter cõtracta fiducia parens manumisisset.

a Desideratur hæc cõstitutio.

b Facit l. 5. §. vlt. de leg. aut.

c Est regula iuris. l. secundum. de reg. iur.

d Negatiue legis Theod. Patrui fiduciarij mentio est lib. 1. instit. Caij. tit. 6. & §. quamuis. de bon. poss. l. 2. §. obijcitur ad Tertyllia. Vide de Hor.

e Extat in l. vlt. C. de emãc. liber. & præterea supr. quibus mod. pater. pot. fit. Pignore constituto. C. pro Plac.

a Fallitur est imperante D. Pio, Terullo & Sacerdote Cos. Vide Paul. lib. 4. Sent. tit. 9. Dictum est super patrem inter agnatos succedere, consequens est & de successione matris ac parentum maternorum statuere.

De senatusconsulto [a] Terry liano.

TITVLVS III.

*¶ Hoc SC. liberorum hereditates matribus deferuntur. * Adnot. Filium etiam nu-*

ptai datâ in paterna semper residere potestate l si uxorem.C.de condit.inser.

LEx duodecim Tab. ita stricto iure vtebatur, & præponebat masculorũ progenié, & eos qui per fœminini sexus necessitudinem sibi iunguntur; adeò expellebat, vt neque quidẽ inter matrem & filium filiámve vltro citróque [b] hereditatis capiendæ ius daret, nisi quòd Prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem bonorũ possessione, Vnde cognati [c], adcommodata vocabant.

§ Sed hæ Iuris [d] angustiæ postea emendatæ sunt. Et primus quidem Diuus Claudius [e] matri, ad solatiũ liberorum amissorũ, legitimã eorũ detulit hereditatem. Postea autẽ SC. Tertylliano, quod diui Adriani [i] temporibus [g] factum est, plenissimè de tristi [h] successione matri, non etiam auiæ deferenda cautum est: vt mater ingenua trium liberorum ius [k] habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet ita.

b Vtrũc mater filio, nec filius matri succederet. Theophi. Vlp. in fragmen. titu. 26.

c Facit l. 2. vnde cogn.

d Prætorum Ius intelligit.

e Sueton. in Claud. cap. 19.

f D. Pius tollere ait Cuiacius, qui ab Adriano adprobatur, eius quoque nouellã retinuit.

g Aur. Leo, circa pluribus a Claudij constitutione.

h Iustin. vocat lugubrem. l. vlt. de inst. & substit. mutare fieri ordinata.

i Hoc correctum est per Nouell. 118. A. C. vt ex constitutionibus nõ pauc. neprisse aut à succedat, ita mirentur Cuia. cur aute Iust. nõ extet ea constitutio aliqua qua auia nutauam successionem daret.

k De iure trium liberorum. Dinar. li. 1. Disp. cap. 30. Paul. Sfr. 4. tit. 8.

potestate parentis sit [l]: vt scilicet cùm alieno iuri subiecta est, iussu eius adeat hereditatem, cuius iuri subiecta est.

§ Præferuntur [m] autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, siue primi gradus, siue vlterioris. Sed & filiæ suæ mortuæ filius vel filia præponitur, ex constitutionibus, matri defunctæ [n], id est, auiæ suæ. Pater verò [o] vtriusque, non etiam auus & proauus matri anteponitur [p], scilicet cùm inter eos solos [q] de hereditate agitur. Frater autem [r] consanguineus tam filij, quam filiæ excludebat matrem: soror autem consanguinea pariter cum matre [s] admittebatur. Sed si fuerant frater & soror consanguinei, mater liberis onerata [t], frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas, ex æquis partibus, fratribus & sororibus.

§ Sed nos constitutione [u], (quam in Codice nostro nomine decorato po-

l Fac. l. Filij huc tit.

m l. 2. huc tit. Siue virilis, siue fœminei sint sexus, siue naturales, siue adoptiui.

n l. 4. de S. C. Orfic. l. 1. de suis & leg.

o d. l. 2. §. Obiicitur. hic.

p In successione filij emancipati, de qua hic agitur, idque per contractam in emancipatione fiduciam, non ex S. C. Tertyll.

q Patrem. s. & matrem.

r Huius loci habes interpretem Iustin. Nouell. 22. in fin.

s Et mater vice prodimidia, si sit pro virili succedebat. l. 2. C. Theo. de secund. nupt. l. C.

t Ostendit Cuiacius in notis ad Vlp. tit. vlt. legendum esse honorata.

u Extat in l. 2. C. de iur. delib.

Universidad de Deusto Biblioteca

suimus)matri subueniendum [x] esse existimauimus: respicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideóque impium esse credidimus, casum fortuitum in eius admitti detrimentum. Si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum. Quid enim peccauit, si non plures, sed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus (siue ingenuis siue libertinis)& si nõ ter enixæ fuerint vel quater: sed eum tantùm vel eam, qui quæve morti intercepti sunt, vt sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.

§ Sed cùm antea cõstitutiones [y] iura legitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant [z], nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant, nobis visum [a] est, recta & simplici via, matrem omnibus personis legitimis [b] anteponi, & sine vlla deminutione filiorum suorum successionem accipere: excepta e fratris & sororis persona (siue consanguinei sint, siue sola cognationis iura habentes) vt quemadmodum eam tori alij ordini legitimo præponi mus, ita omnes fratres & sorores (siue legitimi sint, siue non) ad capiendas hereditates simul vocemus: ita tamen, vt si quidem solæ sorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam [d] partem omnes sorores habeant.

§ Si verò matre superstite, & fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, siue legitima, siue sola cognationis iura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hereditas.

§ Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas [e] oportet suæ soboli consulere: sciturisque eis, quòd si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati intra annum [f] petere neglexerint, ab eorum impuberum, morientium successione [g] meritò repellentur. Licet autem

x *Iustin. fauet conditioni feminæ. l. vl. C. qui por. in pig. hab. & Nouell. 127.*

y *Constantini & aliorum, quæ extant li. 5. C. Theod. tit. 2. de leg. her. quarum hæc est sententia: vt mater quæ liberis honorata non est, ea agnatis filiis filiaue ex trente succedat: vt quæ liberis honorata est trientem aspergat fratri cognato, vel patruo eius, filio vel nepoti, nõ vltra tertias. Vide Cuiac. hic.*

z *Vt partem scilicet fratribus & filiis aspergeret, vt ex præallata ti. C. Theo. patet l. 1. 2 & 3.*

a *Extat in l. Adt. ad Tertyl. Vide Nouel. 22. Vbi mater patruum, eiúsque filium fuisse sunt, ibi cogn.*

e *Addit Nouell. 127. & fratris filios, Harmenop. lib. 5. tit. 5.*

d *Nouell. 127. Ex æquis partibus inter parentes & defuncti fratres sororesque fit successio.*

e *Idem de auct. l. 2. §. Et quid. hoc tit.*

f *Quæ pœti tut. Modestinus habet consultum. l. 2. §. 1. Qui petit. tutor. hoc est, vbi Prætoris dabitur cap. l. 2. §.*

g *Legitima §. de qua hic agitur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

vulgò [b] quæsitus sit filius filiáve: potest tamen ad bona eius mater, ex Tertylliano Senatusconsulto, admitti [i].

De Senatusconsulto Orficiano [a].

TITVLVS III.

¶ *Hoc S C. filius succedit matri, & quamuis matri cognatus sit non adgnatus, matris tamen adgnatis præfertur. I. C.*

PEr contrarium autem liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur [b] ex Senatusconsulto Orficiano, quod Orficio & Rufo Consulibus effectum est, diui Marci temporibus [c]: & data est tam filio, quàm filiæ legitima hereditas, etiam si alieno iuri subiecti sint [d]: & præferuntur consanguineis [e] & adgnatis defunctæ matris.

§ Sed cùm ex hoc Senatusconsulto nepotes & neptes ad auiæ successionem legitimo iure non vocarentur: posteà hoc constitutionibus Principalibus remendatum est, vt ad similitudinem filiorum filiarumque & nepotes & neptes vocentur.

§ Sciendum autem est huiusmodi succes

[a] *l. d. l. 2. in prine. ff. ead. Fac. l. 4. Vnde cog.*
[i] *Fac. l. Spurius. Vt. cog. a Hier. it. cum præsiden. in Fan. comment. est. Faul. li. 4. Sentent. tit. 10.*
[b] *l. 1. ad Tertyl.*
[c] *Marco & Commodo Imperatorib. Lapidius in Commod. Onuphrius in Fastid. Fasiodorus idem narrat in lib. de Consulib.*
[d] *l. vltim. ad Tertyll.*
[e] *Fratribus, sc. Theoph.*
[f] *Valentiniani, Theodosij & Arcadij. l. fi. defunctus. & alias C. Theo. de legit. hered.*

successiones, quæ ex Tertylliano & Orficiano Senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione non perimi [f], propter illam regulam, qua nouæ [h] hereditates legitimæ capitis deminutione non pereunt: sed illæ solæ, quæ ex lege duodecim Tab. deferuntur. Nouissimè sciendum est etiam illos liberos, qui vulgò quæsiti [k] sunt, ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti. § Si ex pluribus [l] legitimis [m] heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa [n] impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adierint, adcrescit illorum portio: & licet antè [o] decesserint, ad heredes tamen eorum pertinet.

[f] *Fac. Vlpia. l. 1. §. Capitis. Ad Tertyl.*
[h] *Quo non post leg. xij. tab. iure deferuntur. l. Tutelæ. §. 1. de cap. imin.*
[i] *Minima, quæ iure cognatorum non pereunt, aliis diabus sicut. [k] Fac. l. 1. §. Sed. ad Tertyl. Item ex conenbina. l. pe. §. vlt. Ad Orfic.*
[l] *Ex Marcl. §. ex pluribus. de suis & leg. Fac. l. 3. 4. 2. de bon. poss l. 20. §. 1. de conda. & demonstrat. l.*

De successione cognatorum.

TITVLVS V.

¶ *Post suos & adgnatos qui ve inter eorum obtinent, à Prætore adgnati emancipati admittuntur.*

[m] *Hic. §. Hinc a. C. de cad. toll.*
[n] *Intestato succedentibus, scilicet.*
[o] *Prater patrem, qua fisco defertur hereditas.*
[p] *Vel. & licet ante decesserint quam adierint, legendum tamen est quam adcresceret, vt in l. si ex pluribus. I. C.*

POst suos heredes, eósque, quos inter suos heredes Prætor [a] & constitutiones [b] vocant, & post legitimos (quo numero sunt adgnati, & hi, quos in locum adgnatorum tam supradicta Senatusconsulta [c], quàm nostra erexit constitutio [d]) proximos cognatos Prætor vocat, quia parte naturalis [e] cognatio spectatur, nam adgnati capite deminuti [f], quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim Tabularum, inter legitimos non habentur, sed à Prætore tertio ordine vocantur: exceptis solis tantummodò fratre & sorore emancipatis: non etiam liberis [g] eorum, quos lex Anastasiana [h] cum fratribus integri iuris constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, siue sororis: non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione quam facilè est ex ipsius constitutionis [i] verbis colligere.

§ Aliis verò adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & proculdubiò cognatis.

§ Eos etiam, qui per fœminini sexus

a Emancipatos intelligit. §. Admonendi. de hered. qua ab intest. Paul. libr. 4. Sentẽ. tit. 12.

b Vt eos qui curiis dare soliti. §. 2. Iustin.

c Tertyllianum & Orfitianum.

d Illa ex sorore genitis adgnatorum iuris tribuit. §. nec non. de hered. qua ab intest. def.

e Fac. l. Non facit. 6. §. Cognationis. de grad. cogn.

f l. Legitimus. Vide cogn.

g Imò ex constit. Iust. etiã filiis. l. vlti. C. de legit. here. I. C.

h Regnauit anno Christi 492. ab eo secundum impetrauit Iustin.

i Non extat. Fac. d. l. vlt. de legit. hered. & l. 4. de legit. tut. Cuiac.

personas ex trãsuerso cognatione iunguntur, tertio gradu, proximitatis [k] nomine, Prætor ad successionem vocat. Liberi quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

¶ *Discrimen inter adgnatos & cognatos.*

§ Vulgò quæsitos [l], nullos habere agnatos, manifestum est: quum adgnatio à patre sit, cognatio à matre, hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius, species est adgnationis. Tantùm ergo cognati sunt sibi sicut & matri cognati sunt [m]. Itaque omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

§ Hoc loco & illud necessariò admonendi sumus, adgnationis quidem iuris admitti aliquem ad hereditatem, & si decimo gradu sit: siue de lege duodecim Tab. quæramus, siue de edicto, quo Prætor legitimis heredibus da-

k Hac prælo nomine cognatio naturalis significatur: nam in ea sola proximitas spectatur. In suorũ, in adgnatorum ordine, non quis sit proximior, sed quis sunt, quia adgnatus spectatur: ac sæpe fit vt proximiorem suum vel adgnatus excludat. §. Repetitio. §. vlti. infrà tit. prox.

l Fac. Vlp. d. l. Spurius. Vide cogn.

m Vet. sicut ex matre cognati sunt. Sed sus hæc est eos inter eo, gnatos esse sicut ex illis qui per matrem tantùm iunguntur, cognati sunt. Adgnati sunt ex patre cognati. Cognati sunt, ex matre cognati. I. Cuiac.

turum se bonorum possessionem pollicetur. [p] Proximitatis verò nomine, iis solis Prætor promittit bonorum possessionem, qui vsq; ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo à sobrino [o] sobrináque nato natáve [p].

[p] d.l.2.ill.tit. Proximitas verò hic pro cognatione ponitur, vt infra de seruil. cog.

[o] Aut. Aug. lib. 2. cap. 5. Emend.

[p] At cur pronepotes patruelium, at nepotes fratrum, neptes matertum, patruorum, filios maximorum patruorum, filios triumvirum, qui omnes in septimo gradu sunt, aquè ac sobrinorum filij, Prætor non vocat? An quia vix illis viram prorogari tam longè contingit? an quia illis nomina non suppetebant, vt sobrinis natis? A Cuiac.

De gradibus [a] cognationum.

TITVLVS VI.

¶ *Vet. lib. De gradibus cognationis, & ideò infrà, Adgnationis quoque gradus, additur.*

[a] Id est, ordinib. sic Ouid. 13. Aster. Totidémque gradus distamus ab illo.

HOc loco necessarium [b] est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare [c] in primis admonendi sumus, cognationem aliam suprà numerari, aliâ infrà, aliam ex transuerso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio parentum: inferior liberorum: ex transuerso fratrum sororumve, & eorum, qui quæve ex

[b] Multis certè de causis. primùm ab tutelam hereditatémben. possessionium. nuptiæ. l. Iurisconsultus.

[c] Hic tot. tit. ex Caio. de secoptus est. l. 1. eod.

ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auunculi, matertereæ. Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: ea, quæ ex transuerso numeratur, à secundo [d].

§ Primo gradu est suprà, pater, mater: infrà filius, filia. §. Secundo gradu suprà Auus, auia: infrà Nepos neptis: ex transuerso Frater, soror [e].

§ Tertio gradu suprà Proauus, proauia: infrà Pronepos, proneptis: ex transuerso fratris sororisque filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græcè πατράδελφος [f] appellatur. Auunculus est frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur & vterque promiscuè θεῖος [g] appellatur. Amita est patris soror, quæ Græcè πατράδελφη appellatur. Matertera verò matris soror, quæ Græcè μητράδελφη dicitur, & vtraque promiscuè θεία [h]

[d] Nã primus gradus nullus est ex transuerso. Theoph. Fac. l. Stemmata, hoc tit.

[e] Eccè nõ collocat fratrem ad dextram, sororem ad sinistrã, vt vulgares Stemmatographi: quæ res tantam de gradibus doctrinã conturbauit. Idcircò sic stemmata describenda videntur, vt vnum latus habeãt transuersum. Ex transuerso frater & soror, quia s. vt Paulus ait, patris & matris persona per quas coniunguntur, prior numeratur, l. Iurisconsultus. D. eod. Alexander 2 c. ad fidem 22. q. 5. id reprehendit, quam rectè ille viderit, nam D. Ambr. hoc modo gradus numerasse ostendit Cuiac. li. 2. Subsecivarum, c. 1. f. Quidam legunt πατρώους, & μητρώους ex Theoph. & vet. g. Sic vocat Scæuol. 2 in l. Cum quæ. 37. §. Codicillis, de legat. 3. Nouell. 118.

[f] Addit Theoph. vel apud quosdã verbũ & plerag; vet. confirmãt.

§ Quarto gradu suprà abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis: ex transuerso fratris, sororisque nepos neptisve: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui [i] frater & soror, item auunculus magnus, & matertera magna, id est, auiæ frater & soror, consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex sororibus, aut fratribus procreantur. Sed quidam [k] rectè consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur [l], quasi consororinos, eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos [m] propriè dici putant. Amitæ tuæ filij consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

§ Quinto gradu suprà atauus, atauia: infrà atnepos, atneptis: ex transuerso fratris sororisque pronepos, proneptis, & cõuenienter propatruus, proamita, id est, proaui frater & soror: & proauunculus & promatertera, id est, proauiæ frater & soror. Itẽ fratris patruelis vel sororis patruelis, cõsobrini & consobri

i Fac. l. 1. & vlt. hac tita. Vid. Sextum Pamp. lib. 11. & Vt Caius d. l. 1. §. Quarto & Paulus l. Iurisconsultus. §. 4. hac titu. l Alias procreantur.

m Vide Nonium Marcel. Sext. Pomp. & Paul. li. 4. Sent. tit. 11.

sobrinæ, amitini & amitinæ filius filia, propiùs sobrino, propiùs sobrina. [n] Hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia.

§ Sexto [o] gradu suprà tritauus, tritauia, infrà trinepos, trineptis: ex transuerso fratris sororisque abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater & soror: abauunculus, abmatertera, id est, abauiæ frater & soror. [item propatrui, proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius filia:] item propiùs sobrino, sobrinave filius filia, [p] * item consobrini [q] consobrinæ, nepos neptis, id est, qui quæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

§ Hactenus ostẽdisse sufficiat, quem admodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debemus: quippe semper generata persona gradum adijcit: vt longè facilius sit respondere, quoto quisq; gradu sit, quàm

n In quibusdã manuscriptis, propior sobrinus, propior sobrina & ita receptum est consobrinorũ filius appellari, relatione ad sobrinos facta, qui sunt in gradu sexto: & propriè sobrini vocantur, l. 3. D. eo. VV.

o Fac. l. 3. & vlt. eod.

p Om. lib. scribis inclusis erant ipse atiã Theoph.

* Id est, patrui magni, amita magna, nepos neptis.

q Ant. Aug. Emen. 2. lib. ca. 3. Propiùs sobrino mihi est consobrini mei filius, & consobrina mea filia, & patrui mei consobrinus, &c. ait Sext Pomp. r Ver generata quæque, vnaquaque generatio vel successio gradum efficit.

propria cognationis appellatione quenquam denotare.

§ Adgnationis [s] quoque gradus eodem modo numerantur. Sed cùm magis veritas oculata [t] fide, quàm per aures animis hominum infigatur: ideò necessariũ duximus post narrationem graduum, eos etiam præsenti libro inscribi: [v] quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

s Vt sex cognationum gradus numerantur, ita adgnationis gradus, quippe in infinitum extenduntur l. Caesar. t Hic Horat. in Arc. Poe. Segnius irritant animos demissa per aurem, &c. Ratio est apud Aristot. περὶ ἀισθήσεως. v Hac ordinum cognitionis descriptio periit, ut pleraque Romana Iurisprudentiæ alia, temporum iniuria.

De seruili cognatione.[a]

TITVLVS VII.

* *In quibusdam veteribus, & apud Theophr. non est hic nouus titul. sed superioris pars: quamuis, (vt monet Cor.) in nonnullis manuscriptis aliquantulum membranæ vacuæ ante hunc §. relictum reperiatur, ad graduum (vt verisimile sit) descriptionem Theophilus superiori coniungit. & Harmenop li. 2. Iuris περιεμῶν, citans tit. huius lib. de empt. & vend. ait esse vigesimum tertium qui sanè alioquin vigesimus quartus esset.*

Illud,

a Hæ sunt quæ ex seruitute ducunt originem, quarum vsus aut vis aliquantum de mum esse potest, cùm dissoluta est seruitus. ex l. 33. de reg. iur.

ILlud certum est, ad seruiles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, non pertinere. nam nec illa antiqua lege [b] talis cognatio computabatur.

§ Sed nostra constitutione, [c] quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, vt si quis in seruili constitutus consortio, [d] liberum vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contrà, serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus: & ad libertatem his peruenientibus, [f] ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipsi [g] in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito.

§ Hos enim liberos non solùm in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius [h] successionem mutuam vocauimus, ex illa lege specia

b l. Quod attinet. de regul. iur. Fac. l. 1. §. Vnde cog. l. Iurisc. §. Nomen in fi. & l. vlt. de grad. cog.

c Desideratur hac constitutio.

d Imp. Constantinus vocat eũ tuberniarium, quod scilicet, seruorũ est. l. Cũ ancillis. C. de incest. nup. e Satis erat dicere, vel liberos habuerit: nam & liberos habere dicetur, qui vnũ habet. Imo est etiã de verb. signif.

f Patre vel matre scilicet. g Dominum parentes.

h Vide hic Theoph.

specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur, qui in seruitute nati: & postea manumissi sunt: siue vnà cum alijs, qui post libertatem parentum concepti sunt (siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs, ad similitudinem [h] eorum,) qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

§ Repetitis itaque omnibus, quæ iam tradidimus, apparet non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, [i] eoque amplius, ne eum quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. [k] Cùm enim prima causa sit suorum hæredum, & eorum, quos inter [l] suos hæredes enumerauimus: apparet pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorem esse, quàm frattrem, aut patrem matremque defuncti: [m] cùm alioqui pater quidem & mater (vt suprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec

h Hæc de prauata sunt. Cuia. legit, si ne ex eodem patre, vel eadē matre siue ex alijs quibuscunque copulatus natus sunt ad suū similitudinem, &c. Nam ultæ nuptiæ nō sunt, cum priores nullæ fuerunt. Rursus & ex nuptijs sunt quidam naturales cum eis concurrere nō possint: siue verò si sint ex nuptijs, cur adiecit, ad sui similitudinem, & quæ sequūtur? Hinc eū valde obscurum illustrat Theoph.

i Fac. l. 7. C. de leg. hered.

k l. 9. C. de legit. hared.

l Vet. Codex Quinimò inter suos hæredes iam enumerauimus. l. C. m Quandiu enim ex linea descendentium aliquis superest, excluduntur ascendentes & collaterales l. 2. & 3. ff. de suis & leg. VV.

interest, in potestate morientis fuerit an non: quóve emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo sexu[n] progenitus est.

§ Amotis quoque suis heredibus, & quos [o] inter suos heredes vocari diximus, adgnatus (qui integrum ius habet agnationis, [p] etiam si longissimo gradu sit) plerunque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos, vel pronepos auunculo, vel materteræ præfertur. Toties igitur dici mus, aut potiorem haberi eum qui proximi oremgradum cognationis obtinet: aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis iure aliquis præferri debeat (secundum ea quæ tradidimus) exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem frattrum, vel sororum vocantur: qui & si capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris vlterioris gradus adgnatis.

n Aliàs genere Theoph. Ex ΔΟΓΜΑΤΟΣ.

o Vet. quoque.

p Velati qui emancipatus non est. Supr. de success. cogn.

q Hæc verba incipit Iusti. frattē & sororem. Inf. huc titu. §. 1. de success. cogn. Sup. Fac. l. 4. de lectator l. vlt. de lib. hared. Vide hic Theoph.

De successione[a] libertorum.

TITVLVS VIII.

a Capitur passiuè qua ipsi liberto succeditur. Vide Vlp. in frag. ti. 27. 22. & 29.

¶ Lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Lege xij. Tab. patronus ad liberti hæreditatem, visi quum intestato, ac sine suis heredibus decessisset, non vocabatur. l. 3. D. de suis & leg.*

NVnc de libertorum bonis videamus. Olim [b] itaque licebat liberto patronum suum impunè testamento præterire, nam ita demum lex duodecim Tabularum [c] ad hæreditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, hærede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum hæredem reliquisset, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus [d] liberis aliquem suum hæredem reliquisset, nulla videbatur querela. [e] si verò adoptivus filius fuisset, apertè iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

§ Qua de causa postea Prætoris edicto [f] hæc iuris iniquitas emendata est: siue enim faciebat testamentum libertus: [g] iubebatur ita testari, vt patrono partem dimidiam bonorum [h] suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia [i] reliquerat, dabatur patrono, contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio. [k] Siue intestatus moriebatur suo hærede relicto filio adoptivo: [l] dabatur æquè patrono, contra hunc suum hæredem, partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant, ad excludendum patronum, naturales liberi non solùm quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut prætertiti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto Prætorio petierant. nam exheredati, nullo modo repellebant patronum.

§ Postea [m] verò lege Papia [n] adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores [o] libertos habebant. Cautum est enim, vt ex bonis eius qui sestertium [p] centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores, quàm tres liberos habebat (siue is testamento facto, siue intestatus mortuus erat) virilis pars patrono deberetur. Itaque cùm vnum quidem filium filiámve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio filiáve intestatus [q] decessisset.

a Lege Scilicet xij. Tab. Vti quisque legassit, ita res suas esto.

c Fac. Vlp. l. 3. d. suis & le. Vide Alex. Neapol. Genial. dier. lib. 3. cap. 19.

d Legitimos matrimonio natos, quos hîc adoptivus opponit.

e Id est, patronus iure conqueri non poterat, & patronum ferendum erat, neque indignum erat patronum naturæ cedere. Theoph.

f Fac. l. 1. de bon. libert.

g Vlpian. in frag. tit. 27.

h Non eorum arte, quæ in castris quasierat, à quibus exigebatur quinto patronus. l. 3. §. Patronus. de bon. li.

i l. 2. §. totiès ff. de bon. libert.

k l. 1. ff. de bon. lib. Vlp. Instit. c. 29.

l Secus si naturali, vt mox sequitur.

m Auson. Auct. Emid. lib. 2. cap. 7.

n Cuius erant multa capitula. Ne sexagenarius vxorem. Ne Senator libertinam duceret. de caducis. de patroni iure in bonis libert.

o Locupletiores erant lege Papia. qui HS centies habebatur Fac. l. 28. de bon. lib.

p Plin. l. 33. c. 3. Gell. lib. 20. c. 1. id est centum aureorum ferret.

q Quidam legunt testatus quibus adstipulatur Theophil.

m enti

fisset: cùm verò duos duásve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. § Sed nostra constitutio [t] (quam pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus) ita huiusmodi causam definiit, vtsi quidem libertus vel liberta minores centenarijs sint, id est, minus [s] centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, vt pro mille [s] sestertiis vnus aureus [u] computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione, si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto: tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim Tabularum) integrum reseruauit.

§ Cùm verò maiores centenariis [x] sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, siue vnum, siue plures, cuiuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis [y] vnà cum sua progenie semotis. § Sin autem sine liberis decesserint: si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos, patronásque vocauimus. si verò testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredauerint, vel matersiue auus maternus eos præterierint, ita quòd non possint argui inofficiosa [z] eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas, non dimidiam (vt antea) sed tertiam partem bonorum liberi consequantur: vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, vt nec liberis, liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa præstentur, [a] sed ad coheredes eorum hoc onus redundet.

§ Multis alijs casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem Iuris perspeximus: vt tam patroni, patronæque, quàm liberi eorum, [b] necnon qui ex transuersо latere veniunt, vsque ad quintum gradum, ad successionem libertorum, libertárumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est: etsi eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumque

* Desideratur hæc constitutio. Meminit Iustin. Nouell. 1.

s Mille reponendum confirmat Hot.

t Centum legit Hotom. Omittit transpositus est. Centum enim sestertij aureum valet: quare centum millia eorum, mille aureos conficiũt. VVes.

u Quo sensu accipiatur hic aureus, Alciat. lib. 3. Disputa. c. 9.

x Centenarius libertus censebatur, qui Iustiniani tempore 200. aureos in bonis haberet.

y Hoc verbũ non agnoscit vetus exemplar Rancometi.

z Quæ in re patronus cum filio conueniat, cui si quid testamento fuerit relictũ cessat inofficiosi querela l. Omnimodò C. de inoffic. testa.

a per ipsum scilicet patronum, qui si suum repudiauerit trientem, certè ab eo præstarentur, cui is triens decreuerit. l. cùm patronus de leg. 2. Myng.

b Fac. l. Quæritur. 38. de bon. liber. & l. Patrono. 17. eod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluriumve liberi sint : qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem, & in capita [c] non in stirpes diuidatur successio: eodem modo, & in ijs qui ex transuerso latere veniunt seruando. Penè [d] enim consonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in successionibus fecimus.

§ Sed hæc de ijs libertinis hodie dicenda sunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt: cùm nec sint alij liberti, simul & Dediticijs, [e] & Latinis sublatis, cùm Latinorũ legitimę successiones nullæ penitus erant: quia licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul animam, atque libertatem amittebant: & quasi seruorum, ita bona eorum, iure quodammodo peculij, ex lege [f] Iunia Norbana manumissores detinebant.

§ Posteà verò Senatusconsulto Largiano [h] cautum fuerat, vt liberi manumissoris non nominatim exhæredati facti extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam superuenit Diui Traiani edictum, quod eundem hominem, si inuito vel ignorante patrono, ad ciuitatem Romanam venire ex beneficio principis festinarat, faciebat quidem ciuem Romanum, Latinum verò morientem.

§ Sed nostra constitutione [i] propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiã legẽ Iuniam, & Senatusconsultum Largianum, & edictum Diui Traiani, in perpetuum deleri censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur, & mirabili modo quibusdam adiectionibus ipsas vias, quę in Latinitatem ducebãt, ad ciuitatem Romanam capiendam transposuimus.

a Vlp. in frag. tit. 27. d Cur hæc vocula sit quemad modum illa χαθὸν in Nouel. constit. 1.) adiecta sit, docet Theophil. hic. Vide eam Nouel. 1. & 8. eámque antea de his post. in fine Ll. C. de dedit. lib. & C. de lat. lib. toll.

f Neque enim vinarum libertinarum fuerat vllum peculium quam liberi vixissent. l. vlt. in fin. C. de inoffi. test. Myns. g Et non ex In rebus hereditarijs, ait Theophil. h Hæc S. Cretic. cum esse; eam quam inutile tetum est Iustin. Nouell. 1.

i l. vnic. C. de Lat. lib. toll.

De adsignatione libertorum [a].

TITVLVS IX.

a Nepote ex l. 1. & seq. ff. eo. Madesin. in l. adsignare. de ver. sig. ruf. Adsignare libertum esse ait testificari, cuius ex liberis libertum eum esse voluit, vt scilicet eius sit peculiaris & proprius. b Theoph. Factum esse S. C. quo cautũ

IN summa (quod ad bona libertorum attinet) admonendi sumus, censuisse senatum [b], vt quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, vni ex liberis adsignare libertum, vt post mortem eius solus is patronus habeatur, cui adsignatus est: & cæteri liberi, qui

ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interueniente pariter admitterētur, nihil iuris in his bonis habeāt: sed ita demum pristinum ius recipiant [c], si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis. Nec tantùm libertū, sed etiam libertam: & non tantùm filio, neptive, sed etiam filiæ, neptive adsignare permittitur.

§ Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos plureſve liberos in potestate habebit: vt eis, quos in potestate habet [d], adsignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, si eum, cui adsignauit, postea emancipauerit: num euanescat adsignatio? Sed placuit euanescere: quod & Iuliano, & aliis plerisque visum est. Nec interest, an testamēto quis adsiguet: an sine testamento: sed etiam quibuscunque [e] verbis patronis hoc permittitur facere, ex ipso S C. quod Claudianis [f] temporibus factū est, Sabellio Rufo, Astério Scap ula Consulibus.

c l. 1. in fi. hic.

d Non autem emancipatis, quibus non potest adsignari. Theoph. Obstat. l. 3. ff. eo. Sed eam hic explicat Cuiac.

e Vel nuncupatis, vel Codicillis. l. 2. §. adsignare, vel purè aut sub cōditione, epistolæ, chirographo. l. adsignare. hoc tit.

f Claudio imperante.

g Alij Sabillio, alij Velleo: scribendum ait Cuia. Sullio, Ruffo, Fl. lib. 7. cap. 3. vel Suellio vt in P. Flor. scriptum oportuit, & Osserio seu Osserio Scapula, cuius meminit Tacit. lib. 12. & in Agricol. vide Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 7.

De bonorum possessionibus.[a]

TITVLVS X.

Cui introductæ sunt bonorum possessiones, & earum vir. Et secundum genus est acquirēdi per vniuersitatem §. vlt. supr. per quas person. nob. acqu.

IVs bonorum possessionis introductū est à Prætore emendandi [b] veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hæreditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit, sicut suprà dictum est: sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint.

§ Nam si alienus [c] posthumus hæres fuerit institutus: quamuis hæreditatem Iure ciuili [d] adire non poterat, cū institutio non valebat: honorario tamē iure bonorum possessor efficiebatur: vi delicet cùm à Prætore adiuuabatur. sed & is à nostra constitutione [e] hodie recte hæres instituitur, quasi & Iure ciuili non incognitus.

§ Aliquando tamen, neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia Prætor

a Vlpian. in frag. tit. 28.

b Adde, vel potius supplendi. vt in §. medio. supra de legat. adgnit. succ. Prætor. ius verum emendat. l. Iurisprud. de iust. & iur. l. 1. §. 1. de bon. possess. Duaren. 2. Disp. cap. 39. Qui supplet. etiam mandat.

c Id Gallo Aquilio tribuunt alij. l. Gallus. de lib. & posth. Iustinianus Treboniusque hic. Alienus autem posthumus est, qui natus inter suos, heres esto. d l. xij. Tab.

stato is faturus non est. §. posthumo. de legat. 1. Theoph. alij pro responsis prudentum accipiunt.

e *Hæc intercidit. Fac. §. alieno. de leg. 1.*

pollicetur bonorum possessionem.

§ Nam illis quoque qui rectè testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat.

§ Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas iure ciuili.

§ Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem: hæredes quidē ipso iure[t] non fiunt: nā Prætor heredē facere non potest. Per legē[b] enim tantū, vel similē Iuris cōstitutionē heredes fiunt, veluti per Senatusconsulta[k], & constitutiones principales[l], sed cū eis Prætor dat bonorum possessionē, loco heredū constituūtur & vocātur bonorum possessores.

§ Adhuc autem, & alios complures gradus[m] Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis finibus constitutam per legem duodecim Tabularum

§ Prætoria, scilicet, nō autem directo, licet idē, quod heredes cōsequuntur.

§ Est enim veluti iuris ciuilis emptor, & dispensator. Fac l. Qui usumfructum. Si usufructus, ped. debitor. ad Treb.

b Velleti leg. aq. Tab.

i Ver. similem legis.

k Vt Terty. & Orfic.

l Vt Imperatoris constitutio, quæ spuriis filiam in numerum legitimarum retulit. l. vlt. Cide suis & legitim.

m Præterquam vnde liberi, vnde legitimi, vnde cogn. de quib. Theoph. l. & §. supr. n Quæ causa fuit introducta bon. possess. quia. de inter. act l. 1. de succ. indic. Nouell. 7.

ius

ius percipiendarū hereditatum Prætor ex bono[o] & æquo dilatauit.

o l. 6. §. 1. de bon. poss. p l. 1. init. ord. in bon. possess. de bō. liberr. l. 12. de Curbo. edict.

Enumerat bonorum possessiones ex testamento, & ab intestato, primùm ex iure veteri, deinde nouo.

§ Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ: Prima[p], quæ præteritis liberis datur, vocaturque *Contra tabulas*. Secunda[q], quam omnibus iure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur *Secundum tabulas* [testamenti.] Et cùm de testaris prius locutus est, ad intestatos transitum fecit. & primo loco suis heredibus, & iis[r], qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur *Vnde liberi*. Secundò legitimis heredibus.

q l. 1. Vnde legit.

r Vt emancipatis iure ciuili ingenitis. §. admonēdi. de her. quæ ab intest. defer.

s l. 1. de suis & legit.

§ Tertiò, decem personis[s], quas extraneo manumissori præferebat. sunt autem decem personæ[t] hæ: Pater, mater: auus, auia, tam paterni, quàm materni: itē filius, filia: nepos, neptis, tam ex filio, quàm ex filia: frater, sorore, consanguinei[u], vel vterini. Quartò[x], cognatis proximis. Quintò, *Tan-*

t Turiāē etiam tā eīsque personæ ex edicto Prætoris si seo præferuntur in specie. l. 1. C. de succ. mapt. l. Cuius

u Ver. siue consanguinei siue vterini.

x l. 1. Vnde cogna.

Sic legit Theophil. Cuiac.tum quem ex familia, ex l. 1. Vnde leg. Alij cum quem, Alij cum qui. Vlp. in frag. tit. 29. Alc. παρ. 1. c. 12. Aut. Aug. libr. 3. cap. 3.

quam ex familia Y. Sextò patrono, patronęque, liberisque eorum & parentibus Septimò, viro [z] & vxori. Octauò [a], cognatis manumissoris.

§ Sed eâs quidem Prætoria introduxit iurisdictio [b]: à nobis tamen nihil incuriosum [c] prætermissum est: sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, Contra tabulas quidem & secundũ tabulas bonorum possessiones admisim[d], vt pote necessarias constituras: nec non ab intestato *Vnde liberi, & Vnde legitimi*, bonorum possessiones.

§ 1. 1. Vnde vir & vxor. l. 1. Cod. a fi. penul. de succeff. liber. Vlp. in frag. tit. 1. & 28.

§ Quę autem in Prętoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, *Vnde decem personæ*: eam pro proposito, & cõpendioso sermone superuacuã ostendimus. Cùm enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo [d] manumissori: nostra constitutio [e], quam de emancipatione liberorum fecim[e], omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit: vt ipsa manumissio eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua

b Accipe pro Prætoris edicto, qui ius reddebat.

c Id est, incorrectum.

d Hoc est, ei qui filium non contracta fiducia emancipasset. Vide Mynf.

e Extat. l. vlt. C. de emanc. lib. f Iustin. Imp. fubla illas in emancipandis lib. imagines venditionum & fiduciary patris. G.

fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam anteà bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur.

§ Cum anteà fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tanquam ex familia*. & octauo *Vnde patroni patronæque, & parentes eorum*: vtranque per constitutionem [g] nostram, quam de Iure patronatus fecimus, penitus euacuauim[g]. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorũ, libertinorum successiones posuerimus, quas vsque ad quintum [h] gradum tantummodò coarctauimus (vt sit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia) sufficit eis tam Contra tabulas bonorum possessio, quàm *Vnde legitimi, & Vnde cognati*: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

g Huius etiã meminit in §. sed nostra. supr. de succeff. liber. ea hodie desideratur.

h Nam ex tertio gradu cõiunctis patrono siue adgnatis siue cognatis non vltra quintum gradũ ad successionem libertorum admittuntur. Mynf.

§ Aliam [i] verò bonorum possessionem, quæ, *Vnde vir & vxor* appellatur, & non loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiore loco, id

i Prætoria bo. poss. vnde vir, & vxor, aquitatem probat, & rationem Iustin.

est,

est, sexto eam posuim[n]: decima quoque veteri bonorum possessione, quæ erat *Vnde cognati manumissoris* [k], propter causas enumeratas meritò sublata: vt ser tantummodò bonorum possessiones ordinariæ [l] permaneant, suo vigore polentes.

§ Septima eas sequuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt [m]. Nouissimè enim permittitur edicto iis etiam bonorum possessio, quibus vt detur, lege [n], vel Senatusconsulto, vel constitutione comprehensum est: quàm neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis quę ex testamento sunt. Prætor stabili iure connumerauit: sed quasi vltimum & extraordinarium auxilium (prout res exigit) accommodauit, scilicet iis, qui ex legibus, Senatusconsultis, constitutionibusve Principum, ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

§ Cùm igitur plures species successionum Prætor introduxisset, easq; per ordinem disposuisset: & in vnaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne actiones

k Hæ potest appellari bonorum poss. ex lege sicut conditio ex lege. C ut l Ordinarias vocat, quòd ordine defer atur. l. 1. quis ord. in bo poss. seruet. ns l. vnic. ff. Vt ex legib. vel Senat. bon. poss. der. l. 3. Vnde legi. n Vpi. d. l. vni. Vt ex legib. vel Senat.

nes creditorum differrentur [o], sed haberent quos conuenirent, & ne facilè in possessionem [p] bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessio nicertum tempus præfinium. § Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum possessione anni spatiũ, cæteris autem [adgnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis adcrescit [q]: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio [r] edicto pollicetur: ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset.

§ Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiauerit: non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

§ In petenda [s] autem bonorũ pos-

o Ideo à Prætore introductũ est Senatusc. Sucessorium Sucessorii, in defuncti scilicet funere cum successores interest. l. & quia. de interroga. actio. tium eorum, qui ex ordine legitimi ad successionẽ vocantur ordine succedentis in creditoris gratiam.

p Hic significat bonorum detentionem, siue κατοχὴν Gre. pro Græc.

q Vide Donellum de iure accresc. ca. 20. & ca.

111. libr. 2.

s Quale illud sit disces ex §. placebat. de legit. adgn. success.

t Facit l. vlt. C. qui admitti ad bon. possess.

Universidad de Deusto
Biblioteca

t Dies vtiles sunt, quibus scimus scire de intrã esse possessionem bonorum, quibusque ea à Prætore petere potuerit: hic opponũtur dies cõtinui. Dies autem quibus aut nec scierit, aut petere nõ potuerit, illi nam ceduit. l. vtile. quis ordo in bonor. possess.

u Constantinus. l. vlt. C. qui admitt.

x Adeundus enim erat Prætor in petenda bonorum possessione.

y Aliis iudicium, id est, voluntatis argumentum. l. 1. C. Theo. de cretione.

z Id est, declaraverit.

a Quidam legunt, earum. Principum scilicet.

sessione dies vtiles [t] singuli considerantur. Sed bene anteriores Principes, [u] & huic causæ prouiderunt, ne quis pro petenda [x] bonorum possessione curret, sed quocunque modo admittentis eam iudicium [y] (intra statuta tamen tẽpora) ostenderit [z], plenum habeat earum [a] beneficium.

De acquisitione per adrogationem.

TITVLVS XI.

¶ Tertium genus acquirendi dominij per vniuersitatem, de quo ius vetus & nouum in § 1. & §. 2. exponit.

[a] Prius enim debet hereditate, deinde bonorum possessio. qua.

EST & alterius generis [a] per vniuersitatem successio, quæ neque lege duodecim Tabularum: neque Prætoris edicto, sed eo iure, quod consensu [b] receptum est, introducta est. Ecce enim cùm paterfamiliâs sese in adrogationẽ dat, omnes res eius [c] corporales & incorporales: quæque ei debitę sunt, adrogatori antea quidem plenissimo iure [d] acquirebãtur: exceptis ijs, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum [e] obligationes, & ius adgnationis: vsus etenim & vsusfructus, licet his anteà connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit nostra constitutio. [f] Nunc autẽ nos eandẽ acquisitionem, quæ per adrogationem [g] ad similitudinem naturalium parentum. Nihil enim aliud, nisi tantummodò vsusfructus, tam naturalibus parentibus, quàm adoptiuis per filios familiarũ acquiritur in his rebus, quæ extrinsecus [h] filiis obueniunt, dominio eis integro seruato.

§ Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad adrogatorem pertran-

ex testamento vel ab intestato deferuntur. egit.

b Moribus, cõsuetudine & nõ scripto iure Theoph.

c Atque etiã eius filij. §. illud. de adop.

d Vt nihil omnino remaneret penes adrogatorem. vide l. 15. de adopt. l. 2. §. 2. de bono. poss. sec. tab.

e Officialium, non fabrilium. Opera, ait Paulus, sunt diarnum officium l. 1. de oper. libar. locus ad difficilimum scrinox Theop. explicarũ pellicerunt non explicat tamen. Vide Vat. patri-

f Extat d. pen. §. vlt. C. de vsufruct. D. Cuiac.

g Extrinsecus parãtur nobis, quæ labore nostro acquirũtur, vt peculia castrense, vel quasi nõ ex eius substantia, in cuius potestate sumus.

sit: nisi supersint aliæ personæ [i], quæ ex cõstitutione [k] nostra patrem in iis, quæ acquiri non possunt, antecedant.

§ Sed ex diuerso pro eo, quòd is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure [l] adrogator non tenetur, sed nomine filij conuenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus [m] per competentes nostros magistratus bona, quæ eius cum vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

i Veluti liberi aut fratres. l. vlt. C. communia de succ.

k Ipsit scilicet parentibus, intelliguntur hic, l. vlt. C. commun. de succ. ff. Baro verò G. eam constitutionem deperditam: indicio eius sit ang. ex ms. scripta. Ferretus intelligit l. vlt. C. de testa. manumiss.

l Ecce ipsum ius dicit Prætorium.

m Nimirum adrogati, quod ideo constitutum est, ne in creditoris fraudem fiat adrogatio.

De eo cui libertatis causa bona addicuntur [a].

TITVLVS XII.

a Bona addici dicuntur, ve cui heres non extat eius bona cuiuis, qui se ei alienum soluturum caueat, libertatum conseruandarum causa, attribuuntur, vt etiam seruorum manumittendorum [b] si conseruent, patronus efficiatur: quod si fisius vacantem hæreditatem occuper, præstet libertates: quod ius à D. Marco tradiuit. l. 6 & vlt. C. de testam. manumiss. l. 2. D. de fideicom. liber.

¶ *Quarta*

¶ *Quarta species acquisitionis per vniuersitatem, vt suprà. §. vlt per quas person.*

ACcessit nouus casus successionis ex constitutione diui Marci. Nam si hi qui libertatem acceperunt à domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum conseruandarum causa: audiuntur. Et ita diui Marci rescripto ad Pompilium [b] Rufum continetur: verba rescripti [c] ita se habent: *Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore abintestato existente, in ea causa bona eius esse cœperunt, vt venire debeant, ij, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tam earum, quæ diuestò, quàm earum quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idoneè [d] creditoribus caueri de solido [e], quod cuique deletur, solueudo. Et ij quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ti autem, quos heres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur: ita vt si [f] non alia conditione veljs tibi bona addici, quàm vt ij etiam, qui*

b Vide Ant. Aug. Emend. lib. 3. c. 2. vbi Tranqu. me-moria lapsum esse ait.

c Non extat rescriptum.

Fac. l. vlt. C. de manumiss. test. l. 2. de fideicom. lib.

d Idoneè cauere est satisfacere aut de-tu pignoribus cauere, aut Vlpian. l. 4. §. addici. ff. fideic. lib.

e De solido ita accipi oportet, vnquisque ibid. Vip. de sorte & vsuris debitis.

f Legendum, ita autem si, ita fiunt Orcini liberti.

Universidad de Deusto Biblioteca

directo libertatem acceperunt, tui g liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ij, quorum de statu agitur, consentiant h, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si piscus bona aguoscere voluerit, & ij, qui rebus nostris i attendunt, fortasse commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam: & ita bona cogenda k, vt libertatis tuæ salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset.

Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur & veneant. Certè si fuerint hæ de causa bona addicta m: cessat bonorum venditio. exiitit enim defuncti defensor, & quidè idoneus, qui de solido creditoribus caueat n.

§ Imprimis hoc rescriptum toties locum habet, quoties testamento libertates datæ sunt. [Quid ergo o si quis intestatus decedens, codicillis libertates

g Tui, id est, ex Orcino fiant tibi bono rij. & ate libertate accipiant tanquam fideicommissarium. VVesf. h In quo facilè assensisse credibile est, quum meius sit hac ratione liberum fieri quam manere seruũ. VVesf. i Fisci procuratores intelligc. k Id est, in fiscũ redigenda. l Vt defuncti fama parcatur, §. 1. quib. ex can. m. i. nõ licet. 1. ib. l. Curator. de curat. fur. C. m Ant. Aug. lib. 2. Emend. cap. 3. in fin. Bud. in Annot. ad l. 1. de in diem addict.

n De hac re, Cc. pro Quint.

o Hæc includ sic est tuit Cu. [Quid ergo si quis intest. dec. eod. lib. ded. neque adi sic ab intest. hered. tacfauor constit. deb. locum habere. Certè si restat &c.] Deinde legendum. Tunc constitut.

dederit

dederit, neque adita sit ab intestato hereditas: an fauor constitutionis debebit locum habere? Certè si intestatus decesserit & codicillis dederit libertatem, competere eam, nemini dubium est, tunc enim constitutioni locum esse verba ostendunt, cùm nemo successor ab intestato existat. Ergo quandiu incertum erit, verum exiitat, an non: cessabit constitutio. Si verò certum esse cœperit, neminem existere: tunc erit constitutioni locus.

§ Si is qui in integrum restitui potest, [abstinuerit hereditate: an quanuis possit in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? quid ergo] si post addictionem libertarum conseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia semel p competierunt.

§ Hæc q constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sint datæ: cessat [hæc] constitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quæratur, verum in fraudem creditorum, an non factum sit,

p Ex Vlpi. 4. in princ. de fidei. lib.

q Verum Cod. ab inuerit se ab hereditate quam por. in inter. rest. potest admitti constit. & bo. addit. fieri. Quid ergo &c.

r Quidã Cod. quæ semel. l. ex. D. de fid. l. lib.

s Ampliatio constitutionis. Cessante libertate cessat petitio bonorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idcirco velint sibi addici bona, an audiendi sint? Et magis est, vt audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

* Quæ acceſſerint D. Marci cõſtitutioni. † Extat l. vlt. C. de ſucceſſ. militum. u Vet. vsd. ex ipſa.

§ Sed * cùm multas diuisiones eiusmodi cõstitutioni deesse perspeximus: lata est à nobis plenissima constitutio †, in qua multæ species collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius u lectione constitutionis potest quis cognoscere.

De successionibus sublatis, quæ fiebant bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano a.

TITVLVS XIII.

¶ Bonorum emptio *de qua hîc initio agit, illa erat proscriptio quam comitabatur infamia, quæ in locum sectionis creditorum in partes, quæ ex xij. Tab. introducebatur succesſit. Tertullianus in Apologetico cap. 5.* Iudicatos secari in partes leges erant (inquit:) consensu tamen publico crudelitas erasa est: & in pudoris notam capitis pœna conuersa est, bonorum adhibita proscriptione. Suffundere maluit

a Extat est in Suet. quia hoc S.C. & id quod Macedonianum dicitur Vespasiano tribuit. Vertas enim est vtrumque Claudianum, vt scribit Cor. Tac. libr. 11. Annal. I.C.

maluit hominis sanguinem quàm effundere.

ERant ante prædictã successionem b olim & aliæ per vniuersitatem successiones: qualis fuerat bonorum c emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuetat introducta, & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in vsu fuerant d. sed cùm extraordinariis e iudiciis posteritas vsa est: ideo cũ ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorũ venditiones expirauerunt, & tantummodò creditoribus datur officio iudicis bona possidere f, & prout vile eis visum est, ea disponere. quod ex latioribus Digestorum libris perfectiùs apparebit g: Erat & ex Senatusconsulto Claudiano h miserabilis per vniuersitatem acquisitio, cùm libera mulier seruili amore bacchata, ipsam libertatem per Senatuscon. amittebat, & cum libertate substantiã, quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis cõcessimus.

b Quam instituit Dom. Marcus. c Ant. Aug. Emend. lib. 2. c. 3. in fi. Bonorum emptor qua forma cõstituatur. Theoph. refert. cui & illud adnoxi pariſ. quod Cicero scribens lib. 8. ad Attic. d Hoc est, cũ vno tantum tempore conuentus haberetur, de quibus Theoph. in 6. eadem quib. ex cauſ. manumiſſ. lib. 1. e Id est, qua quouis tempore exercebantur: sublato illo ſolenni ordine

seruato formularum ritu C. de form. & inſp. ſub. Fac. l. Adhic. de iudic. Inſt. de ord. de pub. iud. § vlt. de inſt. & inſtr. l. Fuſcinius, quib. ex cauſ. poſſeſſ. f Vide Theophilum c. 6. g Extat tit. in C. de S. C. Claud. tull. V. p. in ſcar. tit. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Caius Inst. lib. 2. tit. 8.

De obligationibus [a].

TITVLVS XIIII.

¶ *Non aptè hìc tertiam Iurìs, partem, De actionibus incipere quidam existimant, quòd obligatio sit mater actionis: cùm ipse Iustin. diserte dixerit se de obligationibus quasi de rebus incorporalibus tractaturum, suprà de vsu & hab. in fi. Datur igitur tractatus de Rebus secunda Iuris parte. Con.*

b Id est, prima & generalissima: nã omnes aliæ sunt secundariæ uel speciales, vt tit. de iur. perso. supra l. 3. & 4. de stud.

NVnc transeamus ad obligationes. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura. Omnium autem obligationum summa [b] diuisio in duo genera deducitur: nanque aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ [c] sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. Sequens [d] diuisio in quatuor species diuiditur. [e] Aut enim ex contractu, aut quasi ex contractu sunt,

c Vt ex legitima actione l. legitima de pact.

d Vt ex consentientibus.

e Vt emptio, vend. & ceteri similes.

contrahitur. l. 5. de iust. & iur. Iure. Quæ rerum confirmat. d. l. Iurisp. de pact. e Id est, secunda sic Theo. supra de alt. §. sequẽs vertit Ruinga. Et vet. sequida, vt sequens, dicebãt per q. f. Alias, deducitur.

aut

aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Priùs est, vt de iis, quæ ex contractu sunt, dispiciamus. Harum æquè quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis [b], aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.

g Aristo. lib. 5. hic diuidit in voluntarios & non voluntarios.

h Literarum obligationem amisit Caius. l. 1 ff. eod.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

TITVLVS XV.

¶ *Obligationis re contractæ, quinque subiiciuntur exempla, & primùm de Mutuo. & Condictione ex eo.*

RE contrahitur [a] obligatio, veluti mutui datione. Mutui autẽ datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero [d] mensuráve [e] constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiant.

a Ex Caio. l. 1. de oblig. & act. ad verbũ descripsit est hic locus.

b Res. tradita. Est autem species rei contractæ obligationis. Vide Duar. 2. Dis. cap. 14. Varro lib. 4. de ling.

§ Ẽt quoniam [f] nobis non eædem

Lat. c Vt aurum, argentum, &c. d Vt nummi numerati. e Veluti, vinum, oleum, frumentum. f Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 7. legit quandoque. Caius 2. Instit. tit. 9. habes stante tempore: hoc est, de quo conuenere contrahentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Pomp. l. 3. si cert. pet. habet eiusdē generis & bonitatis.

res, sed aliæ eiusdem naturæ f & qualitatis redduntur: inde etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur certi condictio.

h Est 2. species, de indebito.

¶ *Secunda species, de Indebito.*

t Vlpia l. 1. de cond. ind. habet ignorant. & Qui scilicet soluitur.

§ Is quoque h, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem i soluit, re obligatur, datúrque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei k condici potest, si apparet l eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Vnde pupillus, si ei sine tutoris authoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione: non magis, quàm mutui datione. n

l Al. paret.

m Sic Cic. ist autem verus condictæ formulæ: nam veteres verbis simplicibus magis vtebantur, vt tributoria actio, pro distributoria.

n Nisi locupletior factus sit pupillus l. in pupillo. de fs ut.

§ Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cùm is qui soluendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere, quàm cõtrahere.

¶ *Tertia species, de Commodato.*

o Olim pro pium a proprietate dicebatur, vt Fenestella lib. de Differentiis & pro commodato cæterarum rerum dicebatur vendendi datum. v. 5 species, de cõmodato, en d.l. 1. §. 1. de obl. & Quod est. 11. p Mutuat & commodat. ex differentia duplex.

§ Item o is, cui res aliqua vtenda data fuerit, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is p ab eo qui mutuum accepit, longè distat, nanque non ita res datur, vt eius fiat q: & ob id de ea re r ipsa restituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu: nihilominùs obligatus remaner. s At is, qui vtendum accepit, sanè quidem exactam t diligentiam custodiendæ rei u præstare iubetur: nec sufficit ei tantam diligẽtiam adhibuisse, quantam suis rebus x adhibere solitus est: si modo alius diligentior poterat eam rem custodire, sed propter maiorem vim y, maioréve casus non tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit: alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregre tecum ferre malueris, & vel incursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris: dubium non est, quin de restituenda ea re z tenearis.

q Fac. l. Rei ff. commod.

r Eadē prorsus & interpr. l. 3. §. Si redditus. ff. Cõmo.

s Caius d. l. §. 1. de oblig. habet permanet.

t Caius ibid. legit exactissimam.

u Non sufficit rei commodatæ sed etiam eius quæ rem commodatã sequitur. l. si vt certo. §. vsque adeò. cõmod. & l. In re. ff. commod.

x Caius in l. si mercem. §. Vitiato. l. vltim. Locati vsum hui⁹ Bixæ. hunc locum explicat Paul. d. in reb. Commod. vnde descriptus est.

y Id est, ea ipsa specie nec sufficit eiusdem generis rem reddere, vt in nummis.

catus tibi vsus rei videtur. Gratuitum enim debet esse commodatum.

¶ *Quarta species, de Deposito.*

§ Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetúrque actione depositi: quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo [a] commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet.

¶ *Quinta species de Pignore.*

§ Creditor [c] quoque, qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipse de ea re [d], quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur, & creditoris, quò magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo fortuito * casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

De

a *Depositarius doli tantum nomine tenetur l. 1. de obli. & l. 10. Depos. quia deponentis tantum gratia fit depositum, nisi aliter conuenerit.*

b *Paul. in l. quod Nerua. Depos.*

c *3. species, de pignore.*

d *Caius d. l. 1. §. creditor. de obli. legit. qui & ipse vendi tur autem non solùm de re ipsa, sed fructibus perceptis, & qui percipi potuerit, atque etiam de accessionibus omnibus.*

* *Qui ab eo probari debet: gloss. & Dd. in l. 4. Cod. de pigno. act. VVes.*

De verborum obligationibus.

TITVLVS XVI.

¶ *Ex quatuor formis obligationum quæ ex contractu nascuntur, hæc secunda est ex contractu verborum descendens.*

a *Paul. lib. Sent. titu. 7. Caius Instit. 3. tit. 9. Connatic.*

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cùm quid dari fierive [d] nobis stipulamur: ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio [e] [certi] si certa sit stipulatio: quàm ex stipulatu, si incerta sit, [f] quæ hoc nomine inde vtitur [g] quòd stipulum [h] apud veteres firmum appellabatur, fortè [i] à stipite descendens.

§ In hac re olim talia verba tradita fuerunt, * *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fide promittis? Fide promitto.*

b *Hic locus ex Caiu l. 1. §. verbu. de obli. & act.*

c *In pandect. Flo. responsa, sicut alias dicitur ex stipulatu, pro ex stipulatione. inf. ea. nam veteres vtebantur supinis pro verbali.*

* *Forma stipulationum.*

d *Vt, promittis dare centum aureos? & promittis mihi ædificare insulam?*

e *l. Si quis certum. Si cert. pet.*

f *Veluti quicquid in agro tuo hoc anno nascetur.*

g *Insolens videretur hæc locutio, nisi Cic. pro Rab. Potth. vsum esse constaret.*

h *Cat ellianus Cotta ineptè negat stipulum hac significatione reperiri apud Latinos, quum tamen Isidor. Etymolo. lib. 5. c. 24 referat. I.C. Paulum lib. 5. Sent. tit. 7. ita scripsisse.*

i *In etymologij quasi concessum est diuinare. Varro à stipo, vel stipendo, vel σώζειν vt & Alc. ἀσώτους. 1. nup. ca. 39.*

Fideiub

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fideiubes? Fideiubeo. Dabis? Dabo. Faxies? Faciam. Vtrùm autem Latina, an Græca [k], vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium intellectum eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrunque vti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere.

[k] *Hunc locum interpretatur Vlp. l. 1. §. vlt. ff. eo.*

§ Quinctiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autem Leonina [l] constitutio lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab vtraque parte solùm desiderat, quibuscunque tandem verbis expressum est.

[l] *Omnes. C. de contrah. & ſtip. Vet. leg. Leonina, vt & in l. cum leg. C. de Epiſcop. & cler.*

¶ *Diuisio stipulationum conventionalium.*

§ Omnis stipulatio, aut purè, aut in diem, [m] aut sub conditione fit. Purè: veluti. *Quinque aureos dare spondes?* Idque confestim [n] peti potest. In diem: cum adiecto die, quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, *Decem aureos primis Calendis Martijs dare spondes?* id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur: sed peti prius quàm dies venerit, non potest. at ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti po-

[m] *Id est, incipiens ex die, non desinens in diem, quod esset contra naturam obligationis. inf. eo. §. prox. A.*

[n] *Quod cum quadam temperamento accipi oportet. l. quod dicimus de sol.*

ti potest: quia totus is dies arbitrio o soluentis tribui debet. neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit.

[o] *An ſit ei ſoluere velit necne. Nã dies adiectus, ait Vlpianus pro reo non ſtipulatore adhibet. l. Eum qui §. vlt. hoc tit.*

¶ *Not. Tempus ipso iure non tollit actionem, sed exceptionis ope.*

§ At si ita stipuleris, *Decem aureos annues, quo ad viuam dare spondes?* & purè facta obligatio intelligitur, & perpetua tur: [p] quia ad tempus non potest deberi, sed hæres perendo, pacti exceptione submouebitur. Sub conditione [q] stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio: vt si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, *Si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?*

[p] *Quoniam ex ea primo anno peti poteſt. Theop. Sine in annos ſingulos ſine quotannis. id est, & ſimper obligatio pura eſt, vt & ſimile legatum. l. nec ſemel. ff. Quando dies. ced. l. Cilia.*

[q] *Hoc est, perpetuam parit actionem.*

§ Si quis ita stipuletur, *si in Capitolium [r] non ascendero dare spondes?* perinde erit, ac si stipulatus esset, cùm morere tur [s] sibi dari.

[r] *Fac. l. Obligationum ſtre. de obl. & act.*

[s] *Dinar. p. Diſp. c. 15. ea autem conditio ex Quiritium conſuetudine fluxit, qui precaturi aut ſacrificaturi cum Deos ſpecie in capitolium conſcendebant. Horat. 2. Carm. 1 Quia quando viuam ſemper contingere poterit, vt in Capitolium aſcendam? ac vix ſi ſexſies, quod facto ſtipulatus hæredibus meis debebitur. quod certum ſit me in capitolium nunquam conſenſurum Theophi.*

ſpem

Universidad de Deusto
Biblioteca

spem in hæredem transmittimus,[a] si priùs quàm conditio extet, mors nobis contigerit.

§ Loca etiam inseri stipulationi solent: veluti, *Carthagini dare spondes?* Quæ stipulatio licet purè fieri videatur: tamē reipsa habet tempus adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo si quis Romæ ita stipuletur, *Hodie Carthagini dare spondes?* inutilis erit stipulatio: cùm impossibilis[b] sit repromissio.

§ Conditiones,[c] quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur: aut statim infirmant[d] obligationem, aut omnino non differunt. veluti, *Si Titius Consul fuit, vel Si Mænius viuit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio. sin autem ita se habent, statim valet.

§ Quæ enim per rerum naturam[e] sunt certa, non morantur obligationem licet apud nos incerta sint.

¶ *De materia stipulationum.*

§ Non solùm res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: vt si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri. & in huiusmodi[f] stipulationibus optimum erit

a *Aliud delatæ conditionis fuit, quod ante conditionis euentum mortuo legatario ad hæredes nō erāsit. Ferret huc.*

b *Aliud in testamento quod non vertitur in possibilis conditio: si mihi & ibi. de le. t. c Hic locus ex l. conditio hoc titu. l. cum præsens. ff. si cert. pet.*

d *Abusiuè pro vitiant. Modest. l. conditio. hoc t. t. habet periment, quòd re vera nulla fuerit vnquam obligat o.*

e *Vide pon. ca. lib. 2. supi ipsum v.*

f *In quib. sectio versatur.*

erit pœnam[g] subijcere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit auctori probare, quòd eius interfuit. Itaque si quis, vt fiat aliquid, stipuletur: ita adiici pœna debet, *Si ita factum non erit tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?*

§ Sed si quædam necessariò fieri, quædam non fieri, vna eademque conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adijcienda, *Si aduersus ea factum erit, siue quid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?*

g *l. vlti. de prætor. stip.*

b *Vt superioribus stipulationibus continetur. Theophil. habet. si quid eorum factum non erit.*

De duobus reis stipulandi & promittendi.

TITVLVS XVII.

¶ *Reus stipulandi reus credendi, reus debendi l. si duo, de recep. arb. reus satisfandi, reus satis accipiendi. l. qui hominem. § quidam de solut. l. Cuiac.*

ET stipulandi & promittendi duo pluréſve rei[a] fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, *spondeo:* vt puta cùm duobus separatim stipulantibus

a *Non. Marcellus Reos dicit vult non solum crimine obnoxios, sed veri & promissi debitores. C. c. 2. de Orat. Reos appellos inquit) non eos modò qui arguuntur sed omnes quorum de re disceptatur. Reus ergo dicitur are.*

lantibus ita promissor respondeat, *Vtrique vestrum dare spondeo.* Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interrogante spondeat: alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse.

§ Duo pluresve rei promittendi ita fiunt: *Mæui, decem aureos dare spondes? & Sei, eosdem decem aureos dari spondes?* si respondeant singuli separatim, *Spondeo.*

§ Ex huiusmodi obligationibus, & stipulationibus [c] solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur.[d] In vtraque [e] tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter debitum accipiendo, [f] vel alter soluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

§ Ex duobus [g] reis promittendi alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, quominus ab eo, qui purè obligatus est petatur.[h]

§ Dummodo inillus medius actus interueniat sed modicum sit inter-uallum. l. duo reos. de duob. reis.

c Cum dixerit ex obligationibus. Fall. in adiecti. & stipulationibus: quare leg. stipulantibus: indeque recte Theoph. habet ex singulis stipulantium. τῶν ἑνὸς ἑκάστου τοῦ ἐπερωτῶντος, non autem ἐπερωτήσαντος. d Fac. l. 2. & 3. ff. & l. 2. C. eod.

e Alis enim. & melius. Vide Nouel. 99.

f Atque ecce acceptum

h Solidum

feendo. l. 3. § Nunc. de lib. leg. g Ex Flor. l. 3. ff. eo. scilicet debitum.

De stipulatione [a] seruorum.

TITVLVS XVIII.

a Al. de stipulationibus seruorum.

¶ *Serui*

¶ *Serui ex persona non sua, sed dominorum recte stipulantur, vt quædam instrumenta animata, vt ait Aristot. in Politicis.*

SEruus ex persona [b] domini ius stipulandi habet. Sed & hæreditas in plerisque [c] personæ defuncti vicem sustinet: ideoque quod seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipulatur, [d] acquirit hæreditati, ac per hoc etiam hæredi posteà facto acquiritur.

§ Siue autem domino, siue sibi, siue conseruo suo, [e] siue impersonaliter [f] seruus stipuletur: domino acquirit.

§ Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus casus [g] acquirere possunt.

§ Sed cùm factum [h] in stipulatione continebitur: omnimodò persona stipulantis cõtinetur: veluti si seruus stipuletur, vt sibi iure agere liceat. ipse enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus eius.[k]

b οἱ ἐκβεβηκότες ἀνθρώπους. c Theophil. vide l. seruil. de reg. iur.

e Herneg. in l. Hæreditas. 67. de acquir. rer. dom. habet, in multis partibus iuris. d Generaliter. & vt ait Theophil. desinente l. si ex re. 1. Illud ff. hac tit. Secus si hæredi futuro. l. seruus. eod.

e Item & si serui in ministerio patris potestate constituto.

f Plautus in Pseud.

g Hoc est, ex re patris, ait Theophil. Vide Con.

h Recte. l. est Pauli l. 44. de cond. & demonst.

i Sed si stipuletur vti dominus agere liceat, valet stipulatio: & dominus ipse ex ea actione poterit. & ita.

k Nam facta pactaue seruili non sunt, eaque in dominum non transeunt, l. Hæredi. 44. de cond. & dem. V Vesc.

§ Seruus communis stipulando, vni cuique dominorum proportione dominij acquirit: nisi iussu vnius eorum aut nominatim alicui eorum stipulatus est. tunc enim soli acquiritur.

§ Quod seruus communis stipulatur, [a] si alteri ex dominis acquiri non potest, [b] solidum alteri acquiritur. veluti si res, quam dari stipulatus est, vnius domini sit.

a Simpliciter non nominatim aut ex iussu. VVesf.

b Vt seruitus fundi vnius domini. l. proinde. 7. ff. eo.

De diuisione stipulationum.

TITVLVS XIX.

STipulationum aliæ sunt iudiciales, aliæ Prætoriæ, [c] aliæ conuentionales, aliæ communes, tam Prætoriæ, quàm iudiciales.

§ Iudiciales [d] sunt duntaxat, quæ à mero [e] iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio, vel de persequendo seruo, qui in fuga est, restituendóve pretio.

§ Prætoriæ sunt, quæ à mero Prætoris officio proficiscuntur: veluti damni infecti, vel legatorum. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur Ædiliciæ. nam & hæ à Iurisdictione

c Et hanc Prætoriarum alia iudiciales, cautionales, communes. In qua subdiuisione aliter iudiciales et definiuntur, aliter in hac summa diuisione. Vide l. 1. de prator. stipul. Paulus lib. 5. Sent. cap. 9. d Duar. ad l. 5. de verb. ob. vndej hic locus ad verbū descriptus est. e Id est, solo. Theoph. verb. τῆς μόνου.

f Vide exemplum apud Theoph.

dictione Prætoris veniunt.

§ Conuentionales sunt, quæ ex conuentione vtriusque partis [g] concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu Prætoris [h], sed ex conuentione cõtrahentium, quarum totidem genera sunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum.

§ Communes [i] sunt, veluti rem saluam forè pupillo (nam & [k] Prætor iubet rem saluam forè pupillo caueri: & interdũ iudex, si aliter hæc res expediri non potest) vel de rato stipulatio. [l]

g Id est, rerũ: vt Pẽp. d. l. 5. iubet. vsiteri scilicet verbi significatis & generali.

h Continebantur etiam Tribunitia. I. C.

i Nam iurisdictio prætoria siue ius prætorium appellatur omnium magistratuum iurisdictiones multis exemplis docet Cuiac. l. 2. Subsecivarum cap. 19. Verbum Prætoris hæc Pomponius d. l. 5. de verbo. oblig. nec Theoph. hic agnoscit.

k Vet. adjiciunt hæc.

l Forte legendum vel dupla stipulatio: vt in d. l. 5. nam stipulationem rati V. p. inter iudiciales refert. l. 1. de præt. stip. quidam codices postrema hæc verba non habent.

De inutilibus stipulationibus [a].

a Cuiac. 3. Inst. tit. 3.

TITVLVS XX.

¶ De inutili stipulatione propter rem in stipulatum deductam.

OMnis res, quæ dominio nostro subijcitur, in stipulationem deduci potest: siue illa mobilis sit, siue soli [b]. At si quis rem, quæ in rerum na-

b Id est, immo b His. Seneca libro. 1. Nat. quæst. ait pro primum esse verbum Iurisc.

tura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum qui mortuus sit quem viuere credebat: aut hippocentaurum [a] qui esse non possit: inutilis erit stipulatio.

§ Idem [d] iuris est, si rem sacram, aut religiosam, quam humani [e] iuris esse credebat: vel [rem] publicam, quæ vsibus populi perpetuò exposita sit, vt forū, vel theatrum: vel liberum hominem, quem seruum esse credebat: vel cuius [rei] commercium non habuerit: [f] vel rem suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deducī, & ex libero seruus [g] fieri potest, & res suas stipulatoris esse desinere potest: sed protinus inutilis est. [h]

¶ *Vulgò hic adnot. Etiam quòd à principio valuit si ad tum casum perueniat à quo initium sumere nequit, vitiari, l. existimo. de verb oblig.*

§ Item contrà, licet initio vtiliter res [i] in stipulatum deducta [k] sit: si tamen posteà in aliquam eorum causam, de quib[us] suprà dictū est, sine facto [l] promissoris deuenerit: extinguitur stipulatio. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit, *Lucij Titij cùm seruus [m] erit dare spondes?* & similia quę enī natura sui, dominio nostro exępta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

¶ *Alieni facti promissio inutilis: proprij, vtilis*

§ Si quis alium daturum: factūrumve quid promiserit, non obligabitur: veluti si spondeat Titiū quinque aureos daturum. Quòd si effecturum se, vt Titius daret, spoponderit, obligatur. Si quis [o] alij quàm ei, cuius iuri [p] subiectus sit, stipuletur, nihil agit.

§ Planè solutio [q] etiam in extraneam personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur, *Mihi aut Seio dare spondes?* vt obligatio quidem stipulatori acquiratur, solui tamen Seio, etiam inuito eo [r], rectè possit, vt liberatio ipso iure contingat: sed ille [s] aduersus Scium habeat mandati actionem.

§ Quòd si quis sibi [t], & alij, cuius

[a] *Lucre. lib. 5. Galenus lib. 3. de vsu pec. Tul. 2. de nat. deo. 2. Tus. hippocentaurum esse non posse affirmant. Plin. contrà lib. 7. cap. 3.*
[d] *Ex Paul. l. Inter stipulantem. §. Sacra. de verb. sig.*
[e] *Hæc opponit diuisit, vt l. 1. de per. dic. VVes.*
[f] *Stipulatur, scilicet, non promissor. l. Multū inter est. de ver. sig. & fœminam esse ait Vlp. d. l. Inter aduersam fortunam hominū liberi spectari.*
[g] *Quia initio non valuit, ex post facto non confirmatur.*
[h] *Vt stipulatio*
[i] *Quæ sit in commercio. VVes.*
[k] *valeat initio. VVes.*
[l] *Id est, sine culpa vel mora promissoris.*
[m] *Talem enim casum liberi hominis emi nari, non minus improbum est, quā mortē alicui portendere, d.l. inter. §. sacram. VVes.*
[n] *Ex d. l. inter stipulantē. Paul. stipulatio ista ff. eod.*
[o] *d. l. Stipulatio ista.*
[p] *Patri vel certè domino, excepta causa dotis causa. l. Cum, sol. mat. & l. Pater. Cde pact. conuent.*
[q] *Hæc lucam interpretatur Cuias.*
[r] *Stipulatur*

l. vlt. §. si ita. de verb obli. [s] *Stipulatur, scilicet.* [t] *Ex Pomp. d. Si mihi & Titio de ver. obl.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: valet quidem stipulatio, sed verùm totum debeatur stipulatori, quod in stipulationem deductum est, an verò pars dimidia, dubitatum est, sed placuit, non plus quàm dimidiam partem ei acquiri. Ei verò qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sit, tibi acquiris, quia vox tua, tanquam filij sit, sicuti & filij vox, tanquam tua [u] intelligitur in iis rebus, quæ tibi acquiri possunt.

u Patris filiique persona penè eadē est. l. vlt. C. de impub. & aliis substitu. l. Cū scimus. §. vlt. de agric. & censit. Ari. in Politic.

§. *Inut stip. propter formam.*

§ Præterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat [x]: veluti si quis decem aureos à te dari sibi stipuletur, tu quinque promittas, vel contrà: aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contrà: si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, *Præsenti die spondeo.* Nam si hoc solùm respondeas, *Promitto*: breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse. Neque enim necesse est in respondendo eadē omnia reperi, quæ stipulator expressit.

x Nisi stipulat aut diuersitas illius pacti. l. 1. §. eiū adjicitur. de ver. obl. Vnde hic locus scriptus est. Vide contrà. l. 1. §. Si stipulati. illa tit. Caius 2. Institu. titu. 9. Duar. in d. l. 1. & Cuiac. lib. 6. cap. 1.

§ Item inutilis est stipulatio, si vel ab

ab eo stipuleris, qui tuo iuri [a] subiectus est, vel si is à te stipuletur. Sed seruus quidem non solùm domino suo obligari non potest, sed ne quidem vlli alij. filij verò familiarum aliis obligari possunt.

a l. Actiones. de oblig. & act. l. Lucius de Iud.

Inut stipul. propter personam.

§ Mutuum neq; stipulari, neque promittere posse, palàm est, quòd & in surdo receptum est: quia & is qui stipulatur, verba promittentis: & is qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: sed de eo, qui omnino non audit.

b l. Tam ex contractibus. Vbi quis dicitur esse coactus. d. l. c. l. 5. Aliud de obl. vnde videtur esse descriptus hic locus.

§ Furiosus [d] nullum negotium gerere potest: quia non intelligit quod agit. Pupillus omne negotium rectè [e] gerit: ita tamen, vt vbi tutoris authoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur. nam alium sibi obligare etiam sine tutoris authoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, vtiq; de iis verū est, qui iam habent aliquem intellectū. nam infans, & qui infantiæ proximus est, non multum à

d Et Paul. l. In negotijs. de regu.

e De contractu accipe, non autē testamento.

f Cic. 3. Offi. & 3. de nat. deo. de lege Latoria. Capio. in Ant. Nebil. Sueto. qua causa barur minorem 25. annis promittere. Ant. Aug. l. 6. ca. 25. g Infantia proximus est qui infans esse nuper desijt. Anto. Augustin. l. 3. Emen. cap. 9. Fac. l. Infantia. C. de iur. ad d. l. 1. de verb. oblig. Aristo. d. l. Duar.

furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullũ habẽt intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta est: vt idem iuris habeãt, quòd puberes proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne authore quidem parte [h] obligatur.

§ Si impossibilis conditio obligationibus adiiciatur: nihil valet [k] stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quo minus existat: veluti si quis ita dixerit, *Si digito cælum attigero, dare spondes?* At si ita stipuletur, *Si digito cælum non attigero, dare spondes?* purè facta obligatio intelligitur, ideoque statim peti potest.

Inutilis, propter absentiam contrahentium.

§ Item verborum obligatio inter absentes concepta, inutilis est. Sed cùm hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, fortè post tempus tales allegationes opponentibus, & non præsentes fuisse, vel se, vel aduersarios suos contendẽtibus: ideo

h Cause in d. L. vlti. §. 1. de verb. oblig. Ratio hæc est, quia patria potestas nõ ad cõtrahẽdas obligationes pertinet, vt tuteris auctoritas.

i Ex Paul. l. impossibilis. de ver. oblig.

k Idẽ est in cõtractibus etiã bonæ fidei, l. licẽt. §. fin. de oblig. & act. ac nõ in testamẽtis. §. Impossibilis. de hæred. inst.

l Quia hæc cõditio de futuro necessaria & vera tã in rerum natura, quàm apud nos, non suspendit eam: dicendo nam cuius affirmatio impossibilis, negatio est necessaria, Arist. 2. metaphy. cap. pen.

nostra constitutio [m] propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus: per quã disposuimus, tales scripturas [n], quę præsto esse partes indicant, omino esse credendas, nisi is, qui talibus vtitur improbis allegationibus, manifestissimis probationib⁹ vel per scripturam, vel per testes idoneos approbauerit, toto eo die quo conficiebatur instrumentum, sese vel aduersarium suum in alijs locis fuisse.

¶ Inutiles olim erant, si ab heredibus tantùm aut contra heredes agi poterat: hodie verò vtiles ex lege Iustiniani.

§ Post mortem [p] suam dari sibi nemo stipulari poterat, non magis quàm post eius mortem, à quo stipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius potestate est, post mortem eius stipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur.

§ Sed & si quis ita stipuletur, *Pridie quàm moriar* [q] vel *Pridie quàm morieris, dare spondes?* inutilis erat stipulatio. Sed cùm (vt iam dictum [r] est) ex consensu contrahentium stipulationes va-

m l. Optimam. C. de contrah. & commit. stipul.

n Fac l. ea quæ. de don. int. vir. & l. 2. & 4. de sponsa.

o Probatio negatiua allata loco & tẽpore: de qua in l. aloprimã. C. de prob.

p Fac l. Seruus. de cõmun. stip. C.

q Quia viuo non poterat mihi prodesse. nam demum post mortem meam certum esse incipiet quis dies fuerit pridie quã moriar. Vide l. Qui duos. §. Hæc cõditio. de manumis. testa. Gell. lib. 4. cap. 13.

r §. 1. Supr. de verb. oblig.

leant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emẽdationem: vt siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit: stipulatio valeat.

¶ *Præposteræ stipulationes, olim inutiles, hodie vtiles.*

§ Item si quis ita stipulatus erat, *Si nauis [eras] ex Asia venerit, hodie dare spondes?* inutilis erat stipulatio, quia præposterè concepta est [t]. Sed quum Leo inclitæ recordationis in dotibus eandem stipulationem[u], quæ præposterè nuncupatur, non esse reiiciendam existimauerit: nobis placuit, & huic perfectum robur adcommodare: vt nõ solùm in dotibus, sed etiã in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis.

§ Ita autem stipulatio concepta, veluti si Titius dicat, *Cùm moriar, dare spondes?* vel *Cùm morieris*: & apud veteres vtilis erat [x], & nunc valet. Item post mortem alterius rectè stipulamur. Si scriptum [y] in instrumento fuerit promisisse aliquem: perinde habetur, atque si interrogatione precedente responsum sit.

s *Verbo eras addito, præpositio elatiue sit.*

t *Propterea q̃ dato euentu cõditionis prior esse non debeat, sed posterior.*

u *Hæc vetat, sed eius sit mẽtio in l. præposteri. C. de testa. x Cur ita, quãpridie quam moriar, vel post mortẽ valeret? Anquia viuentes morimur & vltimo vitæ momẽto hæ conditiones impleri possint authore Papiniano l. vlt. de condit. instit. & C.*

y *Theophil. hic & Paul. Sentent. 5. titu. 7. vnde hic locus petitus est. Fac. l. 1. C. de contrahen. stipul.*

§ Quoties plures res [z] vna stipulatione comprehenduntur, si quidem promissor simpliciter respondeat, *Dare spondeo*, propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quasdam datarum se spoponderit: obligatio in iis pro quibus spoponderit contrahitur. Ex pluribus enim stipulationibus vna, vel quædam videntur esse perfectæ singulas enim res stipulari, & singulas respondere debemus.

De stip. alteri facta, siue stipulantis non interfit siue interfit.

§ Alteri [a] stipulari (vt suprà dictum est) nemo potest. Inuentæ [b] enim sunt huiusmodi stipulationes [c] vel obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest. cæterum si alij detur [d], nihil interest stipulatoris.

§ Planè si quis velit hoc facere, pœnã stipulari [e] conueniet: vt nisi ita factũ sit, vt est comprehensum, committatur pœnæ stipulatio etiam ei [f], cuius

z *Sine diuisum diuisa vel, vt Stichũ, Papiliũ, dauũ. &c. a Bar. d. l. 77. de procurat. hic autem locus ex Vlpi. petitus est d. l. Stipulatio. §. Alteri.*

b *Notat I. Cuiacius hic & stipulatoris diuersam esse causam. Reus namque promittendi est is qui pro altero quid promittit. inf. de fideiuss. in princi. Reus stipulandi non est is qui alteri adstipulatus est quod ex Ælio Gallo Verrius Flaccus, aut Sex. Pompeius festus refert lib. 17.*

c *Ratio à causa finali.*

d *Vel nõ datur. aut obserua eum cuius simili sumpsi inst. d. 2. de verb. oblig. Vvesf.*

e *Sibi scilicet non alteri. l. arbiter in fin. de recep. arb.*

f *Puta stipulanti.*

nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil interest. Pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quod interfit eius: sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis ita stipuletur, *Titio dari?* nihil agit. sed si adiecerit pœnam, *Nisi dederis, tot aureos dare spondes?* tunc committitur stipulatio.

f Ex Vlp. d. l. stipulatio. §. si stipul. § Ad reficiendo forte ædificia. & fundo vsufructu. Theophil. huiusmodi de stipulatione quæ in dando consistit.

§ Sed [f] & siquis stipuletur alij, cum eius interesset, placuit stipulationem valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore: quoniam interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est (cùm obligatus futurus sit pupillo, si malè res gesserit) tenet obligatio.

h Ex d. l. Stipulatio. §. 1. Ait si quis, hic autē de stipulatione facienda agit, vnde apparet inter stipulationem dandi & faciendi differētia.

§ Ergo & si quis procuratori suo dari [h] stipulatus sit, habebit vires stipulatio. Et si creditori suo quis stipulatus sit, quod sua interest: ne fortè vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quę pignori data erant: valet stipulatio.

i Ex Vlp. l. Nemo 2. de verb. oblig.

§ Versa vice [i], qui alium facturū promisit, videtur in ea esse causa, vt nō teneatur, nisi pœnā ipse promiserit.

§ Item nemo rem suā futurā in eū casum,

casum quo suasit, vtiliter stipulatur [k],

¶ Inutilis stipulatio propter dissensum, vel turpem causam.

k l. Nemo. 19. ff. de verborū obligationibus. Quod enim nostrum est, amplius nostrum fieri nequit. Vvf.

§ Si de alia [l] re stipulator senserit de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset: veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum esse credideris.

l Secus si non in re ipsa sed tantum in nomine sit error. l. 32. de verborum obligationib. Aut in qualitate. l. 22. illo tit.

§ Quod rurpi [m] ex causa promissum est: veluti si quis homicidium vel sacrificium se facturum promittat, non valet.

m l. generaliter de verborum obligat. Tullius 3. Offic.

§ Cùm quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante cōditionem decesserit, posteà existēte conditione hæres eius agere potest.

§ Idem est & ex promissoris [n] parte.

n Si promissor è viuis excesserit existēte conditione, ab herede eius peti poterit. Theophil.

§ Qui hoc anno [o], aut hoc mense dari stipulatus est: nisi omnib[p] partibus anni vel mensis præteritis, non rectè petet. Si fundum dari stipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit.

o Ex Pomponio l. qui hoc. de verb. oblig.
p l. quod dicimus de solutionib.

De fide

Universidad de Deusto
Biblioteca

De fideiussoribus[a].

TITVLVS XXI.

Fideiussionem, cum verbis inseatur, & stipulatione fiat, rectè Iustinianus tulit inter verborum obligat.

a Caius 3. Institut. tit. 9. Paul. libr. 1. Sententia. tit. 20.

PRo eo[b] qui promittit, solent alij obligari, qui fideiussores appellantur: quos homines accipere solent[c] dum curant, vt diligentiùs sibi cautum sit.

b Facit. l. 1. §. sed autem. de obligatio. & actionib.

c Creditoris sci licet.

d Causa finalis fideiussionis.

§ In omnibus autè obligationibus adsumi possunt: id est, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu contractę fuerint[e]. At nec illud quidem interest, vtrum ciuilis an naturalis[f] sit obligatio, cui adiicitur fideiussor: adeò quidè, vt pro seruo quoq; obligetur, siue extraneus sit, qui fideiussorem à seruo accipiat, siue ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur.

e l. Græc. 3. §. 1. l. sequ. 56. ff. eodem.

f Vide Theophil. hic.

§ Fideiussor non tantùm ipsè obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum. Fideiussor & præcedere obligationem, & sequi potest.

§ Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori, à quo

à quo velit solidum petere. Sed ex epistola diui Adriani[g], compellitur creditor à singulis qui modò soluendo sunt litis contestatę tempore, partes petere. Ideoque si quis ex fideiussoribus eo tempore soluendo non sit, hoc cæteros onerat. Sed si ab vno fideiussore creditor totum consequutus fuerit: huius solius detrimentum erit, si is, pro quo fideiussit, soluendo non sit: & sibi imputare debet, cùm potuerit iuuari ex epistola[h] diui Adriani, & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

g Quod etiam edicto comprehensum fuisse Paulus indicat libro 1. Sent. hoc beneficium omnibus accessionibus datur. l. vlt. C. de cons.

h Quæ epistola nam ins, sed exceptionem tribuit. l. interr. ff. eod.

§ Fideiussores[i] ita obligari non possunt, vt plus[k] debeant, quàm debet is pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, accessio est principalis obligationis[l]: nec plus in accessione potest esse, quàm in principali re. At ex diuerso, vt minus debeant, obligari[m] possunt. Itaque si reus decem aureos promiserit: fideiussor in quinque rectè obligatur: contra verò obligari non potest[n]. Item si ille purè promiserit, fideiussor sub conditione promittere potest: contrà verò non potest[o].

i Vide l. 6. & §. 24. de rei iudic. quam & hunc locum explicat. l. exceptiones. de except.

k Plus quatuor modis deteriorare, tempore, loco, causa. §. 5. plus autem. de actio. l. l. si qui. 32. l. si ita 42 ff. eod.

m Quia in maiore summa inest minor. n Vt pro tribus debeat decem. VVes. o Vt ipse debeat quod sub conditione promissum est

§ Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ Non solùm autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim statim aliquid dare: minus est post tempus [p] dare. Si quid autem fideiussor pro eo solverit, eius recuperandi caussâ habet cum eo mandati iudicium. Græcè etiam fideiussor ita accipitur, τῷ ἐμῷ πίστει κελεύσας ἐγῶ [q], sed & si dixerit δίκαι, siue βεβαίωσις, sed & φημί, pro eo erit, ac si dixerit λέγω.

§ In stipulationibus fideiussorum scelendum est ita generaliter accipi: vt quodcunque scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum. Ideóque constat, si quis scripserit se fideiussisse: videri omnia solenniter acta. [r]

[p] Dies enim pars pretij est, l. si scribis 22. §. si tibi fundum. ff. de actione empt. Vves.

[q] Leg. τῷ ἐμῷ πιστεωκλίνων, λέγοντος, ne βεβαίωσις sed & φημί dixerit, pro eo erit, ac si dixerit λέγω. vt in l. Græce ff. eod. & in l. scriptis. I.C.

[r] Eius videlicet, vt fideiussorē incertæ ætatis l. b'andlitus.

De literarum [a] obligationibus.

TITVLVS XXII.

¶ *Hanc obligationis speciem Caius in diuisione obligationum omisit. l. 1. ff. de obligatio. sed non omisit Paulus in l. non figura eo Placuit (inquit) non minus valere quod scriptura, quàm quod vocibus linguæ figuratis significaretur.*

Olim

[a] De modo obligandi per literas. vide Connan. lib. 1. cap. 6.

OLim scriptura fiebat obligatio, quæ nominibus [b] fieri dicebatur, quæ nomina hodie non sunt in vsu. [c] Planè si quis debere se scripserit, quod sibi numeratum non est: de pecunia minimè numerata, post multum [d] temporis exceptionem opponere non potest: hoc enim sæpissimè constitutum est, sic fit, vt & hodie, dum quæri non potest, scriptura obligetur: & ex ea nascatur eó dictio, cessante scilicet verborum obligatione.

§ Multum autem tempus in hac exceptione anteà quidem ex principalibus constitutionibus [e] vsque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutiùs possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem nostram tempus coarctatum est, vt vltra biennij metas huiusmodi exceptio minimè extendatur.

[b] Nomina, sunt tituli debitorum in libris debitis, inquibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniæ commodatæ sunt. Asson. Exc. 3. Offic. Nominibus ergo cæteralibera-tur obligatio, cum in tabulis scriberetur alicui ab aliquo pecuniam deberi.

[c] Synagrapha enim vsi capti est, l. plures, 17. C. de fid. instr. & de Apoch. li. 10. C. Vves.

[d] Post quinquennium; vt infrà.

[e] Vt apparet ex frag. constitut. Aurelij A. in Cod. Gregoriano, tit. de cautt. & non num. pec.

[f] Est in l. Contra illibus. C. de non num. pec.

De obligationibus [a] ex consensu.

TITVLVS XXIII.

[a] De Vet. legitur, de consensu obligationibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Quarta species obligationum, ex contractu.*

CONsensu [b] fiunt obligationes * in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis.

§ Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi: quia neque scriptura [c], neque præsentia omnimodò opus est, ac nec dari [d] quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire, vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium.

§ Item in his contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono & æquo [e] præstare oportet: cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.

b *Hic tot. tit. est ad verbum descriptus ex l. 2. de obli. & act. Caius 2. Instit. tit. 8.*

* *Subdiu fuit obligationum ex consensu, de quibus postea singuli tractabitur titulis.*

c *Vt in literarum obligatione.*

d *Vt in mutuo, commodato, &c.*

e *Id est, ex bona fide. Et non de eo solo, quod cautum est Theo. Fac. l. Quia tantundem. de neg. gest.*

a *Caius 2. lib. tit. 7.*

De emptione & venditione [a].

TITVLVS XXIIII.

¶ *Prima species obligationis ex consensu.*

EMptio & venditio contrahitur simulatque de pretio conuenerit: quamuis nondum pretium numeratum sit

sit, ac ne arrha [a] quidem data fuerit. nam quod arrhæ nomine datur, argumentum [c] est emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus, quæ sine scriptura consistunt, obtinere oportet. nam nihil à nobis in huiusmodi emptionibus & venditionibus innouatum est: in iis autem quæ scriptura consiciuntur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem cõstituimus [d], nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta [e]: & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta.

§ Donec enim aliquid deest ex his: & pœnitentiæ locus est, & potest [f] emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione & venditione. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum. hoc enim subsequuto, siue in

b *Sunt qui arrham dici putent à* ἀρχὴ τὸ ἀρραβὼν, *quod est primum: vt enim stipulatio, ita & arrha datur firmandarum obligationum gratia. Caius in l. quod sæpe, hoc tit. Arrha autem prærogatiua prehij sui temporis persoluendi à Varrone vocatur, libr. 5. de ling. Lat. Plin. libr. 33. cap. 1.*

c *Indicium & quædam probatio: probatio autem nullam creat obligationem, sed eam quæ est demonstrat.*

d *Extat hæc constitut. in l. Contractus. C. de fid. instr. Fac. Nouel. 73.*

e *Subscriptio approbat totum scriptum, l. si quis ex argentariis. §. 1. de edend. G.*

f *Etiam inuito altero, quam imperfecta est emptio G.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptis siue sine scriptis, venditio celebrata est: is, qui recusat adimplere contractum, siquidem est emptor, perdit quod dedit. si verò venditor, duplum [a] restituere compellitur, licet super arrhis nihil expressum sit.

§ Pretium autem constitui oportet. nam nulla emptio sine pretio esse potest. Sed & certum esse pretium debet, alioqui si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta, inter veteres satis abundéque hoc dubitabatur, [constarétne venditio, an non. [b]] Sed nostra decisio [c] ita hoc constituit, vt quoties sic composita sit venditio: Quanti ille [k] æstimauerit, sub hac conditione staret contractus: vt si quidem ille, qui nominatus est, pretium definierit: tunc omnimodò secundum eius æstimationem [l] & pretium persoluatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire: tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod ius cùm in vēditionibus nobis placuerit, nō est absurdū & in locationibus [m] & in conductionibus trahere. Item pretiū in numerata pecunia consistere debet. [n] Nam in cæteris rebus, an pretium esse posset, valde quærebatur [o], veluti, An homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse posset. Et Sabinus & Cassius etiam in alia reputabant pretiū posse consistere. vnde illud est, quod vulgo dicebatur, Permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eámq; speciem emptionis & venditionis vetustissimā esse: argumentóq; vtebantur Græco poeta Homero [p], qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse [q] ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis,

Νῆας δ' ἐκ Δήμνοιο περᾴσαν οἶνον ἄγοντες.
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κατὰ κρατέρ' ὀϊστεύοντες
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αὖτων σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν.
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν. Hoc est:

Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini.
Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi,
Aere alij, ferro quidam lucente, boumis
Pergoribus quidam, bubus plerique sed ipsis,
Mancipijs alij.

g Hoc est, vt interpretatur Theoph. ἤγουν τοῦτο τὸ ἀσσάριον, ἢ ἕτερον τοιοῦτον.

h Vet. cod. sine cūctat venditio sine non sic in §. Athenium. infrà de actio.

i Extat in l. vlt. C. de contrahen. empt.

k Non quidē emptor, sed alius, de quo inter contrahentes conuenit. dicta l. Quod sæpe. §. Illud. de contrahen. empt. aliàs pœna nulla necessitate adstringerentur cōtrahentes. Fac. l. hac venditio. de contrah. empt. ff.

l Quasi iniqua sit, ad arbitrium boni viri reducetur. l. 76. §. vlt. Pro soc. Cc. pro Ros. Amer.

m l. Si mercēs. Locati.

n Sanè ipsius conuentionis tempore. vide l. prety. cum sq. C. de rescind. vend.

o Hanc veterum disceptationem plurimis verbis tractat Paul. l. 1. de contrahen. empt.

p 7. Iliad. circa fin.

q Plin. lib. 33. cap. 1. ait emptitasse.

§ Diuersæ scholæ authores [r] contrà sentiebant: aliúdque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem [s] & venditionem: alioqui non posse rem expediri [t], permutatis rebus, quæ videatur res venisse, & quæ pretij nomine data esse. nam vtranque videri & venisse, & pretij nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia, dicentis permutationem propriam esse speciem contractus à venditione separatam, merito præualuit [u]: cùm & ipse aliis Homericis [x] versibus adiuuabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores Diui Principes [y] admiserunt, & in nostris Digestis latius significatur.

¶ *De periculo & commodo rei venditæ.*

§ Cùm autem emptio & venditio contracta sit [a] (quod effici diximus, simulatque de pretio conuenerit,) cùm sine scriptura res agitur: periculum

r *Intellige Proculi & Neruam l. 1 ff. eo. vnde hic locus est descriptus. Vt in aliis disciplinis, ita in iure ciuili Proculeianorum & Sabinianorum diuersa fuit schola l. 2. §. vlti. de orig. iur.*

s *Aristot. 5. Moral. Plin. lib. 33. cap. 1. Corn. Tac. de morib. Germ.*

t *Id est, intelligi.*

u *Nec iniuria. primum emptio rebus nõ fit, vt permutatio. l. Emptorem. C. de rer. perm. In empt. pretium certum est, & in pecunia numerata consistens non ita in permut. l. 1. de rer. perm. Emptio nuda consensu, contrahitur at permutatio non nisi re ab altera data. l. Ex placito de rer. perm.*

x *Quod vide apud Theophil. hic. 7 Diodet. scilicet, & Maximian. l. Emptorem. C. de rer. permut.*

a *Pure, nam si sub conditione, non erit ea pendente empt. periculum. l. nec emptio. de contrab. empt.*

rei

rei [b] venditę [c] statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita [d] non sit. Itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus vel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium soluere. Quicquid enim sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est.

§ Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluuionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum eius esse debet, cuius periculum est. [e] Quod si fugerit homo [f], qui venit, aut subreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa venditoris interuenerit: animaduertendum erit, an custodiam eius vsque ad traditionem venditor susceperit. Sanè enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet, si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisq; rebus intelligimus.

b *Quod supervenit sine culpa venditoris, nec ab eo promanat ex antecedenti causa. l. vlt. C. de peric. & com. rei vend.*

c *Id est, Species non etiam genera. nam id perire non potest. l. in ratione. §. vtrũ. ad leg. Falci. l. incendium. C. si cert. pet.*

d *Modo tamen nulla venditoris mora intercesserit.*

e *Regula est. l. Secundum. de regu. iur. l. Is qui. §. vlt. de leg. præst. l. vnic. C. de cad. toll.*

f *Ex Cato. d. l. Quod sæpe. §. si res. De contrahend. empt.*

§ Vtique tamen vindicationem rei & cõdictionem exhibere debebit emptori [a]: quia sanè qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & de damni iniuriæ [b] actione.

§ Emptio tam sub conditione, quàm purè contrahi potest. Sub conditione: veluti, Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.

§ Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) fruſtrà quis sciens emit: quæ tamen si pro profanis vel priuatis deceptus à venditore quis emerit: habebit actionem [i] ex empto, quod non habere ei liceat, vt consequatur, quòd sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro seruo emerit.

[a] Extraneæ eò pertinet, quod emptor qui nondum est dominus, non possit his actionibus vti, nisi ei a domino vendidare cessio. ea enim soli domino propriè competunt. l. an rem. de rei vend. l. 1. de condict. fur. G.

[b] Lege Aquilia.

[i] Vide l. 2. §. sin autem. C. de Inspiciat. Tul. 3. Offic.

De locatione & conductione.

TITVLVS XXV.

¶ Tertia species, consensu obligationum.

¶ Locare est dare aliquid vtendum vel faciendum: Conducere est accipere aliquid vtendum vel accipiendum.

Loca

LOcatio [a] & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdémque iuris regulis consistit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio conuenerit: sic & locatio & conductio ita cõtrahi intelligitur, si merces [b] constituta sit, & competit locatori quidem locati actio, conductori verò conducti. Et quæ suprà diximus, si alieno arbitrio pretium permissum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de causa si fulloni [c] polienda curandáve, aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus quantum inter eos conuenerit, non propriè locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis [d] verbis datur. Præterea sic vt vulgò quærebatur [e], an permutatis rebus emptio & vendi-

[a] Locare præsertim est in loco ponere: inde locaria vectores dicebant mercedē quæ pro stabulo vel taberna datur, vbi quis consistit. Varro de lingua Latin. lib. 4. Sic Galli vocant, locagiũ quod pro domo in qua quis locatus est, penditur. A. C.

[b] In emptione pretium: in locatione merces quæ à mercando dicitur. Varro.

[c] Eius est. polire, catare, sinare, vt Vip. dixit in l. 2. de cond. sine caus. lauare. Politor. κναφεὺς: curator, διδάσκτυλος, sine σκάλτης, dicitur à Theophr. in §. vlt. infra mand. I.C. Hermin. lib. 3. tit. 8. Ant. Aug. Emend. lib. 2. cap. 9. si polienda. de præscrip. verb. vbi hæc omnia explicantur. d Deficiente actione propria nomine præscriptis verbis agitur. l. Nam eum. de præscr. verb.

[e] Id est, passim dubitabatur.

tio contraheretur: ita quæri solebat, de locatione & conductione, si fortè rem aliquam vtendam siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit [f] non esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractus. veluti si cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarẽt, vt opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum, verùm præscriptis verbis agendum est.

§ Adeò autem aliquam familiaritatem inter se videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: vt in quibusdam causis quæri soleat, vtrùm emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio: Vt ecce de prædiis [h] quæ perpetuò quibus-

[f] *Ex Vlp. l. si gratuitam. 17. §. Sicum. de præscript. verb.*

g Præscriptis verbis, ἐξ τῶν προηγουμένων actio. sic enim Constantin. H. ea vocat libr. 2. Epit. tit. 3. ex quo apparet non omnẽ In factũ actionẽ, & Præscriptis verbis esse: si quidem non actio in factũ ex conuentione descendit: omnis tamen actio præscriptis verbis ex conuentione descendit. I. C.

h Ius ἐμφυτευτικὸν, quod & ἐμφυτευτικὸν, in l. Sed & si pecunia. §. si res. de reb. cor. est ius perpetuarium. quinimo temporarium esse potest. l. vlt. ff. Si ag. vect. id est, emphyt. petat. Vid. Harmen. li. 3. tit. 4. Arist. 2. Oeconom. De agris Byzantiorum in emphyteusim datis. Plutarch. in Gracch. Appian. lib. 1. de bel. ciuil.

dam

dam fruenda traduntur, id est, si vt quandiu pensio [k] siue reditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque hæredi eius, cuive conductor hæ réve eius id prædium vendiderit, [l] aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit: auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter Veteres dubitabatur, & à quibusdam locatio, à quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana [m] lata est, quæ emphyteuseos contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem [n] incli nantem, sed suis pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis [o] esset contractus, sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum. sinautem particularis, [p] ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure vtimur.

i Fac. l. 1. §. 2. si ager vectig. & Nou. 120.

k Pensio ad pecuniam, reditus ad fruges. l. aut rerum similium mensuram in annos singulos constituta refertur.

l Domini consensu, scilicet: alioquin ius emphyteuseos perdet. §. vlt. in prin. de iu. emph.

m Zeno dixit alienationem. l. 1. C. de iur. emph. Et ex eo apparet alienandi verbo propriè venditionem significari. I. C.

n Ferret. legit natura talis, vt in l. si constanti. 24. §. Si maritus. Sol. matr. de naturali contract. vid. Dua. 2. Disp. c. 17.

o Id est, partis interitus non totius. Zeno. d. l. 1. habet particulare damnum. Fac. l. si mercer. §. Vis maior. l. Ex conducto. §. 1. ff. Loc. Colum. l. de re rust.

§ Item

¶ Ex Cels. d. l. 9. §. 1. ff.

¶ Ex Paul. l. fin in lege. §. Conductor. hoc ti. Fac. l. Legem Cond.

s Id est, conuentionem & pactionem. l. 1. §. si conueniat ff. depos. Fermam vocat Vlpian. l. 3. §. 6. item ff. ff. Solut. matr.

t Est enim contractus bonæ fidei, in quo multa quæ nõ dicta, nec forte cogitata erunt, præstari æquum est, veluti vt conductor, qui in mercede solutenda moram fecerit, vsuras de quibus nihil dictum est, soluat. l. 2. 12. 17. C. eod.

u Hæc exigendum est pro subiecti contractus natura, l. conuentus. 24. ff. de regul. iuris.

§ Item ᵍ quæritur si cum aurificem Titius conuenerit, vt is ex auro suo certi ponderis, certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: num emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem contrahi. Quòd si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est, quin locatio & conductio sit.

¶ *De vi locationis & conductionis.*

§ Conductor ʳ [autem] omnia secundum legem ˢ conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo ᵗ præstare. Qui pro vsu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem ᵈ diligentissimus ᵘ paterfamilias suis rebus adhibet. quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit: de restituenda ea non tenebitur. Mortuo con-

ductore intra tempora conductionis: hæres ˣ eius eodem iure in conductione succedit.

x Fac. l. Vt. 10. C. eo. l. sed adde 1. 19. §. pen. ff. eod.

De societate.

TITVLVS XXVI.

¶ *Tria species, consensu obligationum.*

a Consensu qui potest, vel re, vel verbis vel literis perunumum declarari. 2. ff. eod. VV.

SOcietatem coire ª solemus aut totorum bonorum, ᵇ quam Græci specialiter κοινωνίαν ᶜ appellant: aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum ᵈ emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit: æquales ᵉ scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quòd si expressæ fuerint: partes hæ seruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

b Exc. 1. ff. e. c Theophr. habet, κοινωνικὸν Glauc. Harmeno. libr. 3. tit. 10.

d Hæc est quæ vsu plerisque negotiatio dicitur. L. C.

e Aristot. 5. Politic. cap. 6.

§ De illa sanè conuentione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, vt ad Titium lucri quidem partes pertineant

f Vel etiam alterius effectionis relicta quæ eo expressa fuerit. b. si centum. ff. eo. Mynf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam.

§ Seruius Sulpitius [g] (cuius sententia prævaluit) contrà sensit: quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti: Nam & ita coiri posse societatem non dubitatur, [h] vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos cõmune sit: quia sæpe opera alicuius pro pecunia [i] valet. Et adeo contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, vt illud quoque conititerit posse conuenire, Vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur quod & ipsum Seruius conueniente sibi fieri [k] existimauit. Quod [l] tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit: compensatione facta, solùm, quod superest, intelligatur lucro esse. [m]

§ Illud

[g] In notis ad §. Mutiũ. l. Mutius ff. eo. vnde hic locus descriptus est. h Fac. l. 1. C. eod.

i Celsus ait in l. Cum duob. 1. si in coeunda. ff. Pro soc. pretium operæ ac tus est vel amicitiæ: vbi Cuiac. Testamentum proponere litterarum ardine pro Testamentum scriptum, restituit.

k Vet. cod. conueniente sibi existimauit. Quod Græcorum dictum est, vt in l. vlt. §. vlt. de bon. dam. l. in ratione. §. si filio. ff. Ad leg. Falc.

Οἱ συνεταῖροι ἐκ τῆς φύσεως ἔχουσι τὸ μὴ ἐξεῖναι ἑκατέρῳ ἰδιοποιεῖσθαι τὰ κοινά.

l Hic versus ad ea omnia pertinet quæ superius dicta sunt è Seruij sententia contra Mutium, vt constat ex l. Mutius. ff. eod.

m Vet. cod. lucri esse.

§ Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa (veluti in solo lucro, vel in solo damno) in altera verò omissa: in eo quoque, quod prætermissum est, eandem partem seruari.

¶ *Renunciatione soluitur societas.*

§ Manet autem societas eò vsque, donec in eodem consensu [m] perseuerauerint. At cùm aliquis renuntiauerit societati, soluitur Societas. Sed planè si quis callidè in hoc renuntiauerit societati, vt obueniens aliquod lucrum solus habeat: veluti si totorum bonorum socius cùm ab aliquo hæres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, vt hæreditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Siquid verò aliud lucrifaciat, quod non captauerit [n] ad ipsum solum pertinet. Ei vero, cui renunciatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur.

§ Soluitur [o] adhuc societas etiam morte socij: quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. sed & si consensu plurũ societas contracta sit, morte vnius socij soluitur, etsi plures supersint: nisi in coeunda societate aliter conuenerit.

§ Item

m Quo & contrahitur. & distrahitur l. 46 ff. eod.

n Adest, nõ callida mente renunciando sit anticipatus. Theoph. Quid sit captare hereditatem, vi. l. captatorias. C. de test. mil. l. Captatoria. & l. Captatorias. 70. de hæred. inst. Al. 2. cap. 32. Aut. Aut. Emend. Vi. 4. cap. 15. Marc. lib. 6. in Appian.

o Ex Paul. l. Adiiana. 65. §. Morte hoc fit.

§ Item si alicuius rei [p] contracta societas sit, & finis negotio impositus est: finitur societas. § Publicatione [q] quoque distrahi societatem, manifestum est: scilicet si vniuersa [r] bona socij publicentur, nam cùm in eius locum alius [s] succedat pro mortuo habetur. Item si quis ex socijs mole debiti prægrauatus, bonis suis cesserit, & ideò propter publica aut priuata debita substantia eius veneat, soluitur societas: sed hoc casu si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas.

Veluti ad manceps rum aut frumenti negotiationem vt supra.

q Hic locus ex d. l. actione. §. publicatione. hoc tit.

r Si enim pars tantùm bonorum publicata sit, manet societas Theophi.

s Fiscum intelligi.

t Nota definitionem culpæ de qua lege in l. quod dicimus. ff. De pos. qua quem negligentia. rationem habet causæ culpæ, effectus. VVes.

u Ex Vlp. d. l. Cum duobus, 52. §. vlt. & Cassi. l. socius. 72. ff. e.

x Scribendum vt in vet. de se quari, hoc est sibi imputare debet.

¶ De effectu societatis: & ad quid socius socio teneatur.

§ Socius socio vtrùm eo nomine tantùm teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is qui deponi apud se passus est, an etiam culpæ, id est, [t] desidiæ atque negligentiæ nomine quæritum est: prævaluit [u] tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se queri, [x] sibi que hoc imputare debet.

De

De mandato. [a]

TITVLVS XXVII.

¶ Quarta species consensus obligationum.

MAndatum contrahitur [b] quinque modis, siue sua tantum gratia aliquis tibi mãdet, siue sua & tua, siue aliena tãtùm, siue sua & aliena, siue tua & aliena. [c] Ac si tua tantùm gratia tibi mandatum sit, supernacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandari inter vos actio nascitur.

§ Mandantis tantùm gratia interuenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, vt negotia eius gereres, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo sponderes. [d] Tua gratia & mandantis: veluti si mandet tibi, vt pecuniam sub vsuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur: aut si Volente te agere cum eo ex fideiussoria [g] causa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.

a Quidã Vet. cad. de mandato.

b Ex Cai. l. 2. et. Caius 2. Inst. ti. 9. Cuc. pro Rosc. in primam, inquit, &c.

c Sexta species addi posset, quando mea, tua, & aliena eiusdem exemplum in l. Si procuratorem. §. tuetur. ff. eo.

d Quia potius est consilium, vt infra dicet.

e Caius habet fideiubere spondere pro fideiubere, superiorum Veterum.

f Hæc duo exempla inclusa, extra Caiũ assumpsit Tribonianus.

g Sicut alim fideiussor ante principale conueniri poterat, l. 3. & 5. C. de fideiuss

§ Aliena autem [tantùm [b]] causſa interuenit mandatum: veluti ſi tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes. Sua & aliena: veluti ſi de communibus ſuis & Titij negotijs perendis tibi mandet, vel vt ſibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio ſponderes. Tua & aliena: veluti ſi tibi mandet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine vſuris pecuniam crederes, [l] aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

§ Tua tantùm gratia interuenit mandatum: veluti ſi tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potiùs prædiorum colloces, quàm fœneres. vel ex diuerſo, vt pecunias tuas fœneres potiùs, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis conſilium, quam mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio [k] mandati obligatur, etiam ſi non expediat ei, cui mandabatur: [l] cum liberum cuique ſit apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam [m] pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eam crederes,

b Vocem tantum nec Cuius habet, nec germana lectio ganſcit.

l Vet. quòd ſi ſine vſuru crederis leg. tamē Cuia. quod ſi vt ſine, vt in l. 2. D. eod. & in Græco. εἰ χαρίνα ἀτόκως.

k Conſilij non fraudulenti nulla eſt obligatio. l. Conſilio de reg. iur. Fac. l. 6. §. Planè eod.

l Quidam Vet. cui debatur: & ſic eſt in l. 2. D. eod. I. C. m Otioſa pecunia ſurecon ſultis ea dicitur, quæ nulli domino ſuo vſui eſt, cui opponitur Occupata.

res: quanuis non expediat eam tibi emiſſe, vel credidiſſe, [n] nontamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares: ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatoriũ eſſe [o] in hoc caſu mandatũ: quia non aliter Titio credidiſſes, quàm ſi tibi mandatum eſſet. Illud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt: veluti ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem.

n Cum is ſoluendo non ſit cui credidiſti.

o Ad ſimilitudinem quandam fideiuſſionis propriè non eſt enim ac ſi pro Titio fideiubeo.

p Certã enim perſonam elegi, cui ſuaſu meo crederes, idque ad quãdam ſimilitudinem fideiuſſionis obligor. Theoph. Fac. l. Remanet. addit. §. Planè. hic.

¶ *De executione mandati, & actione ex eo naſcente.*

§ Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines [q] mandati: vt ecce ſi quis vſque ad centum aureos mandauerit tibi vt fundum emeres vel vt pro Titio ſponderes, neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere. alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, vt Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi vſque ad centum aureos cum eo agere volue-

q l. Diligenter. eod. Gell. lib. 1. cap. 2. Cic. 7. Epiſt. li. 2. Epiſt.

ris:inutiliter [f] te acturum.

§ Sed diuersæ scholæ Authores [a] rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant,quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris,habebis scilicet cum eo mandati actionem:quoniam qui mandat,vt sibi centum aureorum fundus emetur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit)emeretur.[b]

¶ *De reuocando mandato dissoluendo.*

§ Rectè quoque [c] mandatum contractum, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit,euanescit.Item si adhuc integro mandato,mors alterutrius interueniat,id est,vel eius, qui mandauerit,vel illius,qui mandatum suscepit: soluitur mandatum. Sed vtilitatis causa receptum est si eo mortuo qui tibi mandauerat,tu ignorans eum decessisse, executus fueris mandatum,posse te agere mandati actione,alioqui iusta [d] & probabilis ignorantia tibi damnum adferet.

§ Et huic simile est quod placuit, [e] si debitores manumisso dispensatore [f] Titij,per ignorantiam liberto soluerint,liberari [g] eos: cùm alioqui

[g] Æquitate scilicet naturali.

stricta [h] iuris ratione non possent liberari,quia alij soluissent,quàm cui soluere debuerint.

§ Mandatum [i] non suscipere, cuilibet liberum est: susceptum autem consummandum est,aut quàm primùm renunciandum, vt per se me ipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur.Nam si ita renuncietur, vt integra causa mandari reseruetur, eandem rem explicandi:nihilominus mandati actio locum habet:nisi iusta causa [l] intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestiuè renunciandi.

§ Mandatum [m] & in diem [n] differri,& sub conditione [o] fieri potest.

Quæ sit propria forma mandati.

§ In summa sciendum est, mandatum,nisi gratuitum sit,in aliam formam [p] negotij cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (vt generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati siue depositi contra-

a Vet. Velit, inutiliter te acturum. Diuersa,&c.
a Nerua & Proculus, scilicet, l. Sed Proculus. ff. eod.
b Aliter enim summam minorem in se continet. Theoph.
c l. Si vero §. si mandauero. ff. eod.
d Quæ professio nemini frudi esse debet l. inter ff. eod.
e Paulo scilicet, & dispensatori, & Vlpiano, l. Si quis seruo ff. de solut.
f Dispensator seruus est qui fauori domini pecuniam dare consuerit. Theoph. l. Dispensatori. de solut.
h Strictæ iuris ratione, id est, stricto iuri ad necessitatem facit vtilitatem, ex quo apparet vtilitatis nomen. Iurisconsulti æquitatem & Iurisgentium significare, ex qua etiã vtiles actiones nomen acceperunt. quæ actionum de præscr. verb. l. seruiturem. §. si sublatum. de seruo. verb. l. si longius, in fi. de iud. c. l. 27. §. qui suscipit. l. 22. §. vlt. c.
i Antequam mandatarij interficiat innocentis casu nuntiare potest. Paul. l. Sec. 2. tit. 23. l. 1. Sane. 23. cũ l. seqq. ff. eod. vel l. 1. §. Mandatũ. eod.
l Velut, Mãdo tibi, ne pati iniuriã hac agas.
o Accedere dies & conditio potest. l. 1. §. 1. ff. eod.
p Id est, in aliam speciem contractus. VVes.

hitur negotium: iis casibus interuenien te mercede locario & conductio intelligitur [q] contrahi. Et ideò si fulloni polienda curandáve quis dederit vestimẽ ta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta, neque promissa: mandati competit actio[r].

[q] *l. si sibi. 22. de præscr. verb.*

[r] *Et qui dedit alteri verò qui curauit, nulla mandati actio erit. d. l. 22.*

mercedis nomine datur: sed præscripta verbo agi potest. Vvesenbec.

De obligationibus, quæ quasi ex contractu [a] nascuntur.

TITVLVS XXVIII.

POst genera contractuum enumerata dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non propriè [b] nasci ex contractu intelliguntur: sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

Prima species ex negotiorum gestione.

§ Igitur [c] cùm quis negotia absentis gesserit: vltro citróque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum. sed domino quidem rei gestæ aduersus eum, qui gessit, directa [d] competit actio: negotiorum autem gestori, contraria. [e] quas ex nullo contractu propriè nasci manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotijs gerendis se obtulerit: ex qua causa ij, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis causa receptum est: ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia: quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem.

[a] *Harum obligationum sex species exponuntur hoc titul.*

[b] *Nam ex vero contractu nemo obligatur, nisi qui consentit. l. 1. de pac. hic autem obligantur ignorantes. Myns.*

[c] *Ex Cuiac. l. 4. §. 1. de ob. & act. Fac. l. 2. & 3 si quis. de neg. gest.*

[d] *Directa, id est, principalis. l. in commodato. 5. §. ff. commod.*

[e] *Cõtraria, id est, quæ principaliter non ejusdem vt alteri repugnãs aut aduersa sicut niger albo, (in quo plerique interpretes errant) sed quasi mutua & vicaria quæ ad exemplum directæ actionis datur. vt inf. eo. §. tuteræ. Sicut & verbum contrà interdum significat vicem eius. Terẽt. in Adelph. Ille vt item contrà me habeat facio fedulo. A. C.*

§ 11. *Species ex tutelæ munere.*

§ Tutores quoque, qui tutelæ iudicio tenentur, [f] non propriè ex com-

[f] *Ex d. l. 4. §. Tutela.*

[g] *Post puberatem scilicet. Nullus est enim huic iudicio locus nisi finita prius tutela.*

tractu obligati esse intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem, & pupillum contrahitur [b]) sed quia sanè non ex maleficio tenentur, quasi ex cõ tractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones.

§ Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem, sed & contrà, tutor cum pupillo habet contrarium tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel prò eo fuerit obligatus [c], aut rem suam creditoribus eius obligauerit.

§ 3 Item, si inter aliquos communis res sit sine societate [d]: velutis quod pariter eis legata, donatáve esset, & alter eorum alteri ideò teneatur communi dividundo iudicio, quòd solus fructũ ex ea re perceperit: aut quòd socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit, non intelligitur ex contractu propriè obligatus esse, quippe nihil inter se contraxerunt: sed quia ex maleficio nõ tenetur, quasi ex contractu teneri videtur.

§ 4 Idem iuris est de eo qui cohæredi [m] familiæ erciscundæ iudicio ex his causis obligatus est.

§ Hæres quoque legatorum nomine non

[b] *Maximè cùm infans pupillus est.*
[c] *Paul. in l. vlt. ff. de contrar. tut. & vtil. act.*
[d] *Id est, sine animo & fraudis societatis.*
[m] *Hoc exemplo ex Cato matutatus est Iustin. l. 2. C. Comm. divid. in Vet. Cohæredi suo finium regundorum non est in personam nisi ex maleficio. Comm. dividundo & finium regundorum actiones sunt in personam quasi ex contractu. Petitio hæreditatis, quæ etiam mixta est, actio est quasi ex contractu.*

non propriè * ex contractu obligatus intelligitur (neque enim cum hærede neque cum defuncto vllum negotium legatarius gessisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur.

§ 6 Item is cui quis per errorem non debitum soluit, quasi ex contractu debere videtur. Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus esse, vt si certiorem rationem sequamur: magis (vt suprà diximus) ex distractu, quàm ex contractu possit dici obligatus esse.

§ Nam qui soluendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, vt distrahat potius negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde sis qui accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur: & ideo condictione tenetur.

§ Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. Sic namque definierunt veteres o, ex quibus causis inficiando P lis crescit, ex iis causis non debitum solutum, repetitio nem posse: veluti ex lege Aquilia, item ex legato 9. Quod veteres quidem in iis legatis

* *V. Speciss.*

[n] *§. 2. Quibus modis re contrah. obl. & Fac. l. Ea quæ C. de condict. ind. vide Paul. l. 2. Sent. tit. 12.*
[o] *Vt si quis scripturam, quæ quid quæritur, vel numerationem inficietur. l. Contra qui propriè, C. de non numer. pec. vide Theophil.*
[p] *Adde & rerum exemplum in depositio ob ruinã, incendium, naufragium.*

locum habere voluerunt, quæ certa constitutra, per damnationem [r] cuique legata fuerant: nostra autē constitutio [s] cum vnam naturam omnibus legatis & fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit, sed non omnibus legatariis hoc [t] præbuit, sed tantummodò in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur [u], relicta sunt: quæ si in debita soluā tur, non repetuntur [x].

q Legata per damnationem veluti damnate hæredi illi dare eorum.

r Extat in L. 2. C. Comm. de leg.

s Scilicet privilegium vt inficiando cresceret. A. C. v. In vet. manuscr. legitur honorificā turnetur Cuiacius.

x Neque datur indebiti condictio: quoniam cessante debito tamen pietatis causa superest. Vide Myns.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

TITVLVS XXIX.

Supra in tit. Per quas pers. nob. acq. generaliter de acquisitione rerum, hic specialiter de acquisitione obligationum siue actionum agitur.

EXpositis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quasi contractu nascuntur: admonendi sumus, acquiri nobis [a] non solùm per nosmet

a Scilicet, illas obligationes & per consequens actiones.

nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt, veluti per seruos, & filios nostros [b]: vt tamen, quod per seruos nostros nobis acquiritur, totum nostrum fiat [c], quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc diuidatur secundum imaginem rerum proprietatis, & vsusfructus, quam nostra decreuit constitutio [d]: vt quod ab actione commodum peruenerit, huius vsumfructū quidem habeat pater, proprietas autem filio seruetur, scilicet patre actionem mouente: secundum Nouellæ nostræ constitutionis [e] diuisionem [f].

b Vet. quod per seruos quidem nobis.

c Sic videtur vtrubique imminuere posse, vel id quod nobis per seruum acquiritur. l. Nec seruus. de per. vel seruus ipse, cum nihil sibi possit possidere, nisi forte aliquid peculij domino permittente.

d l. Cum oportet. C. de bo. quæ lib.

e l. vlt. C. de bon. quæ lib. quæ ideo Nouella dicitur, quod post priorem Codicem lata sit.

f Diuisionem vocat distributionem, qua talis est, vt pater vsumfructum in aduentitijs filij amplectatur, pater exerceat quidem actiones, sed filio consentiente. Si aut ē negligat illum vsumfructum, & nolit amplecti, tunc filius agat consensu patris. A. C. g Hanc locum supra explicuit Instit. §. de his autē. tit. Per quas pers. h Vel vsum. has voces vertit Cuiacius non agnoscunt. Acc. Vide Theophil.

§ Item per liberos [g] homines & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantùm ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant. Per eum quoque seruum, in quo vsumfructum, [h] vel vsum habemus, simi-

liter

liter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

§ Communem seruum pro dimidia [i] parte dominis acquirere certum est: excepto eo quod nominatim vni stipulando aut per traditionem accipiendo,illi soli acquirit: veluti cùm ita stipulatur *Titio domino meo dare spondes?* Sed si dominis vnius iussu seruus fuerit stipulatus, licet anteà dubitabatur: tamen post nostram decisionem [k] res expedita est, vt illi tantum acquirat,qui hoc ei facere iussit, vt suprà [l] dictum est.

[i] Id est,pro ea dimidia parte. vel.5. & 7.de stipula.ser.

[k] l. vlt.C. per quas pers.

[l] In §. Seruus communis. supra de stipul.

Quibus modis tollitur obligatio *.

TITVLVS XXX.

¶ Quatuor modis tollenda obligat I.Solutione quæ naturalis dicitur.

TOllitur [a] autem omnis obligatio solutione [b] eius, quod debetur: vel si quis,consentiēte creditore,aliud [c] pro alio soluerit. Nec interest, quis soluat: vtrùm ipse qui debet, an alius pro eo,liberatur enim & alio soluente:siue sciente, siue ignorante debitore,vel inuito [d] eo solutio fiat.

§ Item si reus soluerit:etiam ij,qui pro eo interuenerunt [e], liberantur. Idē ex contrario contingit,si fideiussor soluerit,non enim ipse solus liberatur,sed etiam reus.

¶ II. modus per acceptilationem qui ciuilis est.l. actus. 18 ff de regul.iuris.

§ Item per acceptilationem tollitur obligatio [f]. Est autem acceptilatio [g] imaginaria solutio Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, potest sic fieri, vt pariatur hæc verba debitorem dicere: *Quod ego tibi promisi habésne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo.* Sed & Græcè [h] potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi [i] ", ἔχεις λαβὼν ἢ οὐκ ἔχεις λαβών ". Quo genere (vt diximus) tantùm eæ soluuntur obligationes,quæ ex verbis consistunt, nō etiam cæteræ [k]. Consentaneum enim visum est,verbis factam obligationem aliis posse verbis dissolui. Sed & id,

* Caius l.1. Institit. tit. eod. Alt. Solutur autem.

a Solutio est naturalis datio. Acceptilatio, delegatio, ciuiles sunt solutiones, ac proprie satisfactiones dicuntur huc pertinet l. solutum. de solut.

b Puta frumentum pro nummis. l. Manifestis. C. de sol. Seneca. 6. de benef.

c Quib.mod.tol.obl. 337

d l. soluendo. de nego. gest. Liberationis scilicet fiuore.

e Fideiussores scilicet & mandatores.

f Facit l. 1 de acceptilat. nec ipsa sola tollitur obligatio,sed & quæ ipsi accedūt, vt hypothecæ, pignora, fideiussores stipulationes vsuariæ, & pœnæ l. 43. de solut.

g Vide l. Græce. ff. de oblig.

h Hoc verbū non agnoscit Theophil. & Cuiac demendum censet.

i Id est,tot denarios accepti habet? consensu. vt

quod

a Accepta habeo. k Quære, vt emptum, vel literis, vel emptio, contrahantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod alia ex causa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè dissoluitur, ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

§ Est autē prodita stipulatio, quę vulgò Aquiliana appellatur, per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita composita est. Quicquid te mihi ex quacunque [m] causa dare facere oportet [n], oportebitve, præsens in diémve, aut sub conditione: quarumcunque rerum mihi tecum actio est, quæque aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio est, eritve: quódve tu meum habes, tenes [o], possides, dolóve malo fecisti, quo minùs possideas: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius.

l Ex l. ex uno. de acceptil.

m Ex contractu, vel quasi ex maleficio, vel quasi etiam obligationes nouantibus contractæ.

n Dare, vt dare centum aureos. facere, vt fabricare in se obligationem. l. si mandatu. §. quotiens. ff. mandat. Oportet, præsens tempus significat, & ideo adijcitur oportebit. l. si stipulatus fuerim. §. 1. l. si à co' uno.

l. cum stipulamur. de verborum obligationib.

o Tenere est naturaliter detinere, possidere verò est animo dominij detinere. Theophilus. Facit l. 1. & l. possideri. de acquirend. possess. l. officium. de rei vindic.

[quod

[quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id haberétne à se acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.]

Supra hanc inclusa ad verbum sumpta sunt ex d. l. ex uno. ff. de accept. Sed veteres lib. sic habent & rectius. Item ex aduerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium. Quicquid tibi hodie per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habes ne acceptum? Respondit Agerius, Habeo, acceptumque tuli.

III. & IIII. Obliga. toll. modus. Nouatio & Delegatio.

§ Præterea nouatione tollitur obligatio, veluti si id quod tibi Seius [p] debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interuentu nouæ personæ, noua nascitur obligatio [q], & prima tollitur translata in posteriorem: adeò vt interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima, nouationis iure tollatur: veluti si id quod tu Titio debes [r], à pupillo sine tutoris authoritate stipulatus fuerit, quo casu res amittitur. nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla [s] est.

p Vel. Si id quod tu Seio debebas, à Titio dari stipulatus sit, atq; ita leg. esse, sequentia indicant.

q Delegatio est hæc, tantamen nouatio inest, nam delegatio est nouatio per stipulationem interuentu noua personæ facta. Cuiac. legit, debebat, vt supra.

r Ne naturalia quidem, quia pupillus animi iudicio caret. l. quòd pupillus. de condic. indeb. Si tamen factum sit locupletior, iure naturali obligatur l. na

tur aliter. §. vlti. & l. proxi. ff. de condict. indeb.

§ Non

§ Non idem iuris est, si à seruo, quis fuerit stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, à qua posteà stipuleris: ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit: fortè si conditio, aut dies, aut fidetussor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adiiciatur, nouationem fieri: sic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, si condicio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidē inter Veteres constabat, tunc fieri nouationem, cùm nouandi animo in secundam obligationem itū fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alij in alijs casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio quæ apertissimè definiuit, tūc solūm nouationem prioris obligationis ✝ fieri,] quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter nouationē prioris obligationis conuenerunt, alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, vt maneat ex vtraq; causa oblig

u Nā in nouatione persona sic oportet, seruum autē Iuuenciale pro m'lo habet. l. qd attinet. de reg. iuris. Theophi.

x Vet. in posteriorem stipulationem.

x l. vlti. C. de nouat.

y Hæc subditiua sunt, priora obligationis. Iac. Cuiac.

obligatio secundum nostræ cōstitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertiùs cognoscere.

¶ Quintus modus soluendi obligat. ipso iure contrario consensu contrahentium.

§ Hoc amplius [a] eæ obligationes, quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur. [b] Nam si Titius, & Seius inter se consenserint, vt fundum Tusculanū emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum sequuta (id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito) placuerit inter eos, vt discederetur ab ea emptione, & venditione: inuicem liberantur. Idem est in conductione, & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est.

a Est quartus modus tollendi obligationis consensu.

b Ipso iure, nam quia pacto de non petendo tollitur obligatio ipsō iure: ideò hanc tollendæ obligationis speciem omisit hic Iust. vide l. Ab emptione. De pericu. quæ hunc locum explicat.

Facit l. 1. Quando lic. ab eo qui. disced.

c Præter quatuor modos supra scriptos, possunt & alij quatuor colligi: nempe Compensatio, §. bonæ fidei, infra de actio. Confusio. l. debitori. 7. C. de pact. Interitus rei, l. si ex legati. 23. ff. de verb. obligat. Maleficium creditoris, l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. Autor. Cuiacius.

INSTITVTIONVM IVRIS, LIBER QVARTVS.

De obligationibus, quæ [a] ex delicto [b] nascuntur.

TITVLVS I.

[a] Quidam eodic. habent de oblig. ex delicto, vt suprà, de oblig. ex consensu: & de oblig. ex quasi cont.

[b] Caius 2. lib. Instit. tit. vlt. Paul. l. 2. Sent. tit. de fur. 31.

PRioribus duabus causis absolutis, ex quibus obligationes nascuntur, contractu scilicet & quasi contractu, restant posteriores duæ, delicta & quasi delicta, quæ subsequentibus tit. explicantur. Delictorum autem alia sunt publica alia priuata. Dicuntur Publica quæ ad dissipationem status publici tendunt, vt seditio, homicidium, peculatus, ambitus, &c. de quibus lib. 48. Pandect. & infrà titu. de publ. iud. agitur. Priuata verò sunt quibus priuatæ vitæ affligitur commoditas: vt est furtum, rapina, damnum & iniuria: de quibus in hoc & seq. tit. disseritur.

Differentia delictorum.

c l. ex maleficio. ff. de actio. & oblig.

¶ Deinde & inter publica crimina, & inter priuata quædã sunt capitalia quæ pœna mortis aut exilij vindicantur, quædam non capitalia, quorum pœna aut est pecuniaria, aut exercitio quædam corporalis. d ¶ Rursus vtro-

d l. 7. ff. de pub. iud.

que quædã sunt ordinaria in quibus certa pœna à legibus cõstituta est: alia extraordinaria quibus imponitur pœna pro modo e delicti ex arbitrio iudicãtis. Persequitur autẽ pœnam aut iuriliter, quando petimus eam nobis adiudicari: aut criminaliter quãdo petimus vt reus vel luat pœnã in corpore, vel quid fisco inferat.

e l. 1. ff. de effract. & expil. l. vlti. ff. de priuatis. delic.

Hæc ex Mynsingero.

¶ *Hic titulus generalis & communis est 4. titulis, seq. vsque ad tit. de Oblig. quæ quasi ex delict.*

QVm sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, & quasi ex contractu: sequitur, vt de obligationibus ex maleficio, [& quasi ex maleficio] dispiciamus. Sed illæ quidẽ (vt suo loco tradidimus) in quatuor [a] genera diuiduntur: hæc verò vnius generis sunt. nam omnes ex re [b] nascuntur, id est ex ipso maleficio, veluti ex furto [c], rapina, damno, iniuria.

a Nam aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu contrahuntur.

b Verborum tamen contumelia, & literis, vt famosus libellus fit. l. Aut facta. de pœnis.

c Hæc sunt priuata maleficia quatuor: alia sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria. I. C. Veluti exempli potius verbo quam diuisionis vsus est, quia fortè præter hæc maleficiorum species, reperiuntur alie: vt de incendio, ruina, naufragio, videlicet 47. Digest. Sed cæteras ad hæc 4. referri non subtilitate contendunt.

§ Furtum [d] est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei [e], vel etiam vsus eius [f], possessionisve, [g] quod lege naturali prohibitum est admittere. Furtum autem vel à fuo, id est, nigro [h] dictum est, quòd clàm & obscurè fiat, & plerunque nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id est, auferendo: vel à Græco sermone, quòd [k] φῶρας appellant fures. Imò & Græci [l] à ferendo φῶρας dixerunt.

Exl. 1. eo. Vide Auct. Aug. Emend. lib. 1. cap. 4.

d Veluti si seruum tuum subtraxerim.

f Vtsi quod in vnum diem vendendum dederim, diutius tenuerit. Theoph.

g Veluti si quod pignoris aut depositi causa datum est, tanquam dominus possideam. Theophil.

h Furtum iure naturali prohibitū esse censet. mat Vlpia. l. Probrum. 42. de verb. sig. licet aliud velit. Alc. lib. 1. Disp. c. 10. Gell. lib. 11. c. 18. Cic. 3. Ver. Ant. Aug. supra ibid.

i Vide Nonium & Varro. Ge. lib. 1. capite.

k Legendum qui non quòd.

l Legend. ἀπὸ τοῦ φέρειν

m Quæ inter genera furtorum Paul. vetuler ax lib. Sent. 2. 31.

n Id est, in ipso furto, siue actu furandi, deprehenditur. Æ. scholiastes Cresp.

o Nec ἀλλοτρίου κλοπὴν hæc. Papin. in l. si dominus. ff. de furtis. verb. appellat deprehenditur in admisso.

¶ Diuisio furti, & singularum eius specierum explicatio.

§ Furtorum autem duo sunt genera: manifestum & nec manifestum. [m] Nam conceptum & oblatum, species potiùs actionis sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, sicut inferiùs apparebit. Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ, [n] appellant: nec solùm is qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is qui eo loco deprehenditur, quo furtum fit [o]: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in olireto, oliuarum: aut in vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo olireto, aut in vineto deprehensus fuerit. Imò vlteriùs furtum manifestum est extendendum, quandiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit: siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio, antequàm eo peruenerit, quò defetre vel deponere destinasset. [p] Sed si pertulit, quò destinauit, tametsi deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur. Nec manifestum furtum quid sit, ex iis, quæ diximus, intelligitur, nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

m Vide furtum concipere pro inuenire vsurpauit Paulus lib. 2. Sent. tit. 31. De furtis.

o Vet. quæ fere veluti qui dum furtum fecit: & paulo post, aut vbi non fuit deprehensus sit.

p Id est (vt ait Paul. libr. 2. Sentent. de furt.) quo destinauerat eo die manere eū eo furtum.

§ Conceptum [q] furtum dicitur, cùm apud aliquem testibus præsentibus furtiua res quæsita, & inuenta sit: nam in eum propria actio [r] constituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur Concepti.

q Vide furtum concipere pro inuenire vsurpauit Paulus lib. 2. Sent. tit. 31. De furtis.

r In triplum, ex lege xij. Tab. Gell. libr. 11. cap. vlt.

§ Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eáque apud te concepta sit: vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potiùs [s],

s Vt condemnationis turpitudo penes te potius esset quam penes ipsum. Theoph.

Universidad de Deusto Biblioteca

quàm apud eum, qui dedit, conciperetur. nam tibi apud quem concepta sit, propria aduersus eũ qui obtulit, quanuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur Oblati. Est etiam prohibiti furti actio, aduersus eum qui furtum quærere, testibus præsentibus, volentem prohibuerit.

§ Prætereà pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, aduersus eum, qui furtiuam rem apud se quæsitam, & inuentam, non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinem [t] abierunt. Quum enim requisitio rei furtiuæ hodie secundum veterem obseruationem [u] non fiat: meritò ex consequentia etiam præfatæ actiones ab vsu communi recesserant: quum manifestum sit, quòd omnes, qui scientes rem furtiuam susceperint & celauerint, furti nec manifesti obnoxii sunt. Pœna manifesti furti, quadrupli est [x], tam ex serui, quàm ex liberi [y] persona. nec manifesti, dupli.

t In Pand. iidem circo ne verbum quidem usu Hoc est. præsentibus testibus. Furtiuarum autẽ quæstiones eũ locum & licet de quo Gel. lib. 16. cap. 10.) euanuerunt. Vide Pla. 12. de legib. & Fest. Ponp. lib. 10.

u Deut. cap. 3. Exod. c. ap. 21. Gell. lib. 20. cap. 1. Leg. xij. Tab. tit. 12.

x Gell. lib. 11. ca. vlt. in seruo, aût, grauius quam liberu furti nomine animaduertebatur.

¶ *Quomodo committatur furtum.*

§ Furtum autem fit, non solùm cùm quis intercipiendi causa rem alienam amo

amouet [a]: sed generaliter cùm quis alienam rem inuito domino contrectat. Itaque siue creditor pignore [b], siue is, apud quem res deposita est, ea re vtatur: siue is qui rem vtẽdam accepit, in alium vsum eam transferat, quàm cuius gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentũ vtendum acceperit [c], quasi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregrè secum tulerit: aut si quis equum gestãdi [d] causa commodatum sibi, longiùs aliquò duxerit: quod Veteres [e] scripserunt de eo, qui in aciem [f] equum perduxisset.

§ Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant, id inuito [g] domino facere: eúmque, si intellexisset, non permissurum. at si permissurum credant, extra crimen [h] videri: optima sanè distinctione, Quia furtum sine affectu furandi non committatur.

§ Sed & si credas [i] aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat;

a Immutatio specificat, tradit scient. 2. in fi. supra. de vsuc. VV.

b Exl. si pignore, 34. ff. de fur. l. fin. 7. C. eo. quod iure ciuili quo ad pœnã pecuniariam verum est.

c Val. Max. 6. 2. in fi. lit. a.

d Ad valetudinem & animi recreationem.

e Veterũ appellatione cõtinentur Brutius, Manilius, Sabinus, Labeo, l. quãrem. 37. vbi Cu. ff. de vsu capionib.

f Gell. lib. 7. c. 13. l. qui iumenta, 40. & l. 46. de fur.

g Id est, non consentiente. l. Qui vas. 42. §. si rogã. de furt. Vide Aciat. lib. 1. Disputat. cap. 10.

h Id est, delictum. i Ex Vlp. l. Inter omnes. 46. §. Recte. de furt.

dicitur furtum non fieri. Vnde illud quæsitum est, cùm Titiùs seruum Mæuij solicitauerit, vt quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit: (Mæuius autem, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdam res ad eum perferre:) vtrùm furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum Prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neq; furti neque serui corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodò: nos huiusmodi callidtatri obuiã euntes, per nostram decisionem [k] sancimus, non solùm furti actionem, sed & serui corrupti contra eum dari. Licet enim is seruus deterior à solicitatore minimè factus est, & ideò non concurrant [l] regulæ, quæ serui corrupti actionem introducunt: tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis seruj introductum est, vt sit ei pœnalis actio imposita, tanquam si re ipsa fuisset seruus corruptus: nec ex huiusmodi impunitate & in alium seruum, qui facilè posset

k Vet. cod. sanximus. sic enim legendũ est in l.5.C.de rectit. & l. 1. C.de numerar. & act. nõ sanximus. I. Cuiac.

l Veter. non curant.

corrumpi, tale facinus à quibusdam perpetretur. [m]

§ Interdum [n] etiam liberorum hominum furtum fit: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt [o], subreptus fuerit.

§ Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis [p] committit: veluti si debitor rem, quam creditori pignori causa dedit, subtraxerit. [q] Interdum [quoque r] furti tenetur, qui ipse furtum non fecit: qualis est is, cuius ope & consilio, furtum factum est. In quo numero est, qui tibi nummos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius rem tuam acciperet, aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius [eas] acciperet. [s] Et hoc Veteres scripserunt de eo qui panno rubro [u] fugauit armentum. Sed si quid eorum per lasciuiam [x] & nõ data opera, vt furtum admitteretur, factum est: in factũ [y] actio dari debet. At vbi ope Mæuij,

m Videtur Cuiacio legendum, perpetretur. n Inst. de obl. q. ex del. §. 6. o Vet. iur. furt. ff. eod.

p Vet. in restitut. posita sit.

q Vet. quasi que.

r Quoniam in eo creditorem ladit, quia commodato eũ spoliet, quod in cautã pignoris est.

s Abest à Vet. lib.

t Is, cuius consilio factum est furtum, tenetur. l. qui seruo. §. 1. si quis vxori. §. neque. de furt.

Cic. 3. de nat. deor. u Vet. eas exciperet. u Seneca lib. 2. de ira, Taurum, inquit, color rubicundus excitat: ad umbram assit exagitatus, fessusque mappa proritat. Vid. l. in furti. §. vlt. de furt.

x Theophr. κατὰ τρυφὴν. Ant. Aug. Emend. lib. 4. c. 11. Budæ. Ad l. 1. §. vlt. de Æd. edi. petulantiã, mollitiẽ & incuriam intrepretatus.

y Ita fallitur prætoria, aut si præceptura sunt pecora, in fallã à clauiã.

Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope & consilio eius quoq; furtum admittitur dicitur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras [a] vel ostium effringit, vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, commodauerit, sciens cuius [rei] gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantùm consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti. §. Hi qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis furripiunt, furtum quidè faciunt, & res in furtiuam causam cadit (nec ob id ab vllo vsucapi potest, antequàm in domini potestatem reuertatur) sed furti actio non nascitur [b]: quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. Si verò ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtiq; furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope & consilio eius furtum factum esse.

[a] *Vide l. si pignore. 24. §. pen. de furt.*

[b] *Fac. l. Serui. eod.*

¶ *Quibus competit actio furti.*

§ Furti autem actio ei competit, cuius interest [c] rem saluam esse, licet dominus non sit. Itaq; nec domino aliter compe

[c] *Dummodo interfit ratione rei surreptæ: non aliunde. l. interdum. 49. ff. eod.*

competit, quàm si eius interfit rem non perire. Vnde constat [d] creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori [e] potiri incumbere, quàm in personam agere: adeò quidem, vt quannis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

§ Item si fullo pollienda curandáve, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa constituta acceperit [f] eáque furto amiserit: ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil interest, eam rem non perire, cũ iudicio locato à fullone aut sarcinatore rẽ suã persequi possit. [h] Sed & bonæ fidei emptori subrepta re, quam emerit, [i] quannis dominus non sit, omnino [k] competit furti actio, quemadmodũ & creditori. Fulloni vero & sarcinatori [l] non aliter furti actionem competere placuit, quàm si soluendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem soluere possint. Nam si soluendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest, rem saluam esse

[d] *Vet. ...*

[e] *Vet. ...*

[f] *Vide l. ...*

[g] *Ex d. l. 12. §. Itaque eod.*

[h] *Vet. persequi potest. cum pro quia.*

[i] *Adque emptã acceperit. nam si ea adita non sit, furti actio ei non competit, sed venditori l. Eã qui emit. ff. de fur.*

[k] *Vet. omnimodo sine pæ. sit impar sãluendo fuerit. l. c.*

[l] *Ex l. Itaque fullo. de furt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse. Idem est, & si in parte soluendo fuerit fullo aut sarcinator.

§ Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem [m] & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat, ita is quoque, cui commodatum vtendi causa [n] accepit, similiter necesse habet custodiam præstare.

§ Sed nostra prouidentia etiam hoc in nostris decisionibus [o] emendauit, vt in domini voluntate sit: siue commodati actionem aduersus eum, qui rem commodatam accepit, mouere desiderat: siue furti, aduersus eum, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum, qui rem vtendam accepit, penitus liberari. sin autem commodator veniat aduersus eum, qui rem vtendam accepit: ipsi [p] quidem nullo modo competere posse aduersus furem furti actionem. eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem: ita tamen si dominus sciens [q] rem esse [r] subreptam, aduersus

m Omnibus enim quorum periculo res aliena fuit, datur actio furti nec ei cum dicitur. l. cum ea. §. qualis. ff. eo. VVesenb. l. enim qui. §. fures. & l. vlt. C. eo. l. 5. inst. ff. Commod. Leges 30. intelligit post priorem Codicis editionem cuius in quibus Imperator Veteres veterum Iurisconsultorum controuersias dirimit, quarum vna est in l. vlt. C. de fur.

n Commodatarius scilicet sit domino.

o Vide d. l. vlt. C. de fur.

p Vel. lib. nou. esse ius & l. vlt. C. de fur. l. 1. C.

aduersus eum cui res commodata fuerit, peruenit: sin autem nescius & dubitas [s] rem esse subreptam, apud eū [t] commodati actionem instituerit: postea autem re eō perta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem [v] peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersum furem venire, obstaculo nullo ei opponēdo: quoniam incertus constitutus [x] mouit aduersus eum, qui rem vtendam accepit commodati actionem: nisi domino ab eo [y] satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: quum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam: postea autem hoc ei cognito aduersus furem transierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque casse exitum [z] dominus aduersus furem habuerit: eadem de finitione obtinente, siue in parte, siue in solidum soluendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

§ Sed si is, [a] apud quem res deposita est, custodiam nō præstat: sed tantum in eo ob-

s Qui pro igno rante habetur l. vlt. C. de com dict. indeb. VVes.

t Commodatarium.

u Agendo contra furem ipsum.

x Id est, dubitans & ignorans.

y Commodatario satisfecit.

z Id est, siue vltro, si sine vllius fit. Theophil.

a Sumptus est hic locus ex Vlpiano in l. eum qui. §. si aurum de furt. & l. vlt. §. vlt. Ced.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit, [b] qua de causa si res ei subrepta fuerit: quia restituendę eius rei nomine depositi non tenetur, nec ob id eius interest rem saluam esse: furti agere nō potest, sed furti actio domino competit.

§ In summa, [c] sciendum est, quæsitum esse, an impubes rem alienam amouendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu [d] [furandi] consistit: ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit & ob id intelligat se delinquere.

¶ Quomodo duplum aut quadruplum in actione furti sit accipiendum.

§ Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantum ad pœnę persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus [e] habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre. Sed rei vendicatio quidem aduersus possessorem est: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. condictio autem aduersus furem ipsum hæredemve eius, [f] licet non possideat, competit.

b At nemo de dolo suo habet actionem furti. l. itaque. ff. eod.

c Ex l. impuberem. de fur. impubes furto tenetur. leg. xij. tabula. Gell. libro vi. cap. vlt. adeò vt arbitratu prætoris erederetur, & noxam a se factam sarciret.

d Id est, contrectandi. Ant. Cant.

e Id est, extra pœnam, & quadruplum. Theoph. §. ex maleficio. de actior. b. infra.

f In hoc tamen penalis actio non datur, nisi fur res in iudicium deductas superstite contestatione, hæredi verò eius qui damnum passus est, hæc actio non denegatur. Vide §. non autem. infra. de temper. actio. G.

De vi bonorum raptorum. [a]

TITVLVS II.

*¶ Quare introducta hæc actio, & qualis sit. * Secunda species obligationis, ex delicto.*

QVi vi [b] res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quàm qui vi rapit? ideoque rectè dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur [d] Vi bonorum raptorum: & est intra annum [e] quadrupli: post annum, simpli: quæ actio vtilis [f] est, etiam si quis vnam rem, licet minimam, [g] rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus: sed in quadruplo inest & rei persecutio: vt pœna tripli sit, siue comprehendatur [h] raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum enim esset, leuioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quàm qui clàm

a Additur in quibusdam lib. actione. Vide cap. 6 Leuiti.

b Deest in ve. lib.

c A Iuliano scilicet l. 2. ff. eod.

d Vulgò, vt ait Vipia. l. 2. ff. eod.

e Quo scilicet rapina facta est.

f Id est, prospicere quis actionem pro ea quæ denegata opponitur, vt §. 1. de obliga. quæ quasi ex delict. supra.

g Iustin. 24. Nonnell. 63. habet, ἢ τι μικρὸν τι σκεῦος.

h Id est, manuitatur. & præsentibus testibus conuincatur, Theophil. ἐν τῷ πρὸ χρηστι σκεύους. Non autem iniecta manu obtorto collo in carcerem rapiatur, vt quidam volunt.

amouet [ita tamen [1] competit hæc actio, si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit: quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus,] absolui debet. Cui scilicet conueniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitamus, inueniatur via per quam rapcores impunè suam exerceant auaritiam: melius Diualibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est: Vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licet suam [2] eandem rem existimet. Sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio [m] cadere: sin autem aliena res sit: post restitutionem eius, etiam æstimationem eiusdem rei præstare. [n] Quòd non solùm in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam in inuasionibus, [o] quæ circa res soli fiunt: vt ex hac causa

[1] Cuiac. legit. Quia tamen ita competit hæc actio si dolo malo quis rapuerit, qui aliquo errore ductus rē suā esse putat, & imprudens iuris eo animo rapit.

[k] Vetustissimus codex habet absolui de pœna rapti bonis de re debet. Vide Cuiac.

[l] Raptor rei suæ non tenetur l. 2. §. hinc eod. nec item lege Iulia l. si quis. C. ad l. Iul. sed rei suæ dominio multatur. l. si quis. C. vnde vi.

[m] Ex sensu accipit. §. sed ex constitutionibus inf. de interd. causa cadere vel formula Suet. in Caud. c. 14. Senec. de vita beat.

[n] Vim passo scilicet.

[o] Quod verbum de immobilibus proprie dicitur: capiuntur autem res mobiles.

ab omn-

ab omni rapina homines abstineant. Sanè [p] in hac actione non vtique expectatur, [q] rem in bonis actoris esse. nam siue in bonis [r] sit, siue non: si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare siue locata, siue commodata, siue etiam pignorata, siue deposita sit res apud Titium, sic vt interesse eius eam rem per vim non auferri (veluti si in deposita re culpam quoque promisit) siue bona fide possideat, siue vsumfructumquis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interest eius non rapi: dicendum est ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat: sed illud solùm, quod ex bonis eius, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia eius ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clàm facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem.

[p] Exc. 1. §. In hac ff eo.

[q] Paul. habet si eiusmodi. d. §. In hac

[r] Id est, dominio, in quo vere ea sunt quæ possidemus.

De lege Aquilia.[a]

TITVLVS III.

[1] *Tertia species delicti vnde obligatio rei pecuniariæ & priuatæ oritur.*

[a] Quidam volunt ab Aquilio Gallo, qui nunquam Prætor fuit, nisi rogatam fuisse. sed de Aquilio quidā rogante eam quia Q. Mutius Scæuola eius legis meminerit in l. Quinus hac tit. aut requiratur vel natus est fuit Gallus Aquilius, vel certe magistratus gerere aut legem rogare posset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DAmni iniuriæ [a] Actio constituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite cautum est, vt si quis alienum hominem, alienámve quadrupedem [b] quæ pecudum numero sit, iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. Quòd autem non præcisè [c] de quadrupede, sed de ea tantùm, quæ pecudum numero est, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris bestijs, neque de canibus cautum esse intelligamus, sed de iis tantùm, quæ gregatim [d] priè pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. De suibus quoque idem placuit. Nam & sues [e] pecudum appellatione continentur quia & hi [gregatim] pascuntur: [f] Sic denique & Homerus in Odyss. ait (sicut Ælius [g] Martianus in suis institutionibus refert.)

a Al. damni iniuria, id est, per iniuriam dari, id est, per culpam. Sic enim hoc verbum intelligi ista ri debere, docebit Iustin. in princ. inst. de iniur. Et hoc differt a paupere, quæ definitur damnum, sine iniuria facientis datum l. Si quadrup. pau.

b Hinc apparet seruas quadrupedibus lege fuisse adæquatas. Ex l. 5. c.

c Id est, ἀκριβῶς, simpliciter, ind. fin-

Ete, ἀκριβέμως, in l. 5. §. sed qui. ff. ad leg. Aq. can. Verum, non immerito mirabitur quis hanc interpretationem, cùm capite primo legis Aquiliæ esset scriptum quadrupedem vel pecudem. nam fere paradoxum sit ita interpretari, vel pecudem, id est, quæ pecudum numero sit.

d Sub imperio, palleris scilicet, vnde Cuias l. 21. §. 1. eo. Feras à pecudibus distinxit. e l. 2. ff. eo. l. 65. de leg. 3. vbi verb. 1. Martiani extant. f Homer. ἀγεσταὶ, quo significatur de feris nõ intelligi. Arist. 1. & 9. Anim. g Lib. 13. Odyss. h l. 2. eo. l. 65. §. Pecorib. de le. 3.

Δῆεε πάντα σύος τ' ἀγαθὴν ἠδ' ἀγέλας τε
Πασὶ κάρηνα κάτεχε, λιτὴ τε ἁπὴ Ἀρεθοῦσα.

Hoc est:

Pectantem videas qui errant per pascua porcos
Ad Coracis saxum iuxta fontẽque Arethusam.

§ Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem [insidiatorem [k]] occiderit non tenetur, vtique si aliter periculum effugere non potest. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit: si modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui non minùs ex dolo, [l] quam ex culpa quisque hac lege tenetur. Itaque si quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem seruũ tuũ traiecerit [m] distinguitur. Nam si id à milite [n] in eo cãpo, vbi solitum est exercitari, admissum est: nulla culpa eius intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpę reus est, Idem iuris est de milite, si in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit. § Item si putator [o] ex arbore deiecto ramo seruum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam, [p] aut vicinalẽs id factũ

i Theophil. παρανόμως, i. contra ius.

k Hanc vocẽ non agnoscit Theoph.

l Theoph. non minus eũ lex vlc scierit, qui per culpam occidit. quam qui ex dolo, ex culpa. est enim vniuersus ordo. simile error est in l. Iurisſ. §. Pastum. de pac. m Vel. transierit. Cuiac. sic distinguit si id a milite qui dem in campo eo, vbi. &c

n Ex l. 44. c.

o Ex Paul. l. si putator. 31. eod.

p Theophil. Circumeũ vicar, quæ omnibus est communis.

via. q Quæ in vicos ducit & publica etiam est. Theoph. l. Via. de loc. & itin. pub. l. 2. §. Viarum. Ne quid in lo. pri. l. vlt. de ser. rust. pra. Siculus Flac. de cond. agr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, neque proclamauit, vt casus euitari posset, culpæ reus est: sed si proclamauit, nec ille curauit præcauere, extra culpam est putator. Æquè extra culpã esse intelligitur, si seorsum à via fortè vel in medio fundo cædebat, licet non proclamauit: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

Hanc intelligo medicos olim χειροτεχνας fuisse l. 6. §. fi. cuti. de Offi. præs. l. Quæs. & l. seq. ea d. Gel. lib. 10. cap. 5. Plat. 11 de legib. l. Cum de Lauinio. §. in instrumento. de instru. vel instr. leg. l. illicitæ. §. Sicuti. de Offi. præs.

Aut Iurisconsulti, vel obstetricis aut alius artificij professus.

Ex Cato. Idem iuris. §. Mulionem eo. Vet. culpæ teneatur. & re.

Rè.

Qui onus peritiæ & viribus impar subierit, si ob id damnum datum sit, quomodo culpæ reus dicatur.

§ Præterea si medicus [c], qui seruum tuum secuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpæ reus etit. Imperitia [s] quoque culpæ adnumeratur: veluti si medicus [t] ideo seruum tuum occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

§ Impetu [v] quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit: culpæ reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuisset: æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter impe

imperitiam suam retinere non potuerit.

§ His autem verbis legis, *Quanti id eo in anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur: vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit [a] qua ratione creditum est, pœnalem esse huius legis actionem: quia non solùm tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando [b] longè pluris. Ideoque constat in hæredem eam actionem non transire, quę transitura fuisset: si vltra damnum nunquam lis æstimaretur.

§ Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione [c] placuit: non solùm perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea, quæ diximus: sed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore damni [d] nobis illatum fuerit: veluti si seruum tuum hæredem ab aliquo institutum, antè quis occiderit, quàm is iussu tuo hæreditatem adierit. nam hæreditatis quoque amissæ rationem esse habendã

a Vt iudex rem vero iudicando, eius æstimationem inear. l. Ait lex. ff. eod.

b Cum animal intra annum plurimi valuit quam quo tempore interfectum est VVes.

c Ait Vlpi. hac iure vtimur, vt eius quod interest, fiat æstimatio. l. 21. §. vlt. hic.

d Pecuniarij, nam affectionis ratio non habetur, vt si filium meum naturalem occiderit, non plurìs æstimabitur, quàm si filius meus non fuisset. l. si seruus. 37. eo. tit. A. C.

constat. Itē si ex pari mularū vnā, vel ex quadrigis [e] equorū vnū quis occiderit, vel ex Comœdis vnus seruus occisus fuerit: non solùm occisi fit æstimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti deprecati sunt qui superstant.

§ Liberum [f] autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis eum, reum facere. Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est. § Capite tertio [h] de omni cætero [i] damno cauetur. Itaq; si quis seruū, vel eam quadrupedem, quæ pecudū numero est, vulnerauerit: siue eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti [l] canem, aut feram bestiā vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite [k] actio constituitur. § In cæteris quoq; omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per iniuriam datū, hac parte vindicatur. Si quid enim vstum, aut ruptum [l] aut fractum fuerit: actio ex

[e] Id est quatuor equorum iugu, nec hic significatur currus, sic Syrum, cibus l. 1. epist. scribit Currus Camilli offendisse veteres Romanos, & absentes quadrigas & exilium scribit portendisse.

[f] Est apertior hic locus apud Vlp. l. vnde Nerat. §. si de'o. eo.

[g] Ex lege Cornel. de sicar. Theoph.

[h] Legis scilicet Aquiliæ cuius capitis verba vide apud Vlpi. l. si seruus. §. 3.

[i] Præter mortem scilicet. nam primū caput de damno tantùm morte illata conceptum est. [k] Caput in Pandect. appellatur. capitulum. vt Græci κεφάλαιον. quidam tamen reprehendunt hoc verbum vt barbarum. l. Cuiac. lib. ante fractum aut ruptum, vt generale verbum postremo loco ponatur. l. si seruus. §. 3. §. iaqui. §. cum ea. ff. eod.

hoc capite constituitur, quanquam poterit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Vnde non solum Fracta, aut vsta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique responsum [m] est, si quis in alienum vinum [n] aut oleum id misscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliæ cum teneri. Illud palàm est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius, homo aut quadrupes occisus occisáve fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero dāno quenq; teneri: ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit. At nec plurimi, quidem verbum adiicitur. Sed Sabino [o] rectè placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte, plurimi, verbum adiectum fuisset. Nam plebem Romanam [p], quæ Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quòd

[m] A Celso scilicet, d. l. si seruus. §. cum ea.

[n] Vlp. d. l. si seruus, habet, qui vinum spurcauit: vbi vinum spurcatum ve cat. [s] dilutum, & aqua mista vitiatum. Festus Pompe. Albenum ἀκατάλυτον τὸν οἶνον ὑγρὸν τὸ ὕδωρ. Vide Budæum.

[o] Vlp. huius sententiæ auctorem nō laudat Sabinum. l. Quāmodū. §. vlti. ff. eod.

[p] Quæ in præcedentibus dicuntur, ea in sequentibus repetita intelliguntur, l. Titia. 135. §. 2. de verbor. oblig. VVes.

prima parte pro eo verbo vsa esset.

§ Cæterum [q] placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipuè corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari solent, veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, vt fame [r] necaretur: aut iumentum ita vehementur egerit, vt rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur: aut si quis alieno seruo persuaserit, vt in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: vtilis actio [s] in eum datur. Sed si quis [t] alienum seruum, aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is suffocatus fuerit: eo, quòd proiecit, corpore suo damnũ dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia [u] tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit, quum non sufficiat, neque directa, neq; vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione [x] teneri,

q Quando locus sit huic actioni seu directæ seu vtili: aut vtraque deficiente, in factum actioni. vt l. Item si. §. si quis hominẽ. ad legem Aquil. Vide Plato. 3. de leg.

r Quæ & in facto dicitur: est autem in facto ciuilis, id est ad instar legis Aquiliæ. l. C.

s Ex Vlp. l. Qua actione. §. Sed si quis. eod.

t Hoc est quod dicimus, ipse iure. l. C.

u Prætoria scilicet, quæ diuersa est ab vtili Aquiliæ.

neri, veluti [y] si quis misericordia ductus, alienum seruum compeditum soluerit, vt fugeret.

y Ex Vlp. l. Et eleganter §. idem Labeo de do. mal. l. si hominem. Depositi Paul. 3. Sent. tit. 4. b Descripsit ferè tot. hoc. ti. Ex Vlp. l. 1. vbi additur, & vxor eum habere. E. Baronius Halonn. legit ὑγιαινε Theoph. tamen hoc loco ἀδικημα habet

De iniuriis[a].

TITVLVS IIII.

¶ Quarta species obligationis ex delicto primato.

GEneraliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit [b]. Specialiter, aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα [c] dicunt. sicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas & iniustitia, quam Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. cùm enim Prætor vel Iudex non iure contra quam pronunciat: iniuriam accepisse dicitur.

§ Iniuria autem committitur, non solùm cùm quis pugno pulsatus [e] aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui conuicium factum fuerit, siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicu-

tantum, sed etiam verbo, ait Theoph.

c E. Baronius legit ὑγιαινε Theoph. tamen hoc loco ἀδίκημα habet

d Hoc verò distat ἀδίκημα μὲν ἀπὸ τῆς ἀδικίας, quo ἀδίκημα ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης. Arist. lib. 5. Eth. & Demosth. contra Midiam.

e Non facta

ius libellum [aut carmen, aut historiam] scripserit, composuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quò quid eorum fieret: siue quis matremfamiliâs, aut prætextatum g prætextámve adsectatus fuerit: siue cuius pudicitia attentata h esse dicetur: & denique aliis plurimis i modis admitti iniuriam manifestum est. § Patitur autem quis iniuriam non solùm per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: item per vxorem k suam. id enim magis prænaluit. Itaque si filiæ alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris: non solùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris l quoq;, & mariti nomine. Contrà m autē si viro iniuria facta sit: vxor iniuriarum agere non potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cuius vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

§ Seruis n autem ipsis quidem nulla iniuria o fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur, non tamen iisdem modis, quibus etiã per liberos, & vxores: sed ita, cùm quid atrocius commissum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienũ seruum [atrociter] verberauerit: & in hunc casum actio proponitur, p

§ At si quis p seruo conuicium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit. Si communi seruo iniuria facta sit: æquũ est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem iniuriæ fieri, sed ex dominorum persona q, quia ipsis fit iniuria. Quod si vsusfructus in seruo Titij est, proprietas Mæuij, magis Mæuio iniuria fieri intelligitur.

§ Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit: nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo est, & in seruo alieno bona fide tibi seruiente: vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta sit.

§ Pœna autem iniuriarum ex lege xij. Tabularũ, propter membrum quidem

f l. Lex §. fin. quis. eod. Cornel. Tacit. 2. Annal. in Cassium Seuerum.

g Id est, puerũ vel puellã. nam prætexta puerorum erat indumentũ ad annum 17. Gell. lib. 1. c. 23. Plutarc. in Romul.

h Vt ex pudico impudicum faceret. l. Attentari. ff. eod.

i Quas reperire licet ex Pand. eo tit.

k Atque etiam sponsam. l. Item apud §. Aliud. eod.

l In cuius est potestate filia. Vide l. si vnus. §. ait Prætor ff. eod.

m Ex Paul. l. 2. eod. quia vxor à viro, & non contra, dignitatem accipit.

n Vide hunc locum tractat. l. Item apud. eod.

o Quia seruorum nulla est Iure ciuili dignitas. l. 3. de cap. minu.

p Ex l. Item. §. In verbis eod.

q quid enim si alter è dominis Senator sit, alter priuatus? Theophi. Vide l. 18. eod. qua videtur obstare.

dem ruptum talio [r] erat: propter os verò fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate [s]. Sed posteà Prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare [t]: vt iudex, vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quę ex lege xij. Tabularum introducta est, in desuetudinem [u] abiit, quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ: qui gradus condemnationis, & in seruili persona non immeritò seruatur: vt aliud in seruo acto re, aliud in medij [x] actus homine, aliud in vilissimo vel compedito ius æstimationis constituatur.

§ Sed & lex Cornelia de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quod se pulsatum quis, verberatúmve, vel domum

[r] *Gell. lib. vlt. cap. 1. Cic. pro Cæc. Exo. c. 21. Deut. c. 25. Leuit. c. 22. Imp. vt exæt pœnam reciprocam. l. 3. C. Theo. de rab. reu.*

[s] *De maximo. Veterum Rom. subsidio cenſu. vide Heliear. li. 1. Antiq. Rom. Gell. lib. 11. cap. 1. Plin. lib. 18. cap. 3.*

[t] *Vt qui iniuriā eſſet affectus, ita diceret, Iniuriam mihi illatam centum aureis æſtimo.*

[u] *Labeo in citato Gellij loco huius deſuetudinis cauſam fuiſſe ro habet ne ob humilis deyalmare.*

[x] *Theoph. medioſtinum videtur ſignificare,*

domum suam vi introitam [a] esse dicat. Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, siue gratis, siue hospitio [b] receptus sit.

§ Atrox iniuria æstimatur [c] vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco: veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona: veluti si Magistratus iniuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, patrónve fiat à liberis, vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis, patrónique, aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Patui autem refert, vtrum patrifamiliàs, an filiofamiliàs talis iniuria facta sit. nam & hæc atrox iniuria æstimabitur.

§ In summa, sciendum est, de omni iniuria, eũ qui passus est, posse vel criminaliter [d] agere, vel ciuiliter. Et si quidem ciuiliter agatur: æstimatio-

[a] *A diretarigo vi uebat Paul. l. 1. Sent. de quibus in l. Sacularq. De extraor. cog. l. 1. de effra.*

[b] *Accipe de certa habitatione & fixa, non vera peregrinatoria. l. 1. §. habitatione. De eis qui deiecer.*

[c] *VII. circũſtantias enumerat Clar. in h. Aut ſi. §. 1. De pœn. Hic autem §. ex Vipia. l. 7. §. Atrocem. ee. Fab. l. 7. c. 1. d Exod. cap. 22. Ariſtotel. problẽ. ſect. 29.*

[d] *Publico iudicio ſecundum Duare Baronem, quã*

mam lib. 1. Diſput. cap. 37. Priuato iudicio ſecundum magis probat Cont. l. vlt. Cood. Fac. Nouell. 71

ne fa

ne facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet obseruando, quod Zenoniana constitutio introduxit, vt viri illustres [f]: quique super eos sunt, & per procuratores possint actionem iniuriarum criminaliter [g], vel persequi, vel suscipere secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

§ Non solùm [h] autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verùm ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam, vel qui procurauit, vt cui mala pugno per cuteretur.

§ Hæc actio dissimulatione [i] aboletur [k], & ideò si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animũ suum non reuocauerit [l], posteà ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

f Id est, Consules Patritij. Duar.

g Nam ciuiliter cuilibet licet. l. Non solùm. 15. ff. eodem. In criminali iudicio non licuit reliquis. l. pen. ff. de pub. iud.

h Vet. curauit. Ex his videlicet edictis prætoris verbis, cuiusue opera, &c. l. 15. ff. eod.

i Terentij locus huc pertinet in Adelph. Act. 1. Scen. 2. Ni ea admercatum. &c. Non solùm. §. 1. eod.

k Quia vt ait Cicero pro Cæc. actio iniuriarum nõ res possessionis assequitur, sed dolorem inumbrata libertatis iudicio pœnaque mitigat.

l Id est, vt rem indigna in quo animo non tulerit. Theophi.

DE

De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.

TITVLVS V.

¶ Hæc actio, est veluti ex maleficio, vt plerunque in imperitum iudicem datur. In prudentia verò iudicis prolata sententia, vix ullum ipsorum scientiæ debitum adsignat. vt Aristo. scribit. lib. 5. Ethic.

SI iudex litem [a] suam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus videtur, sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam adeò videtur quasi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam [b] sustinebit.

§ 1 Item [c] is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, deiectum effusumve aliquid est, ita vt alicui noceret: quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi.

a Ex l. Ex maleficio. de oblig. & act. Est autem prima species obligationis ex delicto.

b Aliud si dolo malo iudicasset: qua casu veram litis æstimationem præstare cogitur l. si filiusf. §. vlt. de iud. & de pœna iud. qui ma. iud. Nou. 86. Aristot. lib. 5. Ethic.

c L. 1. de his qui deiect.

Est secunda species obligationis ex quasi delicto.

§ 4 Cui

Universidad de Deusto Biblioteca

§ 3 Cui similis [d] est is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere: quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo verò, quod deiectum effusumve est, dupli, quàtum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem verò liberum occisum quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò viuat, nociúmque ei esse dicatur: quàtum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes [e] medicis præstitas, cæteraque impẽdia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas, quibus caruit, aut carituras est ob id quod inutilis est factus.

§ Si filius familiàs seorsum à patre habitauerit [f], & quid ex cœnaculo eius deiectum effusumve fuerit, siue quid positum suspensumve habuerit cuius casus periculosus est, Iuliano placuit in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum [g] esse. Quod & in filiofamiliàs iudice obseruandum est, qui litem suam fecerit [h].

§ 4 Item [i] exercitor nauis, aut cau-

d Est 3. species obligat. ex quasi delictu. l. 4. de his qui deiec. vel effus. Nec enim eiusmodi vsus, nec deformatatis vlla iniuria æstimatio, quæ nulla corporis liberi esse potest. l. Ex hac l. 5. quadru. pau. fec. dic.

e Quod certè veterius reprehensione dignum semper habitum est. Cicer. pro Cæcin. reprehendisti à patre quod se migrari, &c. l. 1. §. 5. ff. de ædilit.

f Vel ff. de var. & extr. cog.

g Est 4. species obligationis quæ quasi ex delicto. Exercitor autem est ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet.

ponæ, aut stabuli de dolo [k], aut furto, quod in naui, aut caupona, aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modò ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera [l] nauem, aut cauponam, aut stabulum exercet. Cùm enim, neque ex maleficio, neque ex contractu sit aduersus eum constituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus est, quòd opera malorum hominũ uteretur: ideò quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit: quæ heredi quidem datur, aduersus heredem autem non competit [m].

k Cuiac. legit de damno, vt l. 4. §. vlti. de oblig. & act. l. vlti. naut. caup. stab. ex Paul. Pier.

l Fallum autem vectorum in hac actione non venire. In actione de recepto, quæ est ex contractu, fallum vectorum venire. I. C.

m Nisi ex eo fallus sit locupletior. l. 3. de calum.

De actionibus [a].

TITVLVS VI.

a Actiones dictæ sunt, ait Theoph. quòd improbos & perfidos ad iudicia agant. Hæc desinit exc. nihil. de oblig. & act. l. 6. in fin. de neg. gest.

¶ De personis Ius lib. 1. exposuit, deinde post lib. 2. 3. & 4. de rebus tam corporalibus, quàm incorporalibus inter quas obligationes sunt. § fina. suprà de vsu. & ha. & suprà de rebus incorpo. Superesse igitur & de actionibus ius interpretari.

SVperest, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius [b] persequendi in iudicio [c], quod sibi debetur.

¶ Prima actionum diuisio in reales & personales.

1 § Omnium autē actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitróſve [d] de quacunque re quæritur, ſumma [e] diuiſio in duo genera diducitur. aut enim in rem ſunt, aut in perſonam. Namque agit vnuſquiſq; aut cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex malefício. quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonā, per quas intendit aduerſarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibuſdā modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus eſt, mouet tamen alicui de aliqua re controuerſiam. quo caſu proditæ actiones in rem [f] ſunt: veluti ſi rem corporalem poſſideat quis, quam Titius ſuā eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominū eius ſe eſſe dicat. nam ſi Titius ſuā eſſe intēdat, in rem actio eſt.

¶ Pro incorporalibus in rem proditæ ſunt actiones confeſſoria & negatoria.

2 § Æquè ſi agat quis ius ſibi eſſe fundo fortè, vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio eſt. Eiuſdem generis eſt actio de

b Id eſt, Facultas & formula. l. 1. de eo quod certo. Theoph. habet δίωγμον.

c Id eſt, apud iudices datos & recuperatores, non in iure apud Prætorem. d Iudicem ſtricti iuris, Arbitri verò bonæ fidei iudicis adhibentur. Illi ex formula à Prætore data, hi ex bono & æquo iudicant. l. A Diuo. de re iud. l. 1. ad leg. Iul. repet. e Id eſt, prima, ac præcipua. Theoph. ἄνω.

f Quæ vocantur rei vindicationes. l. Actionum. de oblig.

de iure prædiorum vrbanorum: veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi: proſpiciendíve, vel proiiciendi [g] aliquid, vel immittendi tigunum in vicini ædes. Contrà quoque de vſu fructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum vrbanorum, inuicem quoque proditæ ſunt actiones: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi fruendi, eundi, agendi, aquámve ducendi: item altiùs tollendi, proſpiciendíve, vel proiiciendi immittendíve: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ [h]. Quod genus actionis [i] in controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit qui non poſſidet. ei verò qui poſſidet [k], non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe. Sanè vno caſu [l] qui poſſidet, nihilominùs is actoris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportunius apparebit.

g Proiectū eſt Nonio Atare. longe latiſſimè, & extenſiuè. l. 242. de verb. ſignif. Vitr. Bud. Com. lib. 4 cap. 9.

h Prudentes paſſim vocant Negatoriam l. Vti frui. ſi vſuſf. pet.

i Negatoria, ſcilicet.

k Hoto. legit, agit. ex l. 6. §. l. ff. ſi ſer. vindi. l. 1. §. vlti. Si vſuſf. pet. Eſt locus valdè perplexus. l. Aliàs vno. aliàs illo. meliùs tamen legetur. Sanè in hoc caſu, id eſt, in controuerſia ſeruitutum. Vide Goutia. Var. cap. 42. l. & ſi fortè. §. ſciendum. Si ſeruitutem.

Universidad de Deusto Biblioteca

similes [m], ex legitimis, & ciuilibus [n] cau-
sis descendunt. Aliæ autem sunt, quas
Prætor ex sua iurisdictione [o] compara-
tas habet tam in rem, quàm in perso-
nam, quas & ipsas necessariũ est exem-
plis ostendere. vt ecce, Plerunque * ita
permittit Prætor in rem agere, vt vel
actor dicat se quasi [p] vsucepisse, quod
non vsuceperit: vel ex diuerso, posses-
sor dicat aduersarium suum non vsuce-
pisse, quod vsuceperit.

§ Nanque si cui ex iusta causa res ali-
qua tradita fuerit (veluti ex causa em-
ptionis, aut donationis, aut dotis, aut
legatorum) & needum eius rei domi-
nus effectus [q] est: si eius rei possessio-
nem casu amiserit, nullam habet in
rem directam [r] actionem ad eam per-
sequendam: quippe ita proditæ sunt
Iure ciuili actiones, vt quis dominium
suum vindicet. sed quia sanè [s] durum
erat, eo casu deficere actionem: inuen-
ta est à Prætore actio, in qua dicit [t] is
qui possessionem amisit, eam rem se
vsucepisse, quam vsu non cepit, & ita
vindicat suam esse, quæ actio Publicia-
na appellatur, quoniam primùm à Pu-
blicio Prætore in edicto proposita est.

¶ II. Exemplum actionum in rem Prætoriarum, actio Rescissoria vel restitutoria.

5 § Rursus ex diuerso, si quis cùm
reipublicæ causa [u] abesset, vel in ho-
stium potestate esset, rem eius qui in
ciuitate esset, vsuceperit: permittitur
domino, si possessor rei publicæ causa
abesse desierit, tunc intra annum [x] re-
scissa vsucapione eam petere, id est,
ita petere, vt dicat possessorem vsu non
cepisse, & ob id suam rem esse. Quod
genus actionis quibusdam & aliis si-
mili æquitate motus Prætor accom-
modat [y], sicut ex latiore Digestorum
seu Pandectarum volumine intellige-
re licet.

¶ III. Pauliana actio: sic enim vocatur in l. Videamus ff. de vsur.

6 § Item si quis in fraudem [z] credi-
torum rem suam alicui tradiderit: bo-
nis eius [a] à creditoribus possessis [b], ex
sententia Præsidis permittitur ipsis cre
ditoribus, rescissa traditione eam rem
petere [c], id est, dicere eam rem tradi-
tam nõ esse, & ob id in bonis debitoris
mansisse.

¶ IIII. Et V. Seruiana, & Hypothecaria.

m Vel in rem, vel personã.
n Pomp. l. 2. §. Hi legibus de orig. iur.
o Id est, ex suis edictis Prætor.
p Primum exemplum Publicianæ actionis prætoriæ. Accipe pro tanquam Thophil ὡσανεί.
q Per vsucapionem scilicet, l. 3. ff. de vsucap.
r Qua tantum domino datur: l. in rem, 24 ff. de rei vend.
s Cùm non contra dominum, sed alium iniustum possessorem agatur. l. pen. & vlt. eod. VVese Intendit, id est, effectu sic concludit, & iure vtitur eius qui vsucepit, & hoc rebus ipsis dicit.
t Velut in legationem missus l. 13. & l. 44. §. vlt. de vsurp.
u Vtilem. §. l. 1. Ex quibus can. ma. Hodie verò quadriennii datur. l. vlti. C. de temp. in integ. rest.
x Intelligo de tertii actione.
y Cùm sit fraus duplex Consilij, & Euentus, vtrumque concurrat, necesse esse, l. 1. Quibus ex caus. maio. l. Art. Dig. in fraud.
z Debitoris, scilicet.
a Quidam egit ex sententia Præsidis possessio.
b Pauliana scilicet.

7 § Item Seruiana [d], & quasi Seruiana (quæ etiam Hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis de rebus coloni [e], quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. [f] Quasi Seruiana autem est, qua creditores pignora hypothecáve persequuntur. Inter pignus autē & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest. nam de qua re inter creditorem & debitorem cōuenerit, vt sit pro debito obligata, vtraque hac appellatione [g] continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris [h] appellatione eam propriè rem cōtineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione, nuda conuentione tenetur, propriæ hypothecæ appellatione contineri dicimus.

¶ *Hactenus de prætorijs in rem: nunc de iis quæ in personam sunt & de III. disseritur.*

8 § In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet Prætor: veluti de pecunia constituta. cui similis videbatur receptitia [i], sed

[d] *Duar. ad l. 4. de pact. eā instituit Seruius Prætor. Theoph.*

[e] *Colonus in ag. o: Inquilinus in ædibus. l. re pignoris. 37. de acq. possess.*

[f] *Non iure quidem tacito, vt in vrbanis, sed ex pacto. §. interdictum. inf. de interd. Toto. Theoph. habet actiones.*

[g] *Valla not. l. 6. cap. 57. Fac. l. Res hypothecæ de pign. Cæsar in l. Plebs. §. Pignus de ver. signific.*

[h] *Actio constituta pec. datur in quemcunque qui se constituerit.*

[i] *Receptitia in Argentarium sese constituentem. Item Actio de const. ad res numero, pondere, mensura constantes. Receptitia ad omnes planè. Fac. l. 6. §. Ratio. de eden.*

ex

ex nostra cōstitutione [k] (cùm & si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ tranfusum est) & ea quasi superuacua iussa est cum sua authoritate à nostris legibus recedere. Item prætor proposuit actionem de peculio seruorum, filiorúmque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.

[k] *l. 2. C. de constit. pec.*

9 § De constituta [l] autem pecunia cum omnibus agitur, quicunque vel pro se, vel pro alio soluturos se constituerint: nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulanti promiserint, Iure ciuili tenentur.

[l] *Constitutoria act. l. nec enim. C. de cōstit. pec.*

10 § Actiones autem de peculio [m], ideò aduersus patrē dominumve comparauit Prætor. quia licet ex contractu filiorum seruorumve ipso iure non teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum, hliarúmque, item seruorum) condemnari eos.

[m] *Accipe de professitijs dūtaxat.*

11 § Item si quis postulante [n] aduersario iurauerit deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei soluatur: iustissimè adeommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

[n] *Quo non deferente si iurauerit quis, sibi æstimata iurauit nec vlla datur actio. l. 1. §. In facti. C. de iureiur. Exod. ca. 23. Cic. 3. Off. Plu. in Numa. Pla. 6. de Repub. Diod. Sic. de Ægyp. Sac.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Tertium actionum prætoriarum genus, quæ ad pœnam non rei persequendæ causa competunt.*

12 § Pœnales quoq; actiones Prætor penè multas [a] ex sua iurisdictione introduxit: veluti aduersus eum, qui quid ex albo [b] eius corrupisset: & in eum, qui patronum [c] vel parentem in ius vocasset, cùm id non impetrasset. item aduersus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

¶ *Post omnia ciuilium & prætoriarũ exempla dicit de præiudicialibus, quæ partim ciuiles, partim prætoriæ sunt.*

13 § Præiudiciales [d] actiones in rem esse videtur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel seruus, vel de partu aguoscendo. Ex quibus ferè vna illa legitimã [e] causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit. cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

14 § Sic itaq; discretis actionib. certum est non posse actorẽ suam rem ita ab aliquo petere, si apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris est,

a Alias per multas, alias bene multas.

b Album ypsum erat tabula, vbi Prætorum edicta, nomina iudicum & decurionum scribebantur. Cic. 2. de na. deo. l. 2. de iurisd. 101. tit. de alb. dec. scri. Sue. in Claud. cap. 16 Latini seruum ignarum albo iudicium eraſit.

c Verba sunt edict. l. quique, de in ius vocand.

d Præiudicia quid sit, hic rectè tradit Theoph. Dua. Diff. cap. 2. res est quæ cũ statuta fuerit, inquit, Asc. adfert iudicaturi exemplum, quod sequantur.

e Theophil. habet & vna ex lure ciuili defendit.

id ei

id ei dari oportet: scilicet, quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat. Nec res quæ iam actoris est, magis eius fieri potest. Planè odio [f] furum, quo magis pluribus actionibus teneantur effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, si appareat eos dare oportere: quamuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

15 § Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes [g]: in personam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denuntiare prisca lingua: nunc verò abusiuè dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio [h] fit.

¶ *Secunda actionum diuisio, quædam rei persecutoriæ: quædam pœnales, quædam mixtam causam habentes.*

16 § Sequens [i] illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequẽdæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt.

f Fac. l. vlt. §. vlti. Vsufr. quemad. cauea.

g Gell libr. 20. cap. 9. l. 21. de vbl. & actio.

h Denuntiationem sequebatur actio in personam. Terent. Ego te. cognatum dicam? & tibi ſerebam dicã. vbi Donatus, A denuntiatione in personam ne diceret, non mihi denũciasti.

i Theophi. Græcopa. Latinis enim sequens dicitur sequundum. Vide liquet ex ſulli qui hic numerant 3. diuiſionem, nam in §. ſed iſta, ſubdiuiſio eſt non altera diuiſio.

§ Rei persequendæ causa comparatæ, sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, quæ in personam sunt, eæ quidē, quæ ex contractu nascuntur, ferè [k] omnes rei persequēdæ causa comparatæ videtur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. Planè si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit: in duplum actionem Prætor reddit: si modò cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede eius de dolo ipsius [l] agitur, quo casu mista est actio.

17 § Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ [m] persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quàm rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam * tàtum persequitur quis actione furti, siue enim manifesti agatur, quadrupli, siue non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: siue fur [n] ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. Eo amplius aduersus furem etiam condictio est rei. Vi autem bonorum raptorum

[k] Quod verbum adiectum est, ob sequentia hæc verba, Planè si depositi, &c. l. Heredis nimirum. l. 1. in princ. depos. Hoc de lege pœna nō conuentionali accipiendum est. VVes.

[l] Quæ hic subiiciuntur de pœna furti, de vi bonorū raptorum, & actionum legis Aquiliæ suis suprà locis explicantur.

[m] Eiusque heredem. l. 5. & 7. §. vlt. C. de cād. fur. non contra tertiū, vt vendicatio, quum sit personalis.

rum actio, mista est: quia in quadruplo rei persecutio continetur, pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mista est: non solùm si aduersus inficientem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat: velutisi quis hominē claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, [o] secundū iam traditam diuisionem. Plrē mista est actio [q] contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesijs, vel alijs venerabilibus [r] locis legati vel fideicommissi nomine dare distulerint: vsque adeò, vt etiā in iudicio vocarentur: tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantùm pro pœna, & ideò in duplum eius sit condemnatio.

18 § Quædam actiones mistam causssam obtinere videntur, tam in rem, quàm in personam: qualis est familiæ erciscundæ [s] actio, quæ competit

[o] Vet. Cod. add. plurimi & magni pretij fuerit. p. i. distinctionē sup. de lege Aquil. quo sensu aliquoties in instit. dictum vsurpatum. VVes.

[q] Quamuis sit quasi ex contractu. supra de obl. quasi ex cont. §. vlt. Cui.

[r] Puta Xenodochus, Orphanotrophij, aliaque sacra pijs, tit. C. de Episc. & cler.

[s] Familiæ herciscundæ. bona hereditaria. Erctum, scitum quo? si inter consortes, vt in lib. legum

*6. legitur. Sex. Pomp. Erctum à coercendo dictum est. vnde & ercisci, prouidere & coercere. Tres hæ actiones ex leg. xij. Tab. desumuntur. l. 1. simil erciscun. l. 1. fin. & l. 1. Comm. divid. quæ ideo conscripta sunt, vt communia, quæ contentiones gignere solet. l. Communiter. §. Dulcissimus. de legat. 2. tollatur. Plutar. in vita Æmil. Prob.

cohere

Universidad de Deusto
Biblioteca

coheredibus de diuidenda hereditate. Item communi diuidundo: quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt diuidatur. Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus iudiciis [t] permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare: & si vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

¶ Tertia actionum diuisio à quantitate multiplicata.

19 § Omnes autē actiones, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum: vlterius autem nulla actio extenditur. In simplum agitur: veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mādato, & denique ex aliis quā plurimis causſis. In duplū agimus: veluti furti nec manifesti, damni, iniuriæ ex lege Aquilia, [u] depositi, [x] ex quibusdā causſis. Item serui corrupti: [y] quæ cōpetit in eū, cuius hortatu, cōsiliove seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit,

[t] Id est, actio nibus

[u] Ex inficiatione, scilicet.

[x] Puta cum quod tumultus, aut incendij causſa depositum est nō reddideris.

[y] Arist. 5. Ethic. Plutarch. in Demosthen.

In

In qua actione eārum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ suprà diximus. [a]

20 § Tripli verò agimus, cùm quidam maiorem vera æstimatione quantitatē in libello conuentionis inserunt, [b] vt ex hac causſa viatores, [c] id est, executores litium, ampliorem summam sportularum [d] nomine exigerent. tunc enim id, quod propter eorum causſam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore consequetur: vt in hoc triplo etiam simplum, in quod damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio [e] introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam proculdubio [f] certum est ex lege condictitia emanare.

21 § Quadrupli [autem agitur,] veluti furti manifesti, item de eo, quod metus causſa factū sit, deque ea pecunia, quæ in hoc data sit, vt is cui datur calumniæ causſa, negotium alicui faceret, [g]

[a] §. ex maleficijs sup. ea.

[b] Vt insertum. Cū allor plus summa petatur.

[c] Hi olim constituti ad accersendos à villa in Curiam & Senatores, unde sic nominati. Cic. in Caro. Ma. Rufus postea nominati, quia in ius vocarēt. quod tamen in desuetudinem venisse in l. 22. C. de procur. (sed vide Iul. Capitolin. in vita Pertinac.)

[d] Sportulas salaria vocat l. vlt. C. de sport. Harmenop. l. 1. tit. 4. & Franc. leg. de salarijs viat.

[e] Quæ litium executoribus sportularum nomine aliquid dari inhibetur non extat.

[f] Cum rectitudo, ex qua proculdubio est ex lege condictionem emanare. i. certum est ex lege nostra dari condictionem ex lege l. 1. ff. de condict. ex lege

[g] Iudicio calumnioso vexaret. Fac lib. 5. c. 49. 22 l. Qui iudicio. De accus.

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel non faceret. Item ex lege condictitia nostra constitutio oritur,in quadruplum condemnationem imponens ijs executoribus litium,qui contra nostræ constitutionis normam à reis [h] quidquam exegerint.

h Siue actore. siue reo quid expresserint.

22 § Sed furti quidem nec manifesti actio & serui corrupti, à cæteris,de quibus simul locuti sumus,eo differunt, q hæ actiones omnimodò [k] dupli sunt. at illæ (id est,damni iniuriæ,ex lege Aquilia & interdum depositi [l]) inficiatione duplicantur:in confitentem autẽ in simplum dantur.Sed illa,quæ de ijs competit,quæ relicta venerabilibus locis sunt non solùm inficiatione duplicatur, sed etiã si distulerit relicti solutionẽ vsque quo iussu magistratuum(nostrorum[m]) conueniatur.In confitentem verò,antè quàm iussu magistratuum cõueniatur, soluentem,simpli redditur.23 § Item actio de eoquod metus causa factum sit, à cęteris,de quibus simul locuti sumus, eo differt,quod eius natura tacitè continetur: vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat,absoluatur.quod in cæteris casibus non est ita:sed omnimodò [n] quisque in quadruplum cõdemnatur: quod est & in furti manifesti actione.

k Sine necet quis,siue fuerit cum.

l Id est,damni ex lege Aquilia, & de dolo interdũ deposiri.Quod & Accurs. notauit. bene de dolo, vt in §. Plane si depositi.sup.l. C. an Abiit à Vet.

n Non expectato arbitrio iudicis, quia illa non sunt arbitrariæ actiones.A.

¶ *Quar*

¶ *Quarta diuisio actionum:Cum xix. exemplis actionum bonæ fidei.*

24 § Actionum autem quædam bonæ fidei [o] sunt,quædam stricti [p] iuris [q] Bonæ fidei sunt hæ:ex empto, vendito, locato, [r] conducto, negotiorum gestorum,mandati,depositi, pro socio , tutelæ , commodati , pignoratitia , familiæ erciscundæ , communi diuidundo præscriptis verbis,quæ de æstimato [s] proponitur , & ea quæ ex permutatione competit , & hæreditatis petitio. Quanuis enim vsque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio esset,an non:nostra tamen constitutio [t] apertè eam esse bonæ fidei posuit.

¶ *Actio ex stipulatu detis relata à Iust. inter bonæ fidei iudicia.*

25 § Fuerat anteà & rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei iudicijs: [v] sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem inuenientes , omne ius , quod res vxoria anteà habebat,cum multis diuisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis [x] proponitur,

o Bona fides & sinceritas fidei dicitur in l. 2. C. si prop. pub. pensit.

p Theophil. Iesit . quædam stricta . sed nũ malè stricti iuris dicuntur. l. vnic. §. sed & si non ignoramus. C. de rei vxor. act. I. C. Vide Cic. in Topic. & 3. Of. fi. Dua. ad ite. de in lit. in. d. pen. in fi. sol. mat. l. 22. de sol.

q Martian. vocat actiones stricti iudicij. In actionibus. de in lit. inr.

r Cuman. sub contractu locati emphyteusim comprehendit.

s Quæ est cum rem aliquam æstimatam tibi trado,vt vendas.

t l. vlt. C. de pet. her.

v l. Sed si. sol. mat.

x Soluto scilicet matrimonio. Theophil.

μετάδιδωμι σοι τὴν μυ

transtu

Universidad de Deusto
Biblioteca

y Fac. l. Assiduis. §. Adhæc. C. Qui potior. in pign. Nouell. 97.

z Detur scilicet.

a Id est, in qua libera potestate iudici permissa.

b In quibus summa, id est exacta interpretatio constituti ratio haberi Theoph.

c Nusquam quod sciam legitur hoc D. Marci rescriptum. d Theophilo vocat ἀντιπαραγραφὴν, id est, retentionem imputandi, qui contra adgeritur.

e Hoc est si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & vt dicitur, liquidi ad liquidum. l. vlt. C. de compens. Theoph.

transtulerimus meritò rei vxoriæ actione sublata ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicij tantùm in exactione dotis meruit, vt bonæ fidei sit. sed & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri y autem alijs creditoribus in hypotheciis tunc censuimus, cùm ipsa mulier de dote suâ experiatur, cuius solius z prouidentia hoc induximus.

¶ *De natura bonæ fidei, & compensatione.*

26 § In bonæ fidei iudicijs libera potestas permitti videtur iudici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. In quo a & illud continetur: vt si quid inuicem præstare actorem oporteat: eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti iuris b iudiciis ex rescripto diui Marci, c opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio eadem compensationes, d quæ iure aperto e nituntur, latiùs introduxit, vt actiones ipso iure minuant, siue in rem: siue in personam, siue alias quascunque: exceptâ sola depositi actione, cui aliquid

compensationis nomine opponi, sanè f iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis ex actione defraudetur.

f Vet. impium & iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis ex actione defraudetur.

¶ *De actionibus arbitrarijs.*

27 § Præterea g quasdam actiones arbitrarias, h id est, ex arbitrio i iudicis pendentes appellamus: in quibus, nisi arbitrio iudicis, cum quo agitur actori satisfaciat: veluti rem restituat, vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa k seruum dedat: condemnari debeat. Sed istæ actiones, tam in rem, quàm in personam inueniuntur. In rem: veluti Publiciana, l m Seruiana, de rebus coloni, quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur.

§ In personam: veluti quibus de eo agitur, quod vi n aut metus caussa, aut dolo malo factum est. Item cùm id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio iudicis pender. In his enim actionibus & cæteris similibus, o permittitur iudici ex bono & æquo, secundùm cuiusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat. Curare autem.

g Vet. præterea.

h Duar. in tit. de in. int. iur. Cicer. pro Rosc. Amerin. sic.

i Theophil. hanc appellat. ἀκτίωνα. l. Arbitrio. de iudic. l. 3. §. Hæc. & §. Prætor. Quod met.

k Et nõ solum rem ipsam. sed quod interest naturæ loci.

l Vide Duar. ad tit. de in. litigan. in verbis. Plane interdum.

m Vide exemplum apud Theoph.

n Ver. carent hic, vi: quod probatur à l. 1. de eo quod met. caus.

o Vt Redhibitoria, & Rer.

tem debet iudex, vt omnino[p] quantum possibile ei sit, certę [q] pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

¶ *Quæ pœna mulctetur qui plus petit: quod quatuor modis fit, re, tempore, loco & caussa.*

28 § Si quis agens, intentione sua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat [r] causa cedebat, [s] id est, rem amittebat: nec facilè in integrum restituebatur à prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. Huic enim, sicut in alijs caussis, caussa cognita succurrebatur, si lapsus iuuentute [t] fuerat: ita & in hac caussa succurri solitum erat. Sanè si tam magna caussa iusti erroris interueniebat, vt etiam constantissimus quisque labi posset: etiam maiori vigintiquinque annis succurrebatur,[v] veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam alijs legata data sint, quæ efficiebant, vt plus petijsse videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideò lege Falcidia legata minuebantur.

29 § Plus autem quatuor modis [a] petitur: re, tempore, loco, & caussa. Re: veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam vel maiorem partem [b] suam esse intenderit. Tempore: veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardiùs [c] soluit, quàm soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur.

30 § Loco plus petitur: veluti cùm quis id, quod certo loco [sibi [d] dari) stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione [e] illius loci, in quo sibi dari stipulatus est. verbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit, *Ephesi dare spondes* Romæ purè intendat, sibi dari oportere. Ideò autem plus petere intelligitur: quia vtilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solueret, adimit ei pura intentione. Propter quam caussam alio loco petenti arbitraria actio proponitur: in qua scilicet ratio habetur vtilitatis, [f] quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret, (quo

[p] Vetet. vt omnimodo. & paulopost, vel certæ rei. I. C.
[q] Vt eadem re in eo aut. r. Al. ei competebat.
[s] Caussa cadere. Eadem Sueton. in Claud. c. 14. Nam & hic, qui apud prætorem iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. Paul. lib. 1. Sent. tit. 19. quæ intellige de solis strictis iudicijs actionib.
[t] Id est, iuuenili temeritate.
[v] Theophil. hic. Seneca lib. 6. de benef. 6. Epist. Quid enim aliud agitur cum eum quem interrogatis scientes in fraudem inducitis, quam vt formula excidisse videatur sed quemadmodum illam Prætor, sic hos Philosophia in integrum restit.

[a] Cicero Part. Paul. lib. 1. Cant. tit. 12.
[b] Vel. maiore ex parte.
[c] Cic. pro Rosc. Com. l. Si cui 12. de verb. sig. l. Solidum 8. de solut. Bis enim dat, qui citò dat.
[d] Al. desunt hæc verba.
[e] Hoc est quod postea dit. pure nulla mentione facta conditio. stricto iudicio, sine mentione arbitrij.
[f] Vide Vlp. in l. 3. § nunc. de officio. de eo quod cer. loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se soluturum spopondit,] Quæ vtilitas [h] plerunque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento: quæ per singulas regiones diuersa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub eisdem vsuris [i] fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo vt sibi detur, stipulatus est: pura actione rectè agit. Idque etiam Prætor monstrat, scilicet quia vtilitas soluendi salua est promissori

[h] Incln. non sunt in vet. li. b Ex Cod. l. 4. de eo quod cer. lo. quia vtilia sint pretia rerum &c. [i] Diuersitatis vide Theophi. * l. quod si Ephesi 5. & quod cer. loc. & causam pro tuendo accipe l. Oblig. 42. de oblig. & act. l. Vet. alterum petat. in In quo quæ rieri vel res disiunctiuè promissa est. Fac. l. Cum vir. 32. de condic. indeb. l. fideiussorem 52. Mand. l. 4. de Trit. vino, ol. leg. Gabr.

* 31 § Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is, qui caussa [k] plus petit: vt ecce, si quis ita à te stipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes?* deinde alterum petat, [l] veluti hominem tantùm aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, [m] promissoris est electio, vtrùm pecuniam, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, vel hominem tantùm sibi dari oportere intendit, eripit electionem aduersario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, aduersarij verò sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est

est actio, vt quis intendat hominem Strichum, aut aureos decem sibi dari oportere, id est, vt eodem modo peteret, quo stipulatus est.

§ Præterea si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Strichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum [n] petat, aut generaliter purpuram stipulatus sit: deinde specialiter Tyriam [o] petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quàm quòd peteretur. Quinetiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, quod [maioris [p] pretij est.]

32 § Sed hæc quidem anteà in vsu fuerãt: posteà verò lex Zenoniana [q] & nostra rem coarctauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum: in omne, si quod fortè damnum ex hac causa acciderit, ei, contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli

[n] Vinum est Italicum præstantissimum memînit Paulus, l. stipulationum quadam. & Vlp. l. si aüe. de verb. obli. Flo. libra 1. Plut. lib. 3. cap. 3. [o] Omnium laudatissimam. de qua vi. e Strabo. lib. 16. Plin. lib. 21. 8 ca. & lib. 3. capi. 19. Poli. Miscell. cap. 12. [p] Ver. magni pretij sit. [q] Non extat in C. Iust. memini; tamen Iustin. 5. Hodie. de except. infr.

condemnatione (sicut suprà diximus [r]) puniatur.

¶ *Quomodo succurratur ei, qui minus petit quàm debetur, aut aliud pro alio petit.*

33 § Si minùs in intentione sua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti si cùm ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cùm totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine periculo agit, in reliquum enim nihilominus iudex aduersarium [eodem iudicio ei condemnat [s]] ex constitutione diuę memoriæ Zenonis. Si quis aliud pro alio [t] intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita veritate errorem suum corrigere ei permittitur [u]. veluti si is, qui hominẽ Stichum petere deberet, Eutem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intẽderit, quod ex stipulatu debatur.

Quinta & vltima actionum diuisio in eas quibus modò solidum, modò minus persequimur: ad harum vij. exempla proponitur.

34 § Sunt præterea quædam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modò solidum persequimur, modò minus, vt [ecce, si in peculium filij seruiue [a]] agamus. Nam si non minùs in peculio sit, quàm persequimur: in solidum dominus, patérve condemnatur, si verò minus inueniatur [b]: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit [c]. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus.

35 § Item si de dote in iudicio mulier [d] agat: placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati cõcurrant facultates [e] eius: in solidũ damnatur: si minùs, in tantũ, quantum facere potest. Propter retentionẽ quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas [f] in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est: quia ipso iure necessarijs sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet.

[r] §. Tripli. *supr. hoc tit. vbi nonnulla agit de eo qui plus petebat vt maiores sportulas viatores exigerent. Sed cum desideretur hoc de re constitutio Iustiniã. multa hic nobis incerta relinquuntur. G.*

[s] *Vet. in eod. iudic. si condemnat.*

[t] *Error sed licet, cuius postea sit mentio, nam debet esse iusta causa qua admittat mutationem intentionis. G.*

[u] *Quod imprimis repugnat antiquo iudiciorum vsui: in quibus iudex à Prætore datus de re certa cognoscebat: cuius autem Imperatoris lege id abrogatum sit, recitat Tribonianus.*

[a] *Vet. si de filij, seruique peculio.*

[b] *Nulla scilicet fraude patris vel domini intercessit: nam si dolo peculium imminuisset in fraudem ered. præstaret solidum. l. in hanc fidei. in fi. de pecul. G.*

[c] *Fac. l. Quoties, 47. §. si semel. de pecul.*

[d] *Vel alius à muliere ius habens agendi: veluti ex bonorum publicatione fiscus. l. si maritus qui minus solet. Solu. ma. Gabr.*

[e] *Vlpian. in fragm. tit. 6. ad sil. maritum. Sol. mat. l. 20. de iud.*

[f] *Necessarias scilicet, vt in reficiendo ædificio ruinam minãtibus, l. impensa de verb. sign.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ Sed & si quis [g] cum parente suo, patronúve agat: item si socius cum socio, iudicio societatis agat: non plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere potest. Idem est, si quis ex donatione [h] sua conueniatur.

39 § Compensationes quoque oppositę plerunque efficiunt, vt minus quisque consequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo, habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa præstare oportet [k], poterit iudex in reliquum eum, cum quo actum est, condemnare, sicut iam dictum est.

37 § Cum [l] eo quoque qui creditoribus suis bonis cessit [m], si posteà aliquid acquisierit, quod idoneũ emolumentum habeat: ex integro [n] in id, quod facere potest, creditores experiuntur: inhumanũ enim erat, spoliatum fortunis [o] suis, in solidũ damnari.

g *Emancipatus scilicet, parentẽ intellige aliquẽ ex ascẽdentibus.*
h *Amplius donatori succurri respondet Paul. l. Hæreditatem. 8. vlti. de re iudic. ne sua scilicet cuique damnosa sit liberalitas.*
i *Hoc verbum adiecit, propter depositi causam, & vectigalium, in quibus, non est compensationi locus.*
k *Vt qui petit 10. aureos cũ tret debeat 7. solũ consequetur. l Causa 4. ex qua exactio exactionis imminuitur ext. 4. m. de cess. bon. m l. vlt. C. Qui bon. ced. Nouell. 3. & 136.* n *Id est. rursus.* o *Vet. diuitiis.*

Quod cũ eo, qui in aliena potestate est, negotiũ gestũ esse dicitur.

TITVLVS VII.

Ex

¶ *Ex contractibus filiorum & seruorum in patrem & dominum sex diuersæ actiones competunt, quæ hoc tit. ordine recensentur.*

QVia tamen superius [a] mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum seruorumque agitur: opus [b] est, vt de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominósve dari solent, diligentiùs admoneamus. Et quia siue cum seruis negotium [c] gestũ sit, siue cũ iis, qui in potestate parentum sunt, eadem ferè [d] iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonẽ in personam serui dominiúque, idem intellecturi de liberis quoq; & parentibus, quorũ in potestate sunt. Nã si quid in his propriè seruetur [e], separatim ostendemus.

§ 1 Si igitur iussu [f] domini cũ seruo negotiũ gestum erit, in solidũ Prætor aduersus dominũ actionem pollicetur: scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi [g] videtur.

a *Tit. sup. proxi. §. Actiones 10. & §. sunt præterea 39.*
b *Ex ratione, l. item. 13. §. ait Prætor. ff. de iur.*
c *Hoc est, aliquo contractus: nam ad omnes contractus: hoc iudicium.*
Quod iussu referri aut Vlp. l. si dubitet. §. vlti. ff. de fideiuss. Gabr.
d *Hoc verbum additum est propter Senatusconsf. Macedon. §. Illud. inst. Secũdo, quia filius in iudicem consentiẽs patrẽ obligat, seruus tũ item. l. licet. §. si seruus. de pec. Tertio, si filius fu. intercesserit aut mandauerit, patrẽ simul obligat. seruus nequaquam, niſi peculiarem causam agens. d. l. licet. §. si filius sim.*
e *Vet. observatur.* f *Prima est actio quod iussu. l. 1. Quod iussu unde hic locus petitus est.* g *Ob domini iussum §. Theoph.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ 2 & 3 Eadē ratione [h] Prętor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis seruum suum magistrum [i] naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet: cùm quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi seruum suú præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autem *institoria* appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum seruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit: scilicet, quia eadem [k] æquitatis ratio etiam eo casu interuenit.

§ 4 Introduxit & aliam actionem [l] Prætor, quæ tributoria vocatur. Nāque si seruus in peculiari merce sciente [m] domino negotietur, & quid cum eo eius rei causa contractum erit: ita Prætor

h 11. & 111. Actio exercetoria ei institoria. Vide titu. de exer. & instit. act.

i Magister nauis, qui præpositus est. Exercitor verò, qui præposuit. l. 1. & 4. de exer. act.

k Qui enim alicui quem præposuit, quod cum eo factū erit, se ratū habiturum ostendit, Theophil. l. iij. Actio tributoria.

Confer cū tit. de tribut. act. ff.

m Et patiente, hoc est, non contradicente. Vlp. l. 1. §. vlt. de trib. act.

Prætor ius dicit [n], vt quicquid in his mercibus erit, quódque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur: & [ideò tributoria vocatur [o],] quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. [Nam] si quis ex creditoribus quæratur quasi minus ei tributum sit quàm oportuerit: hanc ei actionem adcommodat, quæ tributoria [p] appellatur.

§ 5 & 6 Præterea introducta est actio de peculio, deque eo, quòd in rem domini negotium versum erit: vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid non sit in rem eius versum, id catenus præstare debeat, quatenus peculium patitur.

§ In rem [q] autem domini versum intelligitur, quicquid necessario [r] in rem eius impenderit seruus, veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit & aut familiæ frumentum emerit, vel

n Alias, ius reddit. Theophil. habet διανεμεῖται intelligo autē ἐστὶ τὸν πρατῆρα: quo tamen uerius ius prædicitur. I. C.

o Inclusa, ex uet. libr. absunt: sic verò restituit Cuiac. quia ipsi dom. distributio permittitur, si quid ex, &c.

p Per quam cogatur quicquid mercium occultauerat in medium afferre. Vbe.

q Est v. & vi. Actio de peculio, & de in rem verso.

r Vel vtiliter. l. 5. §. quod seruus. hunc locum explicat. Vlpia. de in rem verso.

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam, mercatus erit: itaq; si ex decem, pura aureis, quos seruus tuus à Titio mutuò accipit, creditori tuo quinq; aureos soluerit, reliquos verò quinq; quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes, procæteris verò quinq; eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint: totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim vna sit actio quę de peculio, déque eo quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaq; Iudex, apud quem de ea actione agitur, antè dispicere solet, an in rem domini versum sit, nec aliter ad peculij æstimationem transit, quàm aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum [u].

§ Cùm autem quæritur [x], quantũ in peculio sit: antè deducitur [y], quicquid [z] seruus domino, eive, qui in potestate eius sit, debet: & quod supereſt, id solũ peculiũ intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet seruus, qui in

x Vel utilem, inquit Vlpi. l. Sirei. §. quod seruus. illa tit.

y Hoc est, vna est vtriusque causa, & neutra quidem est actio, sed partim vtraque aliarum quadam veluti ad ieiuna qualitas. Paul. in l. filius fa. §. vlt. eod.

v Si pars vertsa sit, de parte exit actio l. si pro parte. ff. eod. tit.

x Hunc locum illustrat Vlpi. l. 9. §. Peculium. de Pecul.

y Quod ideo adquiritur, quia proprie peculiũ est, quod supereſt his

z Et ex deductis quæ seruus domino debet. Theoph. quacunque causa, d. l. 9. §. Sanè autem.

potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit. quod eò pertinet, vt si quid vicario suo seruus debeat: id ex peculio eius non deducatur.

§ Cæterum [a] dubium non est, quin is quoque, qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit: de peculio, déque eo quod in rem domini versum est, agere possit [b]. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillimè solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere seruum peculium, & tantum habere, vt solidum sibi solui possit [c].

§ * Is quoque cui tributoria actio competit, æquè de peculio [d], & de in rem verso agere potest. Sed sanè [e] huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus, cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum

a De concursu harum actionum.

b Sunt enim actiones vniuersales quæ ex qualibet re vel contractu existũt. l. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. 2. ff. de in rem verso. VVes.

c Hoc enim vt fundamentum intentionis hic probandum est.

d Agit de concursu tributoriæ cum de peculio, & de in rem verso. d. l. 9. §. 1. de tribut.

e Hic locus ex l. 4. de tribut. actio.

f Scilicet creditori.

tes quū est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, q̄ in hac actione totius peculij ratio habetur: at in tributoria, eius tantùm, quo negotiatur §. Et potest quisque tertia forte parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri [h] pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisq; vel hanc actionem vel illam eligere debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse: de in rem verso agere [i] debet.

§ Quæ diximus de seruo [k] & domino, eadem intelligimus & de filio, & filia, [& nepote [l], & nepte, & patre auóve, cuius in potestate sunt.]

¶ *De Senatusconsulto Macedoniano.*

§ Illud propriè seruatur in eorum persona, quod senatusconsultū Macedonianum [m] prohibuit mutuas pecunias [n] dari eis, qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denega-

a Iu matres familiarū. l. aliquando. ff. de exerc. actio.

b Ergo in funebri pecunia nemo habet locū institoria nec iam ab ea qui eam exercent institores, quia fœnebratores dicuntur. Vide Alcia. ad l. pe nult. ff. si cer. pet.

i Potius quam Tributaria, vt habet Theophi. qui rectè intelligit eam parari hic Tributariā cū actione de in rem verso. G. & l. 1. hoc tit.

[Vel. aut nepotes & neptes, vel patre & auo, in cuius potestate sunt.

m Vide l. 1. ad Maced. Alex. Neapol. libr. Genial. 2. cap. 7. Plaut. in Pseudolo, lege Quinavicennaria prohibitum fuisse est testū pecuniam mutuā dari minoribus 25. annis. Suet. in Vesp. c. 11. Auctor senatus fuit Vesp. decernendi ne filiorum familiarumque exigenti creditori ius vnquam esset, hoc est, ne post patrem qui mortem.

n Aut frumentum, vinum, oleū, aut aliud. l. 7. §. mutui. ad Macedonia. l. 2. C. eo.

tur actio, tam aduersus ipsum filium filiāmve, nepotem, neptémve (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quàm aduersus patrem auumque: siue eos habeat adhuc in potestate siue emancipauerit. Quæ ideo senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur [o]. Illud in summa admonendi sumus, id, quod iussu patris dominive contractum fuerit, quódque in rem eius versum erit: directò [p] quoque posse à patre dominóve condici, tanquā si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel institoria actione tenetur, directò posse condici placet: quia huius quoque iussu contractum intelligitur.

o Hanc eandem rationem adfert Cicero pro Rosc. Luxuriosi, inquit, hominem, &c.

p Paulo post ait principaliter: ex quo apparet idem esse, vt in l. vltim. ff. de lega. 3.

De noxalibus actionibus.

TITVLVS VIII.

¶ *Superiore titu. dictum est de eo quod contractum aut gestum est ab eo qui in aliena potestate est, hoc autem tit. de eo quod delictum est ab eo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX maleficijs [a] seruorum: veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato [b] permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ [c] dedere. Noxa autem est ipsum corpus quod nocuit, id est, seruus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione, permissum est noxæ deditione [d] fungi: Nanque erat iniquum, nequitiam eorum vitra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

§ Dominus noxali iudicio serui sui nomine conuentus, seruum actori noxæ dedendo liberatur: nec minùs in perpetuum eius serui dominium àdomino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est, [seruus [e]] resarcierit quæsita pecunia: [f] auxilio Prætoris inuito domino manumittetur.

§ Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus: veluti furti [g] ex lege XII. Tabularum, damni iniuriæ ex lege Aquilia, Edicto prætoris: veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum.

¶ Noxales act. aduersus quos dentur, vel non: & quibus.

§ Omnis autem noxalis actio caput [i] sequitur. Nam si seruus tuus noxam commiserit [k]: quandiu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem peruenerit: cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit: directò ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is seruus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus [l]) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

§ Si seruus domino noxiam commiserit: actio nulla nascitur. [m] Nanque inter dominũ, & eum, qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci potest. Ideóq; & si in alienam potestatem seruus peruenerit, aut manumissus fuerit:

a Priuatis, sciliçet non publicis cui a quibus seruo agetur non de nouo. l. si quis fit furtiuus. de adil. edi.

b Caius l. 7. ea. c Id est, prodit Ulp. l. 1. §. cum arietes. si quadr. pau. fec. dicit. l. de his qui deiecer. Valer. nu. l. d. leg. ca. 30. De fundit Acia. lib. 1. de verb. sig. Or. Pronx. lib. de differ. N. xa (inquit) pœna est, noxia ea pa. nec tamen absurdum est noxam pro in corpore accipi. d. Alibi ad noxam, & in noxam & noxam debere dicitur prædictis legibus.

d Vet. non habent. seruus.

e Aldus Theophilus vel operis fuis, vel ministerio quòd verùmne sit, valde controuersum est.

f Non manifesti. scilicet. nam manifesti furti pœna ex edicto Prætoris, est quadrupli. Cuius tamen & ex xij. Tab. esse illa dupli actione, aduersus Baronem & Duarenum sentiunt defendit Cuiac. lib. 1. Suetuarũ, c. 2. & Cuiac. verisi. videtur.

g Theophi. legit damni iniuria.

h Nocentij l. Quod dicitur, 18. De furt.

i Hoc est maleficium in dominũ commiserit, vt Furtum, &c. l. Tit. de iur. Perfon.

k Vt nulla de iudicijs. Verberibus seruos à dominis conuenientes esse, authores sunt Diocl. & Maximi. l. vlti. C. An seruus. prosua fac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest. Vnde [n] si alienus seruus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit [o], interdicitur [p] actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere [q] non potuit. Ideóque licet exierit de tua potestate, agere non potes [r]: quemadmodum si dominus in seruum suum aliquid commiserit: nec si manumissus aut alienatus fuerit seruus, vllam actionem contra dominum habere potest.

§ Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis, & fœminis admisere, noua autem hominum conuersatio huiusmodi asperitatē rectè respuendam esse existimauit, & ab vsu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filiū suum, & maximè filiam, in noxam alij dari: vt penè per filij corpus [s] parer magis, quàm filius periclietur? cùm in filiabus, etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat. Et ideò placuit in seruos tantummodò noxales actiones esse proponendas: cùm apud veteres legum commentatores [t] inuenerimus sæpius dictum, ipsos filios familiarum pro suis delictis posse conueniri [u].

n Exod. si alienus, 37. eo.

o Hoc intelligē ante litem cœpte, Inst. accepto enim iudicio venditor mihi condemnabitur. Triphon. d. l. si alienus.

p Lex. Rubredue, ex Theo. & Codice vetustè restituit, interdicebat.

q Vnde incipere non potuit, l. quia 18. ff. ad l. Aquiliam.

r Quia actio semel extincta non reuiuiscit. lege 95. §. arcam. de solut.

s Hoc est, cùm ferè magis puniatur pater per filium, quam ipsemet filius. l. Ipse quod met ea ipse. Phædrus de Phasidre filio. Met vm Scilicet vt nostro genitum. &c. Phædrus de Phasidre filio. Met vm Scilicet vt nostro genitum. &c. Col. ac. leg. xx vet. end. dare vt penè per corpus pater magis: vt sanguis sit. Patrem per corpus suum propemodum magis periclitari quam filium.

t Intellige interpretes, ex quorum commentario compositi fuit Papid. libri. u l. 1. §. si filius fam. ff. de his qui effec.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

TITVLVS IX.

¶ *Competit hæc actio ob noxam animalium: itaque rectè noxalibus connumerata est.*

ANimalium nomine, quæ ratione carent, si qua lasciuia [a], aut pauperie [b], aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio lege XII. Tabularum prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt eo ad liberationem: quia ita Lex XII. tabularum scripta est: vtputa, Si equus calcitrosus [c] calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, cornu petierit. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterum

a Id est, petulantia. Theophrast. habet, τρυφὴν.

b Aliàs seruire, quod magis probandum. Theop. legit δουλείαν. id est, seruitutem.

c Gen. cap. 3. Exo. 21. Leuit. cap. 20. Plutarch. in Platone. Plato 11. de leg. Hæc verba, Si equus calcitrosus, &c. ad legem tab. nō pertinent, sed pro exemplo adiecta sunt. Vlp. in l. 1. §. 1. ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si genitalis sit feritas: cessat actio. Denique si vrsus fugerit à domino, & hic nocuerit: non potest quondam dominus conueniri: quia desiit [d] dominus esse, vbi fera euasit. Pauperies autem [e] est damnum sine iniuria facientis datum. Nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

§ Cæterùm sciendum est, ædilitio edicto [f] prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsum, leonem ibi habere quà vulgò iter fit. & si aduersus ea factum erit, & nocitum libero homini esse dicatur, quod bonum, & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur, cæterarum verò rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit. [g]

§ Procurator neque certis [g] verbis,

[d] Vere. Cod. desinit.
[e] Ex Vlp. d. l. 1. Quod ergo fiet si quadrupes depasta sit, rursus alternum depasci: enim est vti: Vtautem nonest damnum dare, l. qui occidit. §. si quis alienum. D. ad l. Aquil. Sed tamen pœna eadémque lege simul de pauperie quadrupedum & de pastu pecoris, prodita est noxalis actio, authore Paulo l. 1. Sent. cod. tit. P.C.
[f] Cuius verba refert Vlp. l. Hi enim l. Quæ vulgò. De ædil. edict. & l. Lectos. de peric. & commod. rei vend. l. 1. §. summa, de his qui deiec. Vid. Aristot. 6. Polit.
[g] Vide Vlp. in l. 2. de prima. def. l. Nunquam. de obl. & act. l. Nunquam. de reg. iur.

De iis per quos agere possumus.

TITVLVS X.

NVnc admonēdi sumus agere posse quemlibet hominem, aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in vsu [a] fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo [b], pro libertate [c], pro tutela [d].

§ Præterea lege Hostilia [e] permissum erat furti agere eorum nomine qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, quive in eorum cuius tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine, neque agere [f] neque excipere actionem licebat: coeperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itémque aliæ multæ [iustæ] causæ sæpe homines impedimento sunt, quò minùs rem suā ipsi exequi possint.

[a] Vid. Quint. lib. 2. cap. 16. de Lysia non licebat alteri pro altero agere. Gell. lib. 20. cap. 1. Cicer. lib. 2. ad Heren.
[b] Vt Syndicus: cum agere vniuersi non possint Cicer. 2. Ver. Sicilia tota, &c.
[c] Vt asserto l. 165. de reiud. quod statuit Iustin. 2. Cod. de assert. toll.
[d] Vt Tutor. Theoph.
[e] Tulit A. Hostilius consul cum A. Attilio. ab

Vt cond. §10. Vt eorum nomine, qui reipubl. causa abessent, aut ab hostib. capti, furti agerentur. [f] l. 1. de procur. [g] Hoc est nec solemnibus nec præscriptis. Paul. lib. 2. sent. tit. 1. habet nudus verbus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque præsente semper aduersario, imò & plerunque eo ignorante constituitur. Cuicunq; enim permiseris [h] rem tuam agere, aut defendere: is tuus procurator intelligitur. Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro [i] expositum est.

[h] Dummodo procurator esse non prohibeatur. §. vlt. inst. de except. & l. fin. de iust.

De satisdationibus [a].

TITVLVS XI.

¶ Satisdatio est cautio pro eo quod à nobis debetur aut petitur, quæ quidem aut extraiudicialis est: aut iudicialis, de qua duntaxat hoc loco agitur.

[a] Varro de ling. Lat.

SAtisdationum modus alius antiquitus placuit, alium nouitas per vsum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur: vt si victus [esset b,] nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem: potestas esset petitori, aut cum eo agendi, aut cum fideiussoribus eius, quæ satisdatio appellatur: *Iudicatum solui*: Vnde autem sic appelletur, facile est intelligere: Nanque stipulabatur quis, vt solueretur sibi, quod fuisset iudicatum,

[b] Vide huius antiquitatis vestigia. l. si patiatur. l. si seruus. & passim sub titu. Iudicatum solui, &c.

tum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, satisdare cogebatur [c], si alieno nomine [d] iudicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator verò si in rem agebat: satisdare iubebatur, rem [e] ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem experiretur. Tutores verò & curatores eodem modo, quo procuratores satisdare debere, verba edicti [f] faciebant: sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur [g].

§ Hæc ita erant, si in rem agebatur. Si verò in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant in actione, qua in rem agitur: ab eius verò parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine [h] aliquis interueniret: omnimodò [i] satisdaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. [k] Quòd si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam: *Iudicatum solui*: satisdare cogebatur.

[c] Non tantum de iudicio, sed stipulatio de rato. l. Pamp. §. sed & si qui de procur.

[d] Nemo enim rei alienæ defensor idoneus est sine satisdatione. l. Non videtur. ff. de procuratorib.

[e] id est, litem. sic apud veteres. l. Rei 23. de verb. sign.

[f] significat autem dominum probaturum quæ procurator fecerat.

[g] Extant in l. Seruum. §. Ait Prætor. ff. de procur.

[h] Cum s. ceruum esset vsufructus relictus, testamento data est tutori & curatori. l. Vulg. de admi. tut.

[i] Hanc distinct. tradit Vlp. l. Hæc autem. §. vlt. quib. rex cauf. in poss. eat.

[k] Regula est l. Qui proprio. §. Qui alium. de proc. Neuth. 18. Cle pro Quiete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Receptus hodie mos satisdandi.*

§ Sed hodie hæc aliter obseruantur, Siue enim quis in rem actione conuenitur siue personali l suo nomine: nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantùm persona, quòd in iudicio permaneat vsque ad terminum m litis, vel committitur suæ promissioni cum iureiurādo n (quam iuratoriam ocautionem vocāt) vel nudam promissionem, vel satisdationem pro qualitate p personæ suæ dare compellitur. Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, vel susceipitur: in actoris quidem persona, si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit: ratam rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur: eodem obseruando & si tutor, vel curator, vel aliæ q tales personæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium r inferunt. Si verò aliquis conuenitur: si quidem præsens, procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in iudicium venire, & sui procuratoris personam per *Iudicatum solui* [satisda

l *Vel. siue in personam.*
m *Theoph. μέχρι τέλους τῆς δίκης.*
n *Iurando vniuersum in iudicio se permansurum, nec inde discessurum. Theop'.*
o *Iustin. 53. Nouell. vocat ἀπωμοσίαν.*
p *Propter dignitatem vel obsequium, vt si patronus vel parens sit.*
q *Vt Syndici vel actores municipiorū aut corporum.*
r *Pura per actum suū aut procuratorem.*

[satisdationem solenni stipulatione s] firmare: vel extra iudicium satisdationem exponere, per quam ipsè sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus *iudicatum solui* satisdationis clausulis t, vbi & de hypotheca suarum rerum conuenire compellitur: siue in iudicio promiserit, siue extra iudicium caueritvt tam ipse, quàm heredes eius obligentur.

§ Alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam ipsius u exponenda x, quòd tempore sententiæ recitandæ in iudicium veniet y, vel si non venerit, omnia dabit fideiussor z, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit prouocatum.

§ Si verò reus præstò ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem eius subire: nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda potest hoc facere: ita tamen, vt satisdationē *Iudicatum solui* pro

s *Pro inclusis legitur in vet. satisdationis solennes stipulationes. nam tres hæc satisdatio clausulas habet, de defendendo, de dolo, & de iudicato faciendo.*
t *Nempe illis tribus: Procuratorem in iudicio permansurum & ad litis grauatum: Quod iudicatū erit, solsurum: Nec defendēdo dolo malo vsurum l. Iudicatum. ff. Iudic. sol.*
u *Domini scilicet.*
x *Per procuratorem subaudiri volunt Theoph. & Accurs. Harum dominium: quem sequitur Cuiac.*
y *Cuiac. legit, Εν τῷ κριτηρίῳ τῆς ἀποδείξεως ἐυρεθήσεται ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Theoph. & recte.*
z *Aliàs legitur, vel ipse vel fideiussor, ἢ αὐτὸς παράξει αὐτὸν ἢ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐγγυητήν. Theophil. Delendum censet Cuiac.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

litis æstimatione præstat. Nemo enim secundùm veterem regulam (vt iam dictum est) alienæ rei [a] sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. Quæ omnia apertius & perfectius quotidiano iudiciorum vsu in ipsis rerum documentis apparent.

§ Quam formam non solùm in hac regia vrbe [b], sed etiam in omnibus nostris prouinciis (etsi propter imperitiam forrè aliter celebratur) obtinere censemus: quum necesse sit omnes prouincias, caput omnium nostrarum ciuitatum id est, hanc regiam vrbem, eiúsque obseruantiam [c] sequi.

[a] Id est, litis, vt supra.

[b] Constantinopolim intelligit, quam nouam Romam dici voluit Cæsar. quòd sedes Imperij eo fuit translata: cum Byzantiũ prius diceretur.

[c] In præfat. Pand. vbi Romæ consuetudinem sequendam esse auctor est Iulianus.

De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes, & in heredes transeunt.

TITVLVS XII.

¶ Ordo dispositionis respondet titulo, ac prætere à postremo §. præceptum de officio iudicis traditur.

Quæ actiones perpetuæ sint, & quæ temporales.

HOc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege [a] senatusve consulto, [b] siue ex sacris constitutionibus proficiscuntur: perpetuo solere antiquitus competere donec sacræ constitutiones, [c] tam in rem, quàm in personam actionibus certos fines dederunt. Eas verò, quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, plerunque intra annum viuere, nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium [d]. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, vsque ad finem constitutionibus introductum: quales sunt, eæ, quas bonorum possessori, cæteriscque, qui hæredis loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quanuis ex ipsius Prætoris [e] iurisdictione proficiscatur, tamen perpetuo datur: absurdum enim esse existimauit eam terminari.

[a] Tribunitia vel consularis: vt etiam subaudias plebiscitum. Cuiac.

[b] Hæ sunt quæ ex iure ciuili descendunt.

[c] l. Sicut. C. de præscr. 30. vel 40. annor. Sidon. Apoll. lib. 8.

[d] Id est, magistratus. Sic Vlp. dixit deponere imperium l. vlt. de offic. præconsul. Prætoris autẽ imperiũ erat annuũ. Duaren. 2. Disp. cap. 35. & ca. 42. Cic. 3 in Ver. [e] Ex lege xij. tab. Furti manifesti pœna erat corporalis: Fur enim manifestus verberabatur, addicebaturque postea à lege Cornel. & Semp. furti pœna Prætoris arbitrio commissa est, & ex Prætoris iurisdictione pecuniaria. Gell. lib. 11. ca. 18. Aut. Aug. Emend. lib. 4. Theoph.

¶ Secunda pars huius tit. quæ actiones ad hæredes transeant.

§ Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipso iure competunt,

Hoc

aut,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut à prætore dantur: f & in hæredem æquè competunt, aut dari solent. Est enim certissima iuris regula, g ex maleficijs pœnales actiones in hæredem rei, h non competere: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. Sed hæredibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta iniuriarum actione, si qua i alia similis k inueniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non competit: [veluti l] cùm testator dolosè versatus sit, m & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas suprà diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ: & hæredibus dantur, & contra hæredes transeunt.

f Ante hæc verba subiungit Theophilus actiones quasdam esse iustitiæ actionum, in Naturales & datiuas: quæ absurda est, & malè lecta ab E. Barone conficta.

g L. pupillum. l. sicuti. l. extraord. ad ea. §. vlt. de reg. iur.

h Obstat l. 7. §. datur. ff. de pœn.

i Vt actio in factum quæ tunc competit cum sine venia patronus in ius vocatus est. Theoph.

k Huic similis fuit actio de moribus. l. vl. C. Theodos. de incest. nupt.

l In ver. non est veluti. & reliqua. aliquin hæc sententia pugnare videretur cum l. 2. & ea. ff. de diuer. reg. iur. I. C.

m Veluti deposito l. 7. §. 1. depos. nisi in deposito ruina, naufragium, incendij causa facta. l. 1. depos.

dicis conuenit eum absoluere: n licet in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet, & hoc est, quod anteà vulgò dicebatur, omnia iudicia absolutoria o esse.

n Id est, iuratum ab actione dimittere.

o Id est, permissum esse iudici ante omnia libera. Roscel. 73. de

demnationem rerum qui bonam fidem agnoscit, ab eum dimittere. Theoph. Ad. lib. 7. cap. 13. Tull. pro procur.

De exceptionibus.*

TITVLVS XIII.

* *Agit de exceptionibus quæ ex sola æquitatis aduersus summum ius pugna ortæ sunt: & cur institutæ.*

SEquitur, vt de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agitur. Sæpè enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta a sit, tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. Verbi gratia, si metu b coactus, aut dolo c inductus, aut errore d lapsus, stipulanti Titio promisisti quod non debue-

a Æquum à iusto quid differat, melius ex hoc titulo intelligetur, quàm apud Aristot. 5. Ethicor. Vide l. 5. quæ. 26. de verb. obl. l. dolo. 5. C. de inutil. stipul.

b Prima est, exceptio, de metu. l. 1. de ea quod met. caus. c Secunda est exceptio de dol. l. 1. de dol. d Tertia exceptio de errore, id est imprudentia: exemplum est apud Iulian. l. Iulianus ait. de dol. except.

ras promittere: palam est, iure ciuili te obligatum esse: & actio qua intenditur dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari. Ideóque datur tibi exceptio, quod metus caussa, aut dolo mali, aut in factum composita ad impugnandum actionem.

§ Idem iuris est, si quis quasi credendi [e] caussa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauerit, Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet, quum ex stipulatione tenearis. [f] Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi * debere, cuius temporis nos (secundum quod iam superioribus 8 libris scriptum est) constitutione nostra coarctauimus.

§ Præterea [h] debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino [i] dissoluuntur: qua de caussa efficax est aduersus eum actio, quam

Id est mutuũ dandi. Est autem xiii. exceptio, pecunia non numerata, vv. tit. Cod. de non num. pec.

[e] Intra biennium, quod præstitum est huic actioni. Myn.

[f] Contra Paulum scripsit te nondum esse obligatum, qui pecuniam ff. si cer. pet. Sed hoc vult Paul. te non esse obligatum eum effectu, eũ habeat exceptionem peremptoriam.

A. C. 8. lib. 3. supra tit. de litera obligat.

h. A. C. V. exceptio pacti conuenti l. si vnus §. Pactus. de pact.

i. Id est quoq; ipso iure nec sunditus. nam pactum solam obligationem naturalem dissoluit ipso iure l. Stichum. §. naturaliter. ff. de sol.

quam actor intendit, si apparet eum dare oportere: sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

§ Est vi. exceptio iurisiurandi. l. 2. & 3. de iureiur.

l Vel certe prætur iure vniuersorum bonorum, vel in id mandatum habeat specialem. l. 17. §. vlt. de iureiur.

§ Æquè [k] si debitor creditore [l] deferente iurauerit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet, sed quia iniquum est de periurio [m] queri, defenditur per exceptionem iurisiurandi. In ijs quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sunt, exceptiones, veluti si petitore deferente possessor iurauerit eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vindicet: licet enim verum sit, quod intendit, id est rem eius esse: iniquum tamen est possessorem condemnari.

m In De ciuit Romani periurio queri Roma magnum erat. l. 15. §. 2. & 3. de iureiur. Labeo apud Gell. 16. cap. 17. Iusiurandum dixit esse emplastrum aruinarum.

§ Item [n] si in iudicio tecum actum fuerit, siue in rem, siue in personam: nihilominus obligatio [o] durat: & ideo ipso iure de eadem re posteà aduersus te agi potest, sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

n Est vii. exceptio, de re iudicata. l. 1. de iud.

o Theophil. αὐ μὴν ἀγωγαὶ μένουσι.

§ Hæc exempli caussa retulisse sufficiat.

¶ *Prima diuisio exceptionum in ciuiles, & temporales.*

Alioqui quàm ex multis variisque causis

Universidad de Deusto
Biblioteca

o Tit. de exc. l. vlt. Cod. de except. sine pra

p Vt Senatusconsultum Macedo. & Velleianum.

q Velut, Quod metus causſa. de dolo, &c.

r Vide Caium l. 3. eod.

s Significatur hic initium & finis harum proponendarum excep. nempe à lite contestatam usque ad rem iudicatã. Gab.

t Intelligit tẽpus conuentum & præstitutum: ante quod si egisset creditor, opposita exceptio nan tantum nocebat, sed perpetuam libertatem tribuebat debitori veteri iure ante Zeno. constit. ex Go-

causſis exceptiones neceſſariæ ſint: ex latioribus Digeſtorum p ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt. Quarum quædam ex legibus, q vel ex ijs, quæ legis vicem obtinent, r vel ex ipſius Prætoris iuriſdictione s ſubſtantiam capiunt.

II. *Diuiſionis, quædam ſunt perpetuæ & peremptoriæ: quædam temporales & dilatoriæ.*

§ Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ t ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, u & ſemper rem, de qua agitur, perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: x qualis eſt pacti conuenti, cùm ita conuenerit: ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volen-

tibus obiicitur exceptio, aut pacti conuenti, aut alia ſimilis, a differre debent actionem, & poſt tempus agere. Ideó enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus egerint, obiectaque ſit exceptio: neque eo iudicio quicquam conſequebantur, b propter exceptionem, c neque poſt tempus olim agere poterant: cùm temere rem in iudicium deducebant, & conſumebant: qua ratione rem amittebant.

§ Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus: ſed eum, qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre auſus ſit: Zenonianę conſtitutioni d ſubiacere cenſemus, quam ſacratiſſimus legiſlator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit: & inducias, e quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, in duplum habent ij, qui talem iniuriam paſſi ſint: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis anteà acceperint: vt actores tali pœna perterri-

a Facit, Inter dum. §. Cum tra. de verb. obl. & ibid. Duar. l. 2. §. Si tra. de eo quod cert. loc.

b Scire nec de quicquam conſequitur

c quia redigere ad neceſſitatẽ nouæ litis ſuo tempore inſtruendæ. G.

d Nempe hanc Cuius prouinciæ dies nõ venit: quæ erit dilatoria. eius hãc formulam recitat Cic. 2. de Orat. vbi oſtendit quam pudendi lapſus in magnum Oratoribus eccroſionem dederit ſuorum deſiderio veteris iuris ignorantia. Gab.

d Non extare

arbitror. eius meminit ſup. §. ſi quis agens de act.

e Vt ſcilicet, tempus duplicetur. quod vel ex pacto conuenta vel rei ipſius natura dicitur. Theoph.

tibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti, tempora litium doceãtur obseruare.

§ Præterea f etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus g nec pro patre, vel matre, h vel vxore, nec ex sacrò rescripto procuratorio nomine experiri conceditur. suis verò negotijs superesse sine offensa militaris disciplinæ possunt.

¶ *Exceptiones procuratoriæ sublatæ.*

§ Eas verò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam i vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur: cum in iudicijs frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus: ne dum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio proteletur. k

Fab. lib. 3. capit. & lib. 7. cap. 5. differatur. Theoph.

De replicationibus. [1]

TITVLVS XIIII.

¶ *Causſa & vsus replicationum, duplicationum, & triplicationum.*

INterdum euenit: vt exceptio quæ prima facie iusta [b] videtur, tamen iniquè

a Fab. huius exceptiones enumerat l. 3. cap. 6.

f Excipe Veteranos. l. Filius fa. §. Veterano. de procurat. Cic. pro Quinto. Fac. l. militem, & l. qui de procur.

g Nisi forte ea vnus libertatẽ tueatur l. 3. de liber. cau. Vide Liuium. de Virginio.

h Qui notentur infamia. vid. tit. de his qui no. infa.

i Id est,

k Hinc tit. sub titu. de exceptionibus in Pandect. continetur.

b Ex se sed quasi ad actionem comparetur.

iniquè noceat. quod quum accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi actoris gratia: quæ replicatio [c] vocatur quia per eam replicatur atque resoluitur ius exceptionis: [d] veluti cùm pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti [e] sunt, id est, vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat: nocet ei exceptio: conuenit enim ita. namque nihilominus hoc verum manet, licet posteà in contrarium pacti sint. [f] sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto cõuento.

§ Rursus [g] interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat. quod cùm accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi rei gratia,

c Quia non petuntur actio, exceptione allegata, sed labefactata, ac suspenditur. l. subpræ textu. C. de transactionibus, ideo Paulus hanc rationẽ reddit cur replicatio inuenta sit, quia scilicet, primo pactum per posterius non tollitur ipso iure sicut stipulatio per stipulationem. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. A. C. Fabius vocat firmamentum & continens li. 3. c. 13. qui actoris contineat ac confirmet.

d Non igitur perimit exceptio ipso iure actionem sed elidit. l. si vnus 28. §. pactus. de pact. VVisf. e Nam pacta nouissima seruanda sunt, non priora. l. Pacta. C. de pact. f Quia posterius pactum non tollit primum ipso iure. d. l. si vnus. Manente igitur causa, manet effectus, videlicet exceptio quæ ex tali pacto oritur.

g Vlp. l. 2. §. pen. de except. contra, inquit) replicationem solet dari duplicatio: & contra duplicationem triplicatio: & contra triplicationem quadruplicatio, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ Duplicatio vocatur. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori inique noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quæ dicitur Triplicatio. Quarum omnium exceptionum vsum interdum vlterius, quàm diximus varietas negotiorum introducit: quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

m Hic §. ad superiorem titu. propriè pertinet.

¶ *Locus communis exceptionum & replicationum quæ fideiussoribus prosint, & quæ non prosint.*

§ Exceptiones m autẽ, quibus debitor defenditur, plerunque n adcommodari solent etiam fideiussoribus o eius, & rectè: quia quod ab ijs petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ei pro eo soluerint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum eo fuerit: placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ex pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones p non solent his accommodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. Sed hęc exceptio fideiussoribus non datur: ideò scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, vt cùm facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab ijs, quos pro eo obligauit, suum consequi.

n Hoc verbo excludit exceptiones, quæ ratione personarum non cessant & priuilegij personalis caussa dantur.

o Quibus semel adquisita, inuitis non eximuntur. l. vlt. de pact. Nec obstat l. Si vnus. §. Pactus de pact. nam in eo. §. hæc verba, eadem ratione sic accipienda sunt, si ipsis scientibus posteriori pacto interpositum sit: vt qua ratione rem amittit exceptionem, eadem etiam amittant fideiussores.

p Veluti exceptiones, quæ personæ cohærent, puta minori ratione ætatis l. in causa. in prine. de minor. l. exceptiones. 2. de exceptio. Accurs. hic.

De interdictis a.

TITVLVS XV.

SEquitur, vt dispiciamus de interdictis seu actionibus, quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque exceptiones b verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maximè fiebat, cùm de possessione, aut quasi possessione d inter aliquos contendebatur.

a Duar. li. 1. Disp. ca. 19. 20. 21. & 22. Paul. 5. Sent. tit. 6.

b Vnde in eum vi dieciſti, restitutio.

c Vt fundo. l. 2. §. Ad solã. de vi & vi arm.

d Pura vsufructu, seruitute, & alia omnia iure incorporali. l. §. Plane. de vi & vi ar.

¶ *Prima diuisio interdictorum ab effectu.*

§ Summa autem diuisio e interdictorum hæc est, quòd aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus Præ-

e Ex Vlp. l. 1. §. Interdictorum. eod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor vetat aliquid fieri: veluti vim sine vitio [f] possidenti, vel mortuum inferenti, quò ei ius erat inferendi: vel in sacro loco ædificari, vel in flumine [g] publico ripáve eius aliquid fieri, quò pius nauigetur. § Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet: veluti bonorũ possessori possessionem eorum quæ quis pro hærede, aut pro possessore possidet, ex ea hæreditate: aut cum iubet ei, qui vi de possessione deiectus sit, restitui possessionem.

§ Exhibitoria [h] sunt per quæ iubet exhiberi: veluti eum, cuius de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in potestate eius sunt. Sunt tamen, qui putent, propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denuntiare & prohibere: restitutoria autem est exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos [k] dicuntur.

f Hæc est, nec ea clam, nec precario.
g l. 1. de fluminibus.
h Vlp. l. 1 de liber. homin. exhib. Ad hanc ad exhib. rei privatæ pertinet quicunque: is verò ad homines liberos & eorum statũ pertinet. l. 2. ad exhib. Interdicere antiqui dicebantur pro vehementius & imperiosius denuntiare: nam quamquam ad vendi vinum obtinuerat interficere, inter

¶ *Secunda interdictorum diuisio, à fine.*

§ Sequens [i] diuisio interdictorum hæc est [m], quòd quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperãdæ. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum*, [n] eiusque vis & potestas hæc est: vt quod ex iis bonis quisque quorum possessio alicui data [o] est, pro hærede aut pro possessore possideat: id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. Pro hærede [p] autem possidere videtur, qui putat se hæredem esse. Pro possessore [q] is possidet, qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totã hæreditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideò autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum: quia ei tantùm vtile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem.

§ Itaq; si quis adeptus possessionẽ amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est [r]. Interdictum quoque, quod appellatur Saluianum [s], adipiscendæ

quorum eandem materia illa verba referantur. Columna Index, Cuiacius.
i Id est, secunda: vt antè monuimus.
m Ex Paulo l. 2. §. Hæc autem. hoc titulo.
n l. 1. Quorumbonorum, suprimo verbi edicti.
o Decreto, scilicet, vel edicto Prætoris. G. hic
p Nullo. scilicet, alio iure aut ritu. Facit l. Pro hærede. de petit. hæred.
q d. l. Pro hærede. §. vltimo cum titulo sequenti.
r Vt scilicet eam recuperet possessionem qua semel excidit. G.
s Ab authore Saluio celebri iureconsulto. l. Inter C. de vsufruct.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possessionis causa, comparatum est: cō quibus vtitur dominus fundi [t] de rebus coloni [u], quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

¶ *De secundo membro secundæ diuisionis, & duobus interdictis, Vti possidetis, & Vtrubi: cur inuenta.*

§ Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta, *Vti possidetis, & vtrubi*, cùm ab vtraq; parte [a] de proprietate [b] alicuius rei controuersia sit: & antè quærat uter vter ex litigatoribus possidere, & vter petere debeat. Nanque nisi antè exploratum fuerit, vtrius eorum possessio sit: non potest petitoria actio instituí: quia & ciuilis, & naturalis ratio facit, vt alius possideat, & alius [d] à possidente petat. Ed quia longè commodius est [& potius e] possidere, quàm petere: ideò plerunq; & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum [f] autem possidendi in eo est, quod etiam si eius res non sit, qui possidet: si modò actor non potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam [g] causam

t *Item qui ibus creditor. saltem vsufr. in l. Fructuarius. ff. de vsufr. interdict.*

u *Siue apud colonum sint fructus apud terminum dantur. enim vt actio realis ei competat. VVes.*

a *Quia scilicet Vterq; contendat se esse dominum rei controuers. Myn. Id est, dominio rei. l. fi. ff. de superf.*

b *Prius enim de possessione, qua proprietate quæritur. l. Nulli. C. de ind. Fab. li. 7. cap. 6.*

d *l. Inter litigantes de iudi. l. 2. §. 1. vti poss. e Licet inclu. in lib. scriptis. f Sint & alia commoda, sed quæ hinc oriri nō potuit. G. gl. Qui accusare. C de ed. l. 1. 2. C de pb. l. vl. C de rei vē.*

cum

cùm obscura sunt vtriusque iura, cō tra petitotem iudicari solet [h].

¶ *Vti possidetis & vtrubi, in quo differant: & in quo hodie exæquata sint.*

§ Sed interdicto quidem, *Vti possidetis*, de fundi vel ædium possessione [i] contenditur: *Vtrubi* verò interdicto, de rerum mobilium possessione.

§ Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam *Vti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore [k] possidebat: si modo nec vi, nec clam [l], nec precario nactus fuerat ab aduersario possessionem: etiam si aliū vi expulerat, aut clàm arripuerat alienam possessionem, aut precariò rogauerat aliquem, vt sibi possidere liceret. *Vtrubi* verò interdicto is vincebat, qui maiore [m] parte eius anni, nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersario possidebat. Hodie tamen aliter obseruatur. Nam vtriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est: vti ille vincat, & in

h *Eoq; res absolui tur. etiam si nihil præstiterit. l. vlti. C de rei ven. VVes.*

i *Meminit hic tantum rerum corporalium: pertinet tamen & hoc interdictum, saltem viliter, ad incundam possessionem incorporalium, vt reditus annui, aut nuda seruitutis. in l. 3. §. si vectigal. ff. vti possid.*

k *Eo scilicet, quo Prætor ex officio interdicebat iudicio nondum constituto, nec dato recupera*

tore, qui controuersia cognosceret. Gabr.

l *Quid sit clàm possidere. Vlp. l. Clam. de acquir. possess.*

m *Maiore parte possidet, qui longiori tempore possidet. l. Maiore 116. de verb. sign.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re soli & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersatio litis contestatæ tempore detinet.

¶ *De acquirenda & retinenda possessione.*

§ Possidere autem videtur quisq; non solùm si ipse possideat, sed & si eius nomine n aliquis in possessione o sit, licet is eius iuri subiectus non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoq; apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur, retinere possessionem posse aliquem per quemlibet qui eius nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque solo retinere p possessionem placet: id est, vt quamuis neque ipse sit in possessione, neque eius nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo q, sed posteà reuersurus inde discesserit, retinere possessionē videatur. Adipisci verò possessionem per quos aliquis potest, secundo libro r exposuimus. Nec vlla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

n *l. 1. Generaliter. de acq. poss.*
o *Possidere & in possessione esse diuersa sunt. l. si quis autē. 20. vt seruire & in seruitute esse.*
p *Vt retineri. ita animi solo animo potest possessio. Non vero adipisci. Vide l. 196. ff. de reg. iur.*
q *l. 3. §. Cum animum. 4. illustr.*
r *Titu. per quas person. nob. acqu.*

¶ *Tertium membrum secundæ diuisionis, & sub eo contentarum interdictorum exempla.*

§ Recu

§ Recuperandæ s possessionis t causa u solet interdici, si quis ex possessione u fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *vnde vi* x, per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clàm vel precario possideat. Sed ex constitutionibus y sacris (vt suprà diximus) si quis rem per vim occupauerit, si quidē in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, post eius testificationē, etiam ēsti mationē rei dare vim passo cōpellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit: tenetur z lege Iulia de vi priuata, si sine armis vim fecerit: si autem armis eum de possessione vi expulerit: de vi publica a tenetur. Armorū b autē appellatione non solū scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides significari intelligimus.

s *Vide Duar. Diss. lib. 1. ca. 20.*
t *Ac terius quoque dāni recuperandi causa. Vlpi. l. 1 §. quin autē vi deiectus. ff. de vi & vi arm.*
u *Ea sollicet, quam animo tenebat. l. 1. §. Interdictū de vi & vi arm.*
x *Hoc est, momenti interdictum, quod & eiusdem reformatio dicitur, de eo tractatur in titu. Vnde vi & de vi armat. sic enim legendum censet Cuiac. iudicio l. 2. §. pen. ff. de interd. Cic. etiam pro Cecina, duobus hæc interdicta facit.*
y *Extit. Cod. vnde vi.*
z *Titul. de vi bon. rapt.*
a *Duar. Diss. lib. 1. cap. 22.*
b *Omnis vis armata est publica, non tamen omnis vis publica est armata. nam & sine armis offendi potest Respublica, vt in specie, l. 7. §. 1. qui dolo. l. vlt. ff. de vi pub. I. C.*
c *Hic locus ex l. Armorū. de verb. sig. Tull. pro Cecin. Virgil. 7. Æneidos tenere arma tibus. Scipio hic grauida nadis. l. Vat. C. Vt arma ipsa. & Nou. d. armis.*

Tertia diuisio Interd. à modo exercendi.

§ Tertia diuisio d interdictorū est, quòd aut simplicia sunt aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restituitoria aut exhibitoria. Nam actoris est, qui desiderat, aut exhiberi, aut restitui: reus autem is est, à quo desiderantur aut vt restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia.

§ Simplicia sunt veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripáve eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt e, veluti, *Vti possidetis* interdictum, & *Vtrubi*. ideo autem duplicia vocantur, quia par vtriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei, quàm actoris partes sustinet.

Cur interdictorum ordinem & vetustatem omiserit.

§ De ordine f & vetere exitu interdictorum superuacuū est hodie dicere. Nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia h) non

d *Ex Paulo l. 2. eod.*

e *Hoc est, esse possunt & solent. Cap.*

f *Theophi. habet τάξιν. & Ritu legendum est, quem vulgò procedēdi formula appellant. Theoph. ἀκολουθίαν.*

h *Iusti. tempore omnia iudicia erant extraordinaria. §. 1. de succ. sibol.*

non est necesse reddi interdictum: sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si vtilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

De pœna temere litigantium.

TITVLVS XVI.

¶ Triplici pœna litigatorum temeritas coerceatur, periurij scilicet, pecuniaria, & infamiæ.

NVnc admonēdi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura a sustinebant, ne facilè homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eò maximè fieri potest, quòd temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modò pecuniaria pœna, modò iurisiurandi religione, modò infamię metu coerceatur.

Prima pœna iurisiurandi religione.

§ Ecce b enim iusiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex constitutione c nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus vtitur, nisi

a *Magistratus, qui iura reddebant, intellige l. 2. §. post originem. de orig. iur. Prætoris officium est lites minuere. l. quidam. fi cert. pet. Suetonius in Vespas. cap. 10. Imperator in l. properan. dum. C. de iud. Pontifices in ca. 2. de sent. & re iud.*

b *Plato non facilè deferendum iusiurandum ait propter hominum improbitatē. vt & Quintilianus hoc in*

tēr dicit suum discipulum, sed necessitas suadet.

c *l. 2. C. de iureiur. propter calum. damn.*

priùs

prius iurauerit, quòd putans se bona instantia d vti, ad contradicendum peruenit.

¶ III. Pœna, scilicet pecuniaria.

§ At aduersus e inficiantes, ex quibusdam causis dupli vel tripli f actio constituitur: veluti si damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, quàm simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his, & alijs quibusdam causis (siue quis neget, siue fateatur) pluris, quàm simpli est actio.

§ Item actoris quoque calumnia coercetur. g Nã etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex uostra constitutione h [quòd non solùm calumniandi animo litem mouisset, sed existimando se bonam causam habere.]

§ Vtriusque etiam partis aduocati iusurandum subeunt, quod alia nostra constitutione i comprehensum est.

¶ De veteri calumniæ actione abolita.

§ Hæc

Theophil. habet, ἐπὶ τῷ omnidicu, id est, recta conscientia. Nouell. 50.

e Est 2. pœna.

f Hæc verba vel tripli, non agnoscunt retusti Codices, nec Theoph. & rectè: nam tripli actio in inficiantem nulla est.

g Apud Athenienses & alios & reus iurabatur de calumnia: Alterum iusiurandum dicebatur διωμοσία. Rei vero ἀντωμοσία dicebatur. Hoc iusiurandum tempore Ciceronis abrogatum fuisse videtur, pro Rosc. Com. & Orat. pro Cæcina.

h l. 2. C. de iureiurando propter calum. Inclusa autem quæ hic adiecimus, addunturex manuscripta: quamuis videantur abscindenda. Zaso. Cuiac.

i l. penultim. C. de iud.

§ Hæc autem omnia pro veteri k calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abijt: quia in partem decimam litis actores multabat, quod nusquam factum esse inuenimus. sed pro his introductum est, & præfatum iusiurandum, l & vt improbus litigator, & damnum, & impensas litis inferre, aduersario suo cogatur.

¶ III. Pœna temerè litigantium, Infamia: quæ & ipsa non est vniuersalis, sed certarum causarum.

§ Ex quibusdam iudicijs damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, dedolo item tutelæ, mandati, depositi, m directis, non contrarijs actionibus. n Item pro socio, quæ ab vtraque parte, directa est: & ob id quilibet ex socijs eo iudicio damnatus, ignominia notatur.

§ Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed & pacti, o & rectè, plurimùm enim interest, vtrùm ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

k Abolita est ſtatim illo veteris calumniæ, qua victus vltra decimam litis pendebat. Fac. 3. & 4. De fruct. & litium expen. C.

l De sacramento. vide Varronem li. 4.

m Nam in his omnibus de dolo & de fide rupta agitur, cuius pœna est infamia. l. 5. ff. depos.

n In his enim de calculo, hoc est, supputatione impensarum agitur, nõ de perfidia, l. 6. & inst. de his qui notantur infa. l. 20. ff. de dolo.

o Quia fatentur delictum & pro confesso habentur. l. 5. de his qui notantur infam. Parrò confessi habentur pro damnatis, l. 1. de confessis.

¶ De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De citatione seu in ius vocatione.

§ Omnium o autem actionum instituendarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor p edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduersarius in ius vocandus q est: id est, ad eum vocandus qui ius dicturus sit r.

§ Qua parte Prætor parentibus, & patronis, item parentibus liberisque patronorum, & patronarũ, hunc præstat honorem: vt non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quàm si id ab ipso Prætore postulauerint, & impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit, in eum pœnam solidorum s quinquaginta constituit t.

o Agit hic de in ius voc. Vid. tit. ff. eod. Et l. 1. de leg. Horum. hic. Duarenus 1. Disp. cap. 1.

p l. 4. §. 1. de in ius voc. §. pœnalu. supra de act.

q Obid certe, ne quid in præiudicium ipsius absentis à iudice fiat. Mynsi.

r Ad prætorem, qui ius diceret, debat actiones & iudicia constituebat: ideo & vit. in se ribitur, de in ius vocando: non, in iudicium vocando. VVesi.

s Solidum pro aureo hic accipe, vt l. si libertus. l. vlt. de in ius voc. l. 1. §. Prætor ait. ff. de his qui detec. solidus sic dictus, quòd solidè & integrè pondere esset percussus. Lamp. in Alexand. Est autem aureus vel solidus, septuagesima secunda pars libræ auri. l. quotiescunque. C. de fusceptoribus & arcariis.

t Quòd si soluendo non sit, corpore punitur, à præfecto Vrbi, tanquam in officinsus. l. vlt. de in ius vocan. Hinc vulgò dicitur, Qui nam habet in ære, luat in corpore.

DE

De officio iudicis.

TITVLVS XVII.

¶ Expositis litigantium Actionibus, exceptionibus, cautionibus, pœnis, citationibus, &c. restat de tertia persona, nempe iudice, eiúsque officio normaque & regula iudicandi agere.

SVpereſt, vt de officio iudicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm legibus a, aut conſtitutionibus, aut moribus b proditum eſt. Ideò (que) ſi noxali iudicio aditus c eſt: obſeruare debet, vt ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publicum Mauium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.* d

Forma ferendæ ſententiæ in act. realibus.

§ Et ſi in rem actum ſit coram iu-

a Theophil. addit ſcriptis fic. l. Illicitas. §. Veritas. de offic. præſid. l. Rem. C. de iudic. Ariſt. Rhet. ad Theod. Iadeone ex ſuis conſcientia iudicare debeat vide. nat. in cap. ſi ſacerdos, de offic. iud. ordi na. Gell. libr. 14. cap. 2.

b Theophi. habet, τῶν πάτριων νομοθετῶν legunt, additus, vel, aditus, ex l. Iudex. de iudic. nam Prætor iudicem addicebat litigatoribus. Varro libr. 5. de ling. Lat. dixit, Addicere iudicium. Cent. Sed hæc parum Iuſtinianis temporibus conueniunt, quibus imperationes iam erant ſublatæ. VV.

c Id eſt, ipſum corpus quod nocuit. eſt ſimilis locutio l. 1. De his qui detec.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicet: siue contra petitorem iudicauerit, absoluere debet possessorem: siue contra possessorem, iubere ei debet vt rem ipsam restituat e eũ fructibus. Sed si possessor neget in præsenti se restituere posse, & sine frustratione f videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: vt tamen de litis æstimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit.

§ Et si hereditas petita sit: eadem circa fructus interueniunt g, quæ diximus interuenire de singularum rerum petitione. Illorũ autem fructuum quos culpa sua possessor non perceperit: siue illorum quos perceperit: in vtraque actione eadem ratio penè h habetur, si prædo fuerit. i Si verò bonæ fidei possessor fuerit: non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, k etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt. l

e l. Officium: l. qui restituere. ff. de rei vind.

f Id est, mora. Theoph. habet ὑ ἀφ' ὑπερθεσιν. i. si celuitur. de verb. sign.

g Vid. canst. Franc. Reg. ann. 1539. de offic. iudic. interuenta ratione fructuum.

h Forte sic hoc addit: quia in petitione hereditatis, iure actionis veniunt: in rei vindicatione officio iudicis. A. C.

i Id est, scienti nullam habere se possidendi causam, inanisse tamen. l. Sed & si. §. Quod autem. de pet. hered. & Theoph. Post litis contestationem. d. l. Sed & si §. Etiam.

l Hunc locũ explicare videtur Vlp. l. Iulianus. §. quantũ. ff. ad exhi.

¶ Offic

¶ *Officium Iudicis in actione ad exhibẽdum.*

§ Si ad exhibendum m actum fuerit: non sufficit, si exhibeat rem is cum quo actum est: sed opus est, vt etiam rei causam debeat exhibere: id est, vt eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cùm primùm ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideóque si inter moras exhibendi vsucapta sit res à possessore: nihilominùs condemnabitur.

§ Præterea fructuum medij temporis, n id est, eius quod post acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam interecesserit: rationem habere debet iudex. Quod si neget reus cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dari ei debet, vt tamen caueat se restituturũ o. quòd si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caueat: condemnandus sit in id quod actoris intererat: si ab initio p res exhibita esset.

¶ *Officium iudicis in diuisoriis iudiciis.*

§ Si familiæ erciscundæ iudicio actũ sit: singulas res singulis heredibus q

m Visitatem & candisiem rei ornamentum quod ex re causatur. l. 65. & 75. de verb. signif.

n Cum scilicet res nõ modò exhiberi, sed restitui debet. Gab.

o Hoc est exhibiturum, vt Paulus post ait, & est apud Paul. l. de eo. §. si iussa. D. Ad exhib.

p Id est, Tempore litis contestatæ.

q Nempe vt fiat diuisio nõ fictitiæ verborum, sed numero. G.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiudicare debet. & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio: debet hunc inuicem coheredi certa pecunia (sicut iam dictum est) [r] condemnare. Eo quoque nomine [s] coheredi quisque suo condemnandus est, quòd solus fructus hereditarij fundi [t] perceperit: aut rem hereditariam corruperit, aut consumpserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque quàm duos [u] coheredes, subsequuntur.

§ Eadem interueniunt, & si communi diuidundo de pluribus rebus actum sit. Quòd si de vna re, veluti de fundo: si quidem ille fundus commodè regionibus diuisionem recipiat: partes eius singulis adiudicare [x] debet. & si vnius pars prægrauare videbitur: is inuicem certa pecunia alteri cõdemnandus est. Quòd si commodè [y] diuidi non possit: [veluti si homo [z]] forte, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus vni adiudicandus est: & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est.

§ Si finium regundorum [a] actum

s Quandam sup. de actio. t Et ea quidem sunt præstationes personales, vt & in §. vlt. inf. l. C.

r Etiã si nondum adita sit ipsa hereditas: modò hic scierit hereditarium esse fundum: l. inter. §. fructus. ff. famil. erc. G. v. Imo & inter duos tantum ex plu. vt tamen alius nõ adsit. l. 2. §. dubitandum. ff. iiko tit.

x Adiudicat rem iudex in iudicium deductã ex litigatoribus alteri. Adiudicat verò, cui aufert. y Ipsis fãlo scilicet: nam alioqui homo bonis intellectu diuiditur commodissimè.

z Pro inclusa legitur in Vet. vel homo & recte.

a Regere fines, est dirigere & recte delineare & constituere.

fuerit,

fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio quæ sanè vno casu necessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros commodius sit [b] quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. [c] quo casu conueniens est, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari.

§ Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè commisit: verbi gratia, quia lapides finales [d] furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quisque eo iudicio cõdemnatur: [e] veluti si quis iubente iudice metiri agros passus non fuerit. Quod autem istis iudiciis [f] alicui adiudicatum fuerit: id statim eius fit, cui adiudicatum est.

b Reipu. interest distingui fines terminis agrorum: Ouid. 2 Fast. deden Termino, Omnia sit sine re litigioso ager.

c Adiudicationem inter sex acquirendi modos, refert Vlpia. in Fragm. de domi. & acqu. rer. A. C.

d Qui fines & terminos agrorum distinguant.

e Quanti in litem iuratum fuerit.

f Tribus, scilicet, Famil. erciscæ. Comm. diuid. Fini regundo. Iustinian. legibus Georgicis.

De publicis iudiciis.*

TITVLVS XVIIII.

* *Publica iudicia inde nomen traxunt, quòd*

Universidad de Deusto
Biblioteca

patent omnibus. l. Quamuis, 2. C. Ad legem Iul. de adult. l. Lege Cornelia testamentaria. D. Ad leg. Corn. de Fal. Eadem ratione popularia iudicia sunt publica, l. eum qui §. in popularibus. D. de iureiur. ex quo efficitur vt alia sint iudicia publica ciuilia, alia criminalia. l. C.

PVblica iudicia neque per actiones ordinantur [a], neque omnino quicquam simile habent cum cæteris iudiciis [b], de quibus loquuti sumus: magnáque diuersitas eorum est, & in instituendo, & in exercendo.

§ Publica autem dicta sunt, quòd cuiuis ex populo executio [c] eorum plerunque [d] datur. Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia.

§ Capitalia [e] dicimus, quæ vltimo [f] supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ, & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario: hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

¶ Enumerat publica iudicia: primum est, Maiestatis.

§ Publica

a. Id est, per ordinarias actiones non exercentur.

b Siue ex contractu siue ex maleficiis nascētibus: nam hæc nō ex maleficio, sed criminibus nascuntur. G.

c. Id est, criminalis accusatio. l. si tamen omnes. ff. de accus.

d Nisi lege aliqua iudicia publica agere prohibeantur. l. 43. §. Senatus. de rit. nupt. l. 2. §. de accus. Pernumque dixit pro fere.

e Vid. l. 28. de pœn.

f Vltimum supplicium mortem interpretatur. Celsus. l. 22. de pœn. Vide Diur. c. Disp. ca. 33. 36. 37. ex l. 1. hoc tit.

§ Publica autem iudicia hæc sunt, lex Iulia maiestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rem publicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit g. Cuius pœna animę amissionem sustinet, & memoria rei etiã post mortem damnatur.

¶ Secundum, de Adulteriis.

§ Item lex Iulia [h] de adulteriis coercendis, quæ non solùm temperatores [i] alienarum nuptiarũ gladio [k] punit: sed & eos, qui cũ masculis [l] nefandã libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam stupri flagitium punitur, cùm quis sine vi vel virginem, vel viduam honestè viuentem stupraverit. Pœnam autẽ eadem lex irrogat stupratoribus [m], si honesti sunt, publicationẽ partis dimidiæ [n] bonorum, si humiles, corporis coercitionẽ cum relegatione.

¶ Tertium, de Sicariis.

g. Quidam. C. ostendit.

h Paul. li. 5. Sent. tit. 26. Lata est hæc ab Augusto. Vipia. l. 2. ad legem Iul. de adult. Sueto. in Aug. cap. 34. Cornel. Tac. libr. 2. Anna. Aur. Aug. Emend. lib. 3. cap. 8.

i l. Quamuis. Cod. ad leg. Iul. de adult.

k Legi Iuliæ pœna relegatio fuit. quod igitur ait gladio, non est ex

rogatione Iulia, sed abrogatione. l. C. Nec tam ad legem Iuliã quam ad Constantini referenda est. quæ eidem adiecta est. l. quamuis. §. vlt. C. ad leg. Iul. de adult. l. l. Cum vir. C. ad l. Iul. de adult. Lata fuerat prius lex Scantinia Iustin. 2. Satyr. Suet. in Domit. c. 8. Cic. 3. Philip. & Quintil. lib. 4. cap. 2. Nouell. 72. m. Vet. & Theoph. leg. peccaveribus, τῶ τειαῦτα πλημμελοῦσι. & §. Item lex Iulia. de vi. infrà habet peccatores.

n Lex Attica ita mulctabat, vt vel duceret stupraret, vel duceret puellam. Lex Mosaica, vt duceret, & simul duceret, Deut. cap. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

o Quid sit sica, docet Fab. lib. 10. cap. 1. Vide & Cic. qui. Cod. ad leg. Cor. de sicar. Cuspr. Rab.

§ Item lex Cornelia de ficariis o, quæ homicidas vltore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. p Telum autem (vt Caius noster q ex interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur: sed & nunc omne significat quod manu cuiusque iacitur. sequitur r ergo, vt lignum, & lapis & ferrum hoc nomine contineantur: dictum ab eo quòd in longinquum mittitur, à Græca voce τηλοῦ s figuratum. Et sic hanc significationem inuenire possumus, & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Admonent nos epigrammata in Xenophontem t vrbis faustissimæ scripta. u καὶ τὰ βέλη ἀμῶς ἐφέρετο. πόλλαι τοξίου μᾶλα σφετέρου, φλοίσσι δὲ καὶ λίθοι. Sicarij autem appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum. Eadem lege, & venefici capite x damnantur, qui arcanis odiosis tam venenis quàm susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint.

q Locus Cuiacij extat in l. si caluitur. 233. de verb. sign. Quis vero sic in hoc Caius, notatum est, suprà in proœm. Instit. §. Quæ.

r Neque in hoc tractatu legis Cornel. de sicar.

s Id est, procul. Inde, A'ij legem sicariorum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ.

t Restitui legitur tum ex Cæsar. l. 233. (vnde hæc ferè descripta sunt) tum ex Theophil. & Aur. Aug. Emend. lib. 4. c. 5. Xenophontem, quam Xylandro (vt Haloander. Meo illo celebri verbo Constantinop. in quo quidam plerique erant vetustissima scripta, qualia supererant paucissima. Meminit Socrat. 1. Histor. tripart. c. 5. & Nicephorus. u Verba subiecta Xenophontis esse ex eo constantur ex libro 5 ἀνάβασεως. quæ sic reddi possunt: Et hostium tela simul ab eis ferebantur, lanceæ, sphendonæ, fundæ: plurimi autem & lapides.

ferreum

x Perse capita earum inter sæua duo cõmunebant: Plutarch. in Artaxerxe.

Vide leg. xij. Tab. & Plin. lib. 28. cap. 2.

a Malcolus primus Romæ parrem interfecit. Vide Val. Max. libro 1. cap. 2. de Tarquin. Paul. libr. 5. sent. tit. 24. Iul. Capito. in Anton. Pio. Exod. cap. 21. b Alias, perperauerit. Theophi. ἀνὴρ. c. de his qui parricid.

c Prius tamen virgis cæsus sagmineis. l. pen. eo. Inuectiua extat de Nerone parricida, cuius suppliciam defen. Fab. in declam. d Cic. pro Rosc.

Ff 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognatione vel adfinitate personas cõiunctas necauerit: pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit.

¶ *Quintum, de Falsis.*

§ Item lex Cornelia e de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, vel signum f adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit sciens, dolo malo. Eiúsque legis pœna in seruos, vltimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis & veneficiis seruatur) in liberos verò deportatio g.

e *Paul. li. 5. sent. titu. 23. & titul. 25. Pomp. l. 2. De orig. iur. autor est Cornel. Sylla quæstor. publicas de falso constituisse.*

f *Id est, sigillum. Theophil.* σφραγῖδα.

g *Martian. l. 1. §. vlt. hoc tit. ad l. Cor. de fal. addidit bonorum publicatio.*

¶ *VI, & VII, De vi publica: & de vi priuata.*

§ Item lex Iulia de vi publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur: deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: si verò sine armis: in tertiam partem bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis h, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, i & ij, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire.

h *Iustinianus Imp. capitis puniri voluit qui sacram virginem impudico aspectu fuisset intuitus. Histo. Eccles. fuc. l. 8i quis. C. de Episc. & cler. vnic. De rapt. virg. Nouell. 143. & 144.*

i *Vet. lib. peccatores. vt & supra §. 2. eo. tit.*

¶ *Octauum, De peculatu.*

§ Item lex Iulia peculatus k eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, l vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint: capitali animaduersione puniuntur: m non solùm hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alij verò, qui in hanc legem inciderint: pœnæ deportationis subiungentur.

k *Cicer. in Verrem.*

l *Rectius vet. lib. qui pecuniam vel rem publicam vel sacram.*

m *Exl. vnic. C. De crim. pecu.*

¶ *Nonum, de Plagiarijs.*

§ Est & inter publica iudicia lex Flauia* de plagiarijs, quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

n *Theoph. habet, Fabia. Cic. pro Rab. Nondum satis constat, Fabiane an Flauia, aut Fauia, legi debeat. De seruo alieno surrepto. vide cap. 24. Deuteron.*

¶ *X. XI. XII. XIII. De Ambitu, Repetundis, Annona, Residuis.*

§ Sunt præterea publica iudicia lex Iulia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iulia de ambitu, n lex Iulia repetundarum, o & lex Iulia de annona, p & lex Iulia de residuis, q quæ de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem missionem non irrogant: alijs autem pœnis eos subijciunt, qui præcepta earum neglexerint.

Sed de publicis iudicijs hæc exposuimus, vt vobis possibile sit summo digito, & quasi per indicem r ea tetigisse alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduentura est.

n *Contra eos sciuerit qui petitionis sed honorem vel magistratum ambiunt. Pla. de legib.*

o *Contra eum qui accepit pecuniam, vt iudicaret.*

p *Contra eum qui annonam vexauit.*

q *Contra eos qui eum pecuniis publicis tractarint, reliquatores sunt. l. 1. & seq. eod Duar. 1. Disp. c. 26.*

r *Id est, summatim Theophil. συντόμως καὶ ἐπιδρομικῶς Cc. pro Celio. Summæ enim tantum capita, non altius quæstiones attingit. §. 1. de inst. & iur. supra. Chiae. lib. observat. 5 cap. 25. Index aliud est quam Exemplum: index est ex latiore scriptura breuis subtractio.*

FINIS.

IVRIS

CIVILIS ROM. INITIA ET PROGRESSVS.

***

AD LEGES XII. TABVLARVM BREVIS COMMENTATIO:

EX VLPIANI FRAG. TITVLI XXIX. SE-lectis notis illustrati.

CAII EX VETER. IVRISPRVDENTIÆ FRAG. INSTITVTIONVM *LIBRI.* DVO.

***

IVSTINIANVS NOV. CONSTIT. XLVII.

Principia Romanæ Reipu.

Siue quis ad vetustissima illa & prima Reip nostræ principia respiciat: Æneas rex Troianus quædam nobis Reipub. initia dedit: & nos ab illo Æneadæ appellamur: siue secunda principia contempletur, quo planè tempore Romanorum nomen inter homines emicuit. Reges eā instituerunt Romulus & Numa: quorum alter Vrbem condidit: alter ipsam ordinauit ornauitq; legibus: siue etiam tertia regij imperij procœmia capiat, nempe magnum illum Cæsarem Augustum* & Seuerum, inueniet hic quoque eum Reipubl. statum, qui nunc obtinet, atque vtinam immortalis iam inde euaderet, &c.

***

* Χαλιγῆσον, ἢ πλειῶν Vul. πλέονα legit.

A. CONTIVS
ANTIQVITATVM Romanarum Studiosis.

QVàm grauiter Pomponius, atque elegantèr describat fontes Iuris ciuilis, & successionem Prudentium, quámque distincte legibus singulis Authorum nomina adscribantur testis est insignis eius lex secunda de Origine iuris, testes etiã sunt quinquaginta Pandectarũ, & duodecim Cod. Iustiniani libri. adeo enim prodest diligẽter obseruare & exquisitè tenere quibus authoribus, & quo tẽpore leges Romanæ scriptæ sint vt citra eã cognationẽ res ipsæ vtiliter percipi queant. Mutata enim per secula hominũ conditio, mutata Respub. diuersas seruandi phrases inuexerũt: quod Accursianis magnas difficultates & perplexas sæpenumero attulit. Datur ea itaq; libros Institutionũ Imperial IIII. perpetuis notis ex optimis quibusque Interpretibus in vsũ Iuris studiosorum selectis: cõmodũ visũ est pro appẽdice ad eos libros. addere quæ in primis cognitu necessaria Iurisconsultos iudicant. Et quemadmodum pleriq; antiquita

Caius in l. 2. D. de origine iur.

Institutionum editio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiquitates Romanas diligenter collegerunt, ita ex ipsorum libris ea hoc Πανηγυρικῶ inseremus quæ potissimum ad Ius ciuile, multarũque legum interpretationem facium.

Ex Valer. Forstero. G.

Prima administratio Rom.

Iurũ Rom vt varia fuerunt initia, sic & varij progressus. Primo in vrbe administratio Regia fuit quo tempore plurimæ leges à Regibus latæ sunt prisci illi temporibus accommodatæ, à nostris verò alienæ quippe quæ circa Sacra ipsorum peragenda, Magistratus constituendos, Patriam potestatem confirmandam, & alias exortas Reipub. necessarias res vtebantur.

REGES ROMANI.

	Anni ante Christum.	Numerus regũ.	Imperij Anni.
Ex Oldendorp. sapput.	871 Romulus.	1	37
	714 Numa Pompilius.	2	41
	673 Tullius Hostilius.	3	32
	641 Ancus Martius	4	23
	618 L. Tarquinius Priscus.	5	35
	583 Seruius Tullius.	6	34
	549 L. Tarquinius Superbus.	7	25

Ex Tito Liuio.

Electus regno ob violatam à filio sexto Tarquinio Lucretiæ pudicitiam. Tulit (vt Liuius inquit) Romanã regia scelerũ tragicis exemplũ vt tadiu Regum maturior veniret libertas, vltimumque regnũ esset, quod scelere partũ foret.

I. MVT

I. MVTATIO. Consules creati.

Electo regio nomine, duo statim Consules creati sunt: his omnia iura, omnia insignia regum data, legesque regum in contemptum abierũt. Iuris igitur statuendi potestate in senatum translata est: solus populus de capite ciuis Romani iudicium sibi retinuit, leuem exercitionem Senatus reliquit.

Senatusconsulta.

Ab eo itaque tempore ad Alexandrum imperatorẽ vsque, senatusconsultis multũ tributum est. Nã enim tantũ Senatus de ijs quæ pertinebãt ad Reipub. maiestatẽ amplitudinẽmque, decernebat: verũm authoritatẽ suam, si primatorum res postularent interponebat.

II. MVTATIO.

Dein, quia Publicolæ lex Consulum sententiæ irritas faciebat, ne populi Romani iudicium accederet, permissa reis prouocatione ad plebem, Dictator constitutus est: cui duæ secures in terrorem additæ. Et Magister Equitum ad eum electus est: huic incumbebat & ludorum faciendorum, feriarum, comitiorum, Senatus legendi, Reipublicæ constituendæ cura.

Dictator creatus & Magister Equitum.

III. MVTATIO

Tribuni plebis creati.

Quia verò plebs domi se capi & opprimi à potentioribus, tutiorẽmque in bello quã in pace, inter hostes quàm inter ciues libertatem esse experiebatur, facta secessione, Tribunos sibi creauit, quos Consulibus opponeret. horum ea erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

vis, eáque facultas, vt intercederent aduersus Magistratuu potentiam, necnon dictatoris imperium. Praterea quoties oportere visum est, potestas fuit habendi & dissoluendi Senatus, intercedendique. Hi deinde Tribuni plebem rogabant: quod plebs iubebat, ratum firmúmque erat: inde Plebiscita orta.

Plebiscita.

IIII. MVTATIO.

Paulo post quiu magnæ sæpe contentiones inter plebẽ Patresque pro legibus ferendis essent, Tribuni finem certaminũ facere pollicitis sunt, si legũlatores & ex plebe & ex Patribus crearentur, qui leges communes vtrisque vtiles ferrent: quibus Patres in legibus ferendis, non inlatore assenserunt. Vnde, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas habere placuit, missique legati Athenas, qui Solonis leges describerẽt, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta mores iurásque cognoscerent: creatique Decẽ viri sunt. His allatas leges Græcas, in decem tabulis descriptas, publicè proposuerunt, additis duabus, quæ leges Romanorum proprias continebant. inde corpus omnis Romani iuris. Quia vero læta principia eius magistratus nimium luxuriauere, eo citius lapsa res est, nam post biennium Decem viri ob Appij Claudij libidinem imperio abire iussi sunt: attulitque Regibus & Decem viris Rom. sola libido finem.

Decem viri creati.

Decem tab. duæ addita.

Duodecim verò illæ legum tabulæ concisa, & pla

planè admirabili breuitate nullis (vt ex ijs quæ supersunt existimare licet) nisi prorsus necessarijs verbis præscriptæ fuerunt. Quarum præstantiam non alienum erit magnorum quorundam virorum auctoritate confirmare, elogiaq; proferre, in quibus illud primum Liuij memorabile est: Hic, inquit, nunc quoque, in hoc immenso aliarum super alias acernatarũ legũ cumulo, fons omnis publici, priuatique est iuris.

Præstantia leg. xij. tab.

Titus Liuius lib. 3.

Tacitus autẽ Regũ omnium Iurisq; Romani originem ex vetere memoria repetens: Pulso, inquit, Tarquinio, aduersum Patrum factiones multa populus patrauit, tuendæ libertatis & firmandæ concordiæ: creatiq; Decẽ viri & accitis quæ vsquam egregia, cõpositæ xij tabulæ: finis æqui iuris, nam secutæ leges, etsi aliquãdo in maleficos ex delicto, sæpius tamẽ ex dissensione ordinum, & adipiscendi honores aut pellendi claros viros, aliáque ob praua, per vim lata sunt. Cicero in libris de orat. de his ipsis legibus, sub persona Crassi disputans, sta loquitur: Sine quem hæc aliena studia delectant, plurima est in xij. tab. antiquitatis effigies: quod & verborum prisca vetustas cognoscitur: & actionum genera quædam maiorum consuetudinem vitámque declarant: sine quis ciuilem scientiam contempserit, totam hãc descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus, ac partibus, xij tabulis contineri videbitis, sine quẽ ista

Cornelius Tacitus lib. 3. Annalium.

Ciceronis præclarum & magnificum testimonium.

præpotens & gloriosa philosophia delectat, dicam audacius, hoc habet fontes omnium disputationum suarum, qui iure ciuili, & legibus continentur. Fremant omnes licet, glicam quod sentio, bibliotheca mehercule omnium philosophorum vnus mihi videtur xij. Tab. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & authoritatis pondere, & vtilitatis veritate superare. Idem libro de legibus 2. Discebamus, inquit, tueri Duodecim, vt carmen necessarium: quas iam nemo discit. &c.

Consuetudo Romæ, vt leges xij. Tabul. adolescentes ediscerent.

Harum xij. Tab. fragmenta multifariam apud authores varios sparsa, ex optimis nostræ ætatis scriptoribus ea potissimum huic Enchiridio inseruimus quæ ad explicationem Institutionum ac veram prisci Iuris Antiquitatúmque incognitarum in primis pertinere videntur.

Ausonius verò noto disticho significauit, tripartitam harum xij. Tab. diuisionem fuisse: prima enim parte ius illud quod ad sacra pertinebat, comprehensum, altera ius publicum: tertia priuatum.

* Primarum, secundo loco nominat, versus causa.

Ius triplex. Tabulæ quadter fauxere quaternæ Sacrum, priuatum populi commune quod vsquam est.*

DE

DE IVRE SACRORVM EX LEGIB. XII. TAB.

Ex Oldendor. & Rituall.

DIVOS CASTE ADEVNTO, *pietatem adhibento, opes amouento. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.*

Cicero sic explicat: Castè iubet Lex adire deos, animo videlicet in quo sunt ossa. Nec tollit castimoniã corporis, sed eã itelligi volebãt. Adde quę in hũc locum attulerunt Rituall. & Oldendorpius.

Opes amouento. Ne sumptus sacris adhibito, Paupertas, quæ illi cum primis placet, arceretur ab aditu eius.

Vindex erit. Præsentis pœnæ metu, inquit Cic. religio confirmari videtur.

SEPARATIM NEMO HABESSIT *deos néve nouos sine aduenas, nisi publice adscitos priuatim colunto.*

Ignotæ enim cerimoniæ confusionẽ habent religionum.

Publicè adscitos. Certè vt Romã Athe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

næ° olim vocauit ἐκκοπὰς τοῦς ὀλίγους μένους, sic antea quidã ex christianis script. appellarat ἐκκοπὰς sic sanctè exigunt.

Constructa à patribus delubra habento.

Lucos in agris habento. Et larium sedes.

Lucos in agris habento. Christiani nunc ruti quoq;, non luco, sed templis vtimur propter loci distantiam c. III. de Eccl. ædifi. vel repar. Oldend.

Larium Sedes. Vide comment. Io. Lodoici Viuis in 2. cap. lib. 9 de ciuit. Dei.

RITVS FAMILIAE PATRIAEQUE SERVANTO.

Ritus familiæ. Huc respexit Modestinus in l. 1. D de ritu nupt. dum inquit, Nuptiæ sunt coniunctio, &c.

Patriaeq; seruanto. Interpretatur Cicero & Oldend. Etsi pleraq; hæc fuerint impia Oldend. tamen ea venustè ad sũ nostrũ exigit, imò ad formãdos mores pertinere aliquatenus demonstrat.

SACRA PRIVATA PERPETVA MANENTO.

Huius legis extat testimonium apud Ciceronem in Orat. pro Muræna: vbi sic loquitur: Nam cum permulta præclarè legibus essent constituta, ea Iurisconsultorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata sunt. Sacra interire illi

Ex Cic. pro Muræna.

illi noluerũt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.

HOMINEM MORTVVM IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO.

Extat hæc lex totidem verbis apud Ciceronẽ lib. De legibus 2. vbi sic scribit, Hominẽ mortuũ (inquit lex in xij.) in vrbe ne sepelito, neve vrito. Deinde legem sic explanat: In vrbe sepeliri lex vetat: sic decretum est à Pontificũ collegio, non esse ius in loco publico fieri sepulchrum. Statuit enim collegium locum publicũ non potuisse priuata religione obligari. Seruius tamen in libr. Æneid 5. memoriæ prodidit, apud maiores (fortassis ante xij Tabu.) moris fuisse, vt qui mortuus esset, domum suam referretur. Vnde est apud Vergi. *Sedibus hunc refer antè suis, & cõde sepulchro.* *Neve vrito* Credo (inquit Cicero) vel propter ignis periculum.

HOC PLVS NE FACITO.

Hæc verba superioris alicuius legis quæ funerum & sumptuũ modum præfiniebat, appendix sunt quasi in eã sententiam scripta lex esset, vt cum finem illis rebus præscripsisset, tũ hoc quasi sanctionis loco adscriberet.

Cic. de leg. lib. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ROGVM ASCIA NE POLITO.

Iuber lex è rudibus & impolitis lignis pyram confici: asciam vetat adhiberi, quæ fabrorum materiariorum dolabra est, quibus ad aspera ligna polienda vtũ tur. Sumptus ergo superuacuos & inuti les à funeribus lex remouet.

Cic. lib. 2. de leg. Ex Cic. lib. 2. de leg.

MVLIERES GENAS NE RADUNTO. NE VE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO.

Veteres xij. Tabu., interpretes Sext. Ælium, L. Acilium, non satis intelligere se dixisse, quid esset *Lessus*: sed suspicari, vestimẽti aliquod genus funebris: I. verò Æliũ arbitrari, *Lessum* esse quasi lugubrem eiulationẽ, vt vox ipsa signi ficat: quod eò magis, inqt idem, iudico verũ esse, qa lex Solonis idipsũ vetat.

Plin. lucas lib. 11. cap. 37.

De genis autẽ radendis, Plin. ita scribit: Infra oculos malę homini tantũ: quas ptisci genas vocabant: xij Tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Et Seruius in illud xij. Ænei. *Et roseas lanians genas*: Moris, inquit, fuerat, vt ante rogos humanus sanguis effundere tur vel captiuorũ vel gladiatorum: quo rum si fortè copia non fuisset, lanian tes genas suum effundebant cruorem vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum cautũ lege xij. Tabul. ne

ne mulieres *caperent* faciem, his verbis: *mulier faciem ne carpito.*

Plato de Legibus, Fleri, (inquit) mor tuum iubere, aut vetare, absurdum est: plangere verò & voces ac lamenta extra ædes mittere: vetandum. Plato libro 12. de leg.

Ex Cic. libr. 2. de leg.

HOMINI MORTVO NE OSSA LEGITO, QVO POST FVNUS FACIAT: EXTRA QUÀM SI MILITIÆ AUT PEREGRÈ MORTUUS SIT.

Legis sententia hæc fuit, vt posteaquàm crematũ corpus est, ossa è cineri bus legantur, statimque loco proximo in terram condantur, ne si aliũ in locũ sepeliendi causa deportarentur, luctus duplicaretur & sumptus.

Excipitur autem hac lege si quis aut in militia, aut peregrè sit mortuus, vbi scilicet funus ei fieri non licuerit: tum enim neque luctus, neque sumptus augetur. Itaque in Pandectis, is sumptus funeris probatur, cũ peregrè mortuus in suũ transfertur. l. etsi, 14. impensa, & l. Diui fratres, 30. D. de relig. & sump.

VTI SERVILIS VNCTVRA OMNISQUE CIRCUMPOTATIO TOLLERETUR.

Ex Cic. eod. lib.

Non omnis vnctura legibus tollitur, quandoquidẽ in Pandectis eorũ sumptuum ratio probatur, qui vnguento pro mortui corpore comparato, facti

Universidad de Deusto
Biblioteca

L. Funerum. ff. De religios. & sumpt. fun.

sunt religiosi.& sumptibus funer.

VTINE SVMPTVOSI RESPERsio fieret, né ve murrata potio mortuo inderetur: né ve longæ coronæ, né ve accerræ adhiberentur.

Quæ omnia extant eodē loco apud Ciceronem, vnde intelligitur moris fuisse, vt cadauer rogúsve, liquoribus quibusdam pretiosis perfunderetur.

Potionem murratā, ex murra confectā, atq; odoratam, dici intelligitur, quem sumptum in mortuos fieri lex vetat.

Eius apud Festum sit mentio.

Postea sequitur, *né ve accerræ adhibeantur*. Quo verbo quid significetur, difficile dictū est. nam Festus cùm Acerrā dixisset esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebātur: postea scribit, alios putare arculam esse thuriariam, scilicet vbi thus reponebant.

Acerra quid sit.

De aris potius accipiendum putat Hotom. vt scilicet vetet lex, aras quæ proxime sepulcra fierent, cum thure incensisq; odoribus obiri: præsertim cùm ita continuò pòst apud Ouidium scriptum sit.

Ex Plin. li. 2. c. 5.

Nec dare thura libet, nil exorantis inanes.

QVI CORONAM PARIT IPSE *pecunia ve eius virtutis ergo arguitor, ipsius mortuo*

mortuo parentibusque eius dum intus ponitur erit foris que feretur, sine fraude imposita esto.

Ex Cic. lib. 2. Ex Hoto.

Legis sententia videtur esse hæc, vt qui in ludis certaminibusque publicis coronam adeptus sit, (quę quidem præmiū victoribus honoris causa propositum erat:) ei monimētū istud, quasi insigne suæ virtutis, relinqueretur.

Arguitor Id est, corona illa sit argumento & indicio suæ virtutis. Verba autem hæc *Ipse pecunia ve eius*: non ad verbum *Arguitor* referenda putat Hotom. (quia corona illa neq; equis, neq; seruis, vel viuis, vel mortuis dabatur:) sed ad verbum *Parit*. quasi dictū esset: si quis aut per se, aut per seruos equosve suos coronam adeptus sit.

Pecuniæ nomine lex non equos tātùm, sed & seruos comprehendit.

Vt quę *corona* parta ab illis esset, ea domino æquè ac si per se ipse certando eam peperisset, honorem illum conciliaret.

Vti plura funera ne vni fierent, neve lecti plures inferrentur.

Ex Cic. lib. 2. de leg. Seruius Honoratus.

Ad minuēdos sumptus, & mortuis & viuis inutiles, sine dubio pertinet. Nam vt Seruius tradit, Apud maiores gloriosum fuerat quā plurimis lectis efferri.

Ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sylla sepultu. Ac tenuis quidem fortunæ homines capulis, siue pheretris efferebãtur: potentiores autem lectis. Itaque Sylla sex milia lectorum habuisse dicitur.

NEVE AVRVM ADDITO: AST *quoi auro dentes vincti erunt, im cum illo sepelire vrerēve sine fraude esto.*

Verat lex sepulcris aurũ iniici, cum apud antiquos cõsuetudo ferret, vt in rogum vnà cum mortuo pretiosa multa iniicerentur, id quod ex plerisq; Virgilij locis, & Seruij in eum commentarijs intelligitur.

Et μωμολογίαν admirari licet: qui in tanta grauissimarum legum paucitate de re tamen tenuissima, & quæ rarissimè vsu venit, sanciendũ aliquid putarunt: cum tamen (vt Pomponius nostet admonet) iura constitui oporteat, sicuti Theophrastus dixit, in his quæ ἐνιτόπλείονες accidunt, non quæ ἐκ παρὰ μέρος. nisi fortè illud est, quod & Plutarchus & alij testantur, Romanos in rebus ad sacra & religionem pertinentibus, quales Diuorum manium fuerunt, mirabiliter ãnxios. & ad summũ superstitionem adductos fuisse.

Ex Cic. lib. de Legib. 2. ROGVM BVSTVMVE NOVVM *ne propius aedes alienas* LX. *pedes inuito domino adijcito: neve forum sepulchri bustúmve vsucapito.*

Pyra, inquit Seruius, est liguorũ cõgeries: *Rogus*, cum ardere cœperit dicitur. *Bustum* verò iam exustum vocatur, quasi bene vstum. *Pyra. Rogus. Bustum.*

Bustũ tamẽ pro sepulchro in quo humatus quis est, à lege vsurpari, vel hoc argumento est: primũ quod cũ de loci interuallo caueat, aliud esse Rogum demonstret, aliud Bustũ, siue τύμβον. vide l. 6. D. finium regund. Atque vt in rogis incendium lex verebatur (quod Tullius annotauit) sic in bustis terrũ casu erũ odorẽ & aeris pestilentiã cauere oportuit, vide l. 3. D. de mort. inf.

§ Altero capite lex cauet, ne forum sepulchri bustúmve vsucapi liceat.

Festus Antiquos, id *forum* appellasse tradit, quod nũc vestibulũ sepulcri dici solet. Ac de vestibulo quidẽ ambituque sepulcrorum legis ratio perspicua est: vt scilicet potestas esset hæredibus iusta quotannis ad sepulcrum fieri. *Forum quid.*

Cicero Philip. 9. Maiores, inquit, nostri statuas multis decreuerunt: sepulcra paucis. Sed statuę intereunt, tempestate, vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri neque deleri potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De iure publico legis duodecim Tabularum.

Ex Cic. lib. 3. de legibus.

PRIVILEGIA NE IRROGANTO. *De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum ne ferunto.*

Ex Hoto.

HAs duas leges ex xij. Tab. nostris Cicero in legum suarum ordine retulit, lib. de legib. 111. de iisque aliquantò post ita scribit: Tum leges praeclarissimae de x 11. Tabu. trallatae duae: quarũ altera priuilegia tollit. altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat: nondum inuentis seditiosis Trinun. pl. In priuatos homines leges ferri noluerunt. id est enim priuilegiũ: quo quid est iniustius? cum legis haec vis sit, scitum esse & iussum in omnes: ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt. Descriptus enim populus cẽsu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium cõsilij, quàm fusè in tribus cõuocatus. Cicc. in Orat. pro domo: Verant leges, sacratae, vetãt xij. tab. leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. Idem autem Athenienſium institutũ fuisse, patet ex Demosth. Oratione cõtra Timocratẽ.

Athenienſiũ institutum.

Prioris

Prioris capitis ratio est. Nam si æquitatis fruendæ causa leges sanciuntur, hoc est, vt summi cum infimis pari iure retineantur: eæ demum habendæ leges sunt, quæ cum omnibus semper vna atque eadem voce loquuntur.

Alterius capitis æquitas est cùm vniuersi populi grauius esse iudicium demonstrat, quàm partiti, descriptúmque populum censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibere ad suffragium consilij, quam fusè in Tribus conuocatum.

Cicero toties in Orationibus disputat, nihil de se à Clodio lege actũ fuisse qui quum capitis Ciceronem accusaret, non centuriatis, sed tributis comitiis legem tulerat.

IVSSVS POPVLI, SVFFRAGIA *sunto. Quodcunque postremum populus iussit, id ius ratumque esto.*

Ex Liuio lib. 7.

Ad hanc legem visus est auctor ad Herennium lib. secundo respexisse, quũ eam de fensionem tenuem esse contenderet, qua ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatũ vel derogatum sit: id quod posteriori lege sancitum sit esse neg ectum. Nimirum quia illud demũ ius, & ratum erat,

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt aiunt Decē viri, quod postremum populus iusserat. Proinde si noua lege vetus esset abrogata sanctio, legi nouę lex vetus omnino cedebat. nam postrema grauissima sunt. Vnde Modest. τὰ μείζονα νικῶντα διατάξεις. inquit ἰσχυρότερα γάρ ἐστι τὰ ὑστερογενῆ. In abrogandis legibus antiquis præclarum Thuriorum institutum extat apud Diodorum Sic. lib. 12. & Demosth. in quadam Orat. Vt qui veterem legem abrogare vellet, laqueo ceruici circundato in cōcionē prodiret, nouāq; suaderet, quā si populus non probaret, tum ei gula eodem laqueo frangeretur.

In l. 4. D. de constitu. prin. Thuriorum institutum.

Ex Gellio l. 2. c. 2.

VT SI IVDEX, ARBITERVE *iure datus pecuniam ob rem iudicandam accepisset, capite pœnas lueret.*

Abrogatam hanc legem fuisse, vel ex eo intelligi potest, quod de iudicibus qui litem suā faciunt, legibus constitutum est. l. filiusfa. 15. D. de iudic. Litem autem suam facere iudex malè iudicando propterea dicitur, quia causam eius secundum quē malè pronūtiauit, suscipere cogitur, eāq; quasi suam defendere.

Litem suam facere quid sit.

l. 1. D. ad l. Cor. de fica. Ex Gell. lib. 10. cap. 1.

Quòd si quis magistratus iudex ve quæstionis ob capitalem causam pecuniā acceperit, vt quis publica lege reus fieret, Matt. scribit eum lege Corn. de sicariis

sicariis teneri: cuius pœna est, in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio. l. 3. eod.

VT QVI FALSVM TESTIMONIUM *dixisset, è saxo Tarpeio deiicitur.*

Legem hanc abrogaram postea fuisse, ex eo constat, quod Martia scribit in l. 1. D. ad l. Cornel. de sica. eum qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis rei capitalis damnaretur: ea lege teneri: cuius pœna est insulæ deportatio, & omnium bonorum ademptio, l. 3 in fin. eod.

Platonis autem lex, Vt qui ter falsum testimoniū dixerit, publico iudicio teneatur: & conuictus capite mulctetur.

Plato lib. 11. de legib.

NE QVIS *hominem indemnatū occideret, hominisve occidēdi causa cum telo esset.* H.

Ex oratione pro Milone.

Legis æquitas in promptu est: ne si quem vis sceleris manifestum occidi fine iudicio liceret, fenestra audacibus ac facinorosis hominibus ad cædes pro libidine faciendas aperiretur.

Cicero in Miloniana ita ratiocinatur: quum lex verat esse cum telo hominis occidendi causa, eandem tacitè permittere, esse cum telo sui defendendi causa. Locus enim est ex contrariis: cuius hoc summum præceptum

est, vt contrariorum contraria sint consequentia.

NE QVIS IN VRBE COETVS nocturnos agitaret. H.

Ex Declama. Porty. Latronis in Catilinam. Hotom.

Clãdestinas coitiones lex vetat, quippe quæ facinorosis hominibus facultatem aliquid contra Rempubl. audendi præbeãt: quẽadmodũ Menãder scribit, τελὼ νύκτα τῶν πόλλων κακῶν ἀρχηγός

Nox cur intẽpesta dicta.

Itaque intẽpestam noctem Veteres appellabant, vt Varro scribit, quia tempus agendi nullum erat. Inde etiã altera illa lex in has tabulas relata, *Sol occasus suprema tempestas esto*, vt mox dicetur.

VT SI QVIS HOSTEM CONcitasset, ciuémve hosti tradidisset, capite pœnas lueret. H.

Ex Martiano in l. 3. D. ad leg. Iul. m.

Quid sit *Hostem* concitare, nondum satis exploratè constituere potui: ait Hotom. nisi fortè illud sit, extra ordinem in hostem pugnare, quod capite sancitũ fuisse, vel ex A. Posthumi Dictatoris in filium animaduersione illa nobili: vel ex simili T. Mãlij Consulis facto existimare licet, quorum vterque filium suum, quòd extra ordinem cum hoste pugnauerat, secuti percussit: quẽadmodum tradunt Diodorus Sicul. lib. 12. Liuius lib. 4. & 8.

Viden

Videndum etiam an Hostem concitare illud sit, quod Scæuola dixit Hostes ex amicis populi R. facere: quod maiestatis crimen fuisse testatur, quum scilicet belli causam aliquis dedisset, quanquã eum qui legatũ pulsasset, Q. Murius dedi hostibus vtilius esse solitus est respondere: vt ait Pomp. Verrina 7. Cicero prospicuè significat fuisse iuris, vt qui fœdus violarant, iis qui affecti iniuria fuerant, dederentur. *l. 4. D. ille titulo.* *l. vlt. D. de legatis.*

VT QVI AEDES ALIENAS acerumve frumenti iuxta ædes positum dolo malo combussisset: vinctus, verberatus igni necaretur: at si casu id fecisset, noxiam sarciret: Prætorisve arbitratu castigaretur. H.

Ex Cic. in l. qui ædes. 9. D. de incend. ruin.

Incendiarios capite puniri, qui ob inimicitiam vel prædæ causa intra oppidum incenderunt, & plerunq; vinos exuri: qui verò casam aut villam, aliquanto lenius. At fortuita incendia si cum vitari possent, per negligentiam eorum apud quos orta sunt damno vicinis fuerunt, ciuiliter exerceri: vt qui iactura affectus est, dãnum recuperet. *l. capitalium. 28. §. 12. D. de pœn.*

QVI FRVGES EXCANtassit *

Libro naturæ. q. 4.

Apud Senecam huius legis testimo-

nium extat: Apud nos, inquit, in XII. tabu. cauetur, ne quis alienos fructus excantasſit. Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palàm est, vt huius cautæ nullius Philosophi schola introeunda sit.

Facit & Plato incantationum mentionem, quibus viperarum & scorpionum morsibus remedium adhibeatur.

l. 1. D. de extraord. cognit. Vlpianus autem genus hoc medicinæ repudiat. Quum quis, inquit, incantauit, quum imprecatus est, quum, vt vulgari impostorum vtar verbo, exorcisauit. Non enim sunt ista medicinæ genera: tametsi sint, qui hos sibi profuisse, cum prædicatione affirmerent.

* NEVE ALIENAM SEGETEM *pellexerit.*

Augustinus lib. De ciuitate Dei 8. Illud etiam, inquit, quod alio loco de his artibus dicit.

Virgil. Eglog. 1. *Atque satas alió vidi traducere messes.*

Eò quòd hæc pestifera, sceleratáque doctrina fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, nónne in XII. tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus, Cicero commemorat esse conscr

ipt um, & ei qui hoc fecerit supplicium constitutum? Item Apuleius, *Apul. in Apologia.* Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim Tab. propter incredundas frugum illecebras interdicta.

Hæc verò certis conceptisque verborum formulis, ac potius susurris, vel hominibus pernicies, vel agris calamitas inferebatur. Huius ciusdē generis illæ Diræ fuerunt, de quibus Cicero in *Diræ.* primo De diuinat. & Plutarchus in Crassi vita commemorant: vnde intelligitur, arcanas quasdam & vetustas execrationes fuisse: quarum ea vis foret, vt cui semel obnunciarentur, nunquam exitium perniciémque vitaret.

SANATIBVS IDEM IVRIS, *quod fortibus esto.*

Sanates, ait Festus, dicti sunt, qui supra infráque Romam habitauerunt. *Sanates.* quod nomen his fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui pòst redierunt in amicitiā, quasi sanata mente. Itaq; in XII. tab. cautū est, vt idem iuris esset sanatibus, quod fortibus, id est, bonis, & qui nunquam defecerant à populo Ro. Legis æquitas perspicua est, vt ij scilicet, qui benignitatem populi Ro. exper-

ti essent, constantes deinceps in fide atque ipsius maiestate comiter tuenda permanerent: tum vt reliqui hoc tanquam inuitamento ad populi Rom. societatem atque amicitiam allicerentur.

Æbutia lex. Hanc tamen legem postea Æbutia lege abrogatam, testis est Gellius lib.16. cap.10.

Tria hæc fragmēta ex Gellio sunt. IN COMITIO AVT IN FORO ante meridiem causam conficito, cùm peroranit ambo præsentes.

Extant hæ reliquiæ apud Gellium lib.17.ca.1.Primus etiam versus legitur in 2. Rhetor ad Heren. Lex videtur iubere iudicem in comitio, aut in foro, causam ex vtriusque litigatoris oratione cognoscere.

Comitium, inquit Varro, ab eo quòd coibant eò, comitiis curiatis & litium causa. Hinc illud Cic. in Bruto: In comitium veniant ad stantem Iudicem.

Comitium.

De Comitiis locus insignis ex antiqua Oratione C. Titij describitur à Macrobio lib.3.cap.16.

Ex Gellio eodem loco. POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO: *si ambo præsentes. H.*

Vtriusque litigatoris præsentiam lex in lite addicenda desiderat: qua de causa institutum fuit, vt absente altero alter

ter à Prætore edictum peteret, quo absens intra dies decem adesse iuberetur: ni veniret, item alterum edictum, itémque tertium, quibus propositis, tunc peremptorium proponeretur, quo aduersario facultas omnis tergiuersandi præcideretur, quippe quum in hoc denuntietur fore, vt etiam absente aduersario res cognoscatur, ac iudicetur.

SOL OCCASVS SVPREMA *tempestas esto.* *Ex Gell. lib. 17.ca.2. Varro lib. 5. de ling. Lat.*

Macrob. lib. Satur. 1. cap. 3. *Suprema tempestas*, hoc est diei nouissimum tempus: sicut expressum est in xij. Tab. &c.

Censorinus libro de die natali, cap. 19. Meridies, inquit, quod est mediæ diei nomen. *Meridies.*

Censorinus, eodem lib. & Plin. lib. 7. cap. 60. argumentantur, horarum nomen annis trecentis Romæ ignoratum fuisse, quum in xij. Tabulis ortus tantùm & occasus nominetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De iure priuato legis xij Tabularum.

Ex Dionys. Halic. lib. 2.

VTI QVI EX PATRE MATRÉQUE *familiâs eius nasceretur, in patris familiâs sui manu, potestate mancipióque esset: haberétque paterfamiliâs ius in eum vitæ ac necis, térque filium venundandi potestatem.*

AT SI TER FILIVM PATER *venundarit, filius à patre liber esto.*

Vtique filia, caterique liberi vna mancipatione liberarentur. Vtique filij filiæq; familiâs bonorum paternorum sui suæq; haeredes essent.

Institu. De pat. pot. §. 1.

IVstinianus scribit: Ius potestatis quod in liberos habemus, proprium esse ciuium R. nullos enim alios esse homines, qui talem in liberos potestatem habeant. Nam (vt Diony. testatur) gentes aliæ omnes modum patriæ potestati aliquē statuerunt: at Romani in omne vitæ filiorū tempus eam produxerunt: etiamsi Rempubl gererent, magistratusque summos obtinerent.

Qui ex patre, matréque familiâs, sic accipienda sunt, quasi dictū esset, Qui ex iusta vxore. Nam (vt Iustin. ait,) in potestate

testate nostra sunt ij demum liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus. *§. 1 de pat. potestat. & §. vl. De nup.*

Manu, potestate, mancipio. Tria hæc coniunctim coaceruata sunt, vt summum illud & infinitum ius patriæ potestatis intelligeremus.

Vnde illud de C. Flaminio, apud Ciceronem in 2. De inuētione, qui quum Trib. pleb. esset, & ex rostris concionem ad populum haberet, vi à patre de templo deductus est.

Térque filium venundandi, &c. huius partis testem habemus eodē loco Dionysium Halicar. qui etiam illud adscribit, Maiorem hac lege patribus in filios, quàm heris in seruos, potestatem permissam esse. Seruum enim semel venditum si à nouo domino manumittatur, sui iuris efficit: at filium non prius suæ potestatis fieri, quàm ter à patre suo venditus, ter à suis dominis manumissus fuerit. *Maior patribus in filios quàm heris in seruos potestas.*

Si ter filium, &c. auctorem habet Vlpian. cuius verba cap. Inst. x. hæc sunt: Liberi, parentum potestate liberantur, emancipatione: id est, si postea quàm mancipati fuerint, manumissi sint. sed filius quidē ter mancipatus, ter manumissus, sui iuris fit. Id enim lex xij. tab.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iubet his verbis, *Si pater, &c.*

Quod ait lex, *Filia verò*, &c. Exiſtimat Hotom. teſtimonium certum non extare. Nam quod Vlp. cap. 10. ſic ſcribit: Cæteri liberi præter filiũ, tam maſculi quàm fœminæ, vna mancipatione manumiſſionéq; ſui iuris fiunt, &c. nominatim legi duodecim Tab. non adſcribit: vt nec in l. 8. D. de iniu. rupt. teſt.

Vtcunque ſit, capitis huius ſententiam Caius quoque lib. Inſtit. 1. confirmans: Fœminæ, inquit, vel nepotes maſculi ex filio, vna mancipatione de patris vel aui exeunt poteſtate, & ſui iuris efficiuntur.

PATRONVS SI CLIENTI *fraudem fecerit, ſacer eſto.*

6. Æneid. Hæc ſumpta eſt ex Seruij commentariis in Virgi. vbi verſum illum interpretans, *aut ſi vas inuexa clienti*: Ex lege, inquit, xij. Tab. venit: in quibus ſcriptum eſt, *Patronus ſi clienti, &c.* Si enim clientes quaſi colentes ſunt, patroni quaſi patres: tantundem eſt, clientem quantum filium fallere. Hæc Seruius.

Clientes. Patroni.

Patronatus autẽ & clientelarum iura quum Dionyſ. libr. 2. tum etiam Plutarchus in Romuli vita ampliſſimè deſcribit.

Gellius

Gellius ſcribit, antiquis populi Rom. moribus comparatum fuiſſe, vt clientem in fidem receptum charioremhaberent, quàm propinquos: eumq; etiã aduerſus hos tuerentur quin & licuiſſe patronis teſtimonium pro cliente aduerſus cognatos dicere, aduerſus clientem non licuiſſe. *Lib. 20. cap. 1. & lib. 5. c. 13.*

Feſtus *Sacrum* hominem eum definit, quem populus iudicauit ob maleficiũ. *Sacer homo.*

MVLIERES ORBAE INNVptæ *in fratris agnati ve proximi tutela ſunto. H.*

Huius teſtis eſt partim Cicero, partim Vlpianus. Mulieres omnes, inquit Cic. propter infirmitatem conſilij, Maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Hi inuenerunt genera tutorũ quę poteſtate mulierum continerentur. Vlp. autem cap. Inſtit. 11. poſtquam dixit Legitimos tutores eſſe, qui ex lege aliqua deſcendunt, per eminentiam autem Legitimos dici qui ex lege xij. Tab. introducuntur: nimirum agnatos & patronos: ſtatim ſic infert: Fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia ſuſtulit: de qua lege Claudia mentio fit in l. 3. C. de legit. tut. vnde legem hanc xij. *Cicer. pro Murena. Vlpia. in Frag. tit. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

xij. Tab. illa lege Claudia abrogatam fuisse intelligitur.

Orbæ innuptæ quia filiçfa, in patrum suorum potestate sunt: nuptæ autem in virorum manu: Orbæ innuptæ in fratrũ tutela. Quod M. Cato de lege Oppia differens apud Liuium libro 34. sic ostendit: Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. Et Valerius aliquanto pòst: Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris (*suos* appellat, quorum in manu sunt, patrem, fratrem, maritũ.)

Lex Oppia apud Liuium.

Cic. de Inuen. 2. ad Herenn. lib. 1.

SI FVRIOSVS EXISTAT, *agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius potestas esto.*

Cicero lib. Tuscul. tertio, scribit, eum qui errore mẽtis affectus sit vetari xij. tabulis rerum suarum esse dominum, Itaque non esse scriptum *si insanus.* sed *si furiosus* esse incipit. Nam stultitiam inquit censuerunt, id est inconstantiam sanitate vacantem, posse tamen ineri mediocritatem officiorum. Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. Quin & apud Vlp. cap. Instit. 12. ita

Insania.

Furor.

12. ita scriptum est. Lex duodecim tab. furiosum in curatione iubet esse agnatorum. Quapropter furiosos à dementibus Iurisconsulti passim distingunt, vt l. si furiosi, 25. C. de nupt. l. tam dementis 21. C. de epis. aud. l. 2. D. de inoff. test. l. vlt. C. de admini. tut. Verbum *existet*, Cicero sic interpretatur, id est, esse incipit: quasi iubeat lex statim propinquos officio fungi.

Agnatorum gentiliúmque: vt cui erunt agnati, ad eos tutela deferatur: cui gentiles, eodem modo. Vnde peruulgatum inter veteres prouerbium vt quum aliquem errore mentis affectum significarent, eum dicerent ad agnatos & gentiles deducendum esse.

Prouerbium. vetus.

VT QVI PRODIGVS EXISTERET, *si Prætor causa cognita bonis suis interdiceret, neque ipsius pecunia agnatorum gentiliúmque potestas esset.*

Instit. De cura furio. §. 2.

Huic capiti testimonium præbet Vlpianus in l. 1. D. de curat. fur. vbi sic scribit: Lege xij. tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. Et item cap. Inst. 11.

Notatione autem digna est ea formula, qua Paulus li. sent. 5. scribit, Prætores hac in re vti solitos fuisse.

Quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

Formula interd. bonor.

QVANDO TV BONA PATRIA *autéque nequitia tua disperdis: liberósque tuos ad egestatem perducis: ob eam rem tibi ea re commercióque interdico.*

Lex Cincia.

Lex Cincia lege longo interuallo post legem xii. Tab. lata est, vt curatores ve propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur: quemadmodum Capitolinus in M. Antonino testatur. Sed quum cætera eius capita omnia, quæ quidem extant, ad minores tantummodo pertineant, & Capitolinus eo loco nominatim de adultis loquatur, verisimile est legem illam de adolescentibus duntaxat, non etiam de maioribus xxv annis cauisse.

PATERFAM. VTI LEGASSIT *super pecunia, tutela ve suæ rei, ita ius esto.*

Paul. in l. 8. pe. 13. de ver. signi. Caius l. 1. de test. tut.

His verbis legis duodecim tab. ait Iurisconsultus. *Vti legassit ita ius esto*: amplissima potestas tributa est testatoribus, vt etiamsi Prætorem aut Consulem, qui cum summo imperio est, suis liberis tutorem instituant, eos ad hoc onus suscipiendum obligent.

Vti legassit pro eo est, quasi dixisset vti statuerit siue decreuerit.

Super tutela suæ rei: mirum videri potest:

test: quasi Rei, id est, patrimonio tutela detur. Tutela moribus potiùs ac disciplinæ pupillorum, quàm fortunis & patrimonio comparata est. arg. l. tutores. 18. C. de excus. tut. Sed vide ne id adiectum sit propter superius verbum *Pecunia*: quasi lex hoc capite de testatorum patrimonio tantũ & fortunis sanxisset.

Quod ait, *Ita ius esto*, per hanc legem Vis patriæ potestatis etiam post patris mortem, & vsque ad pubertatem liberorum extenditur. l. vlt. C. quand. tut. vel cur.

VT SI PATERFAM. INTESTATO *moreretur, agnatorum gentiliúmq; in ea sui pupilli, eorumq; pecunia potestas esset.*

Legitimæ, inquit Vlpianus tutelæ lege xij. Tab. agnatis delatæ sunt, & consanguineis: id est his, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt: vt qui speraret hanc successionem, ijdem tueretur bona, ne dilapidarentur. Item l. Legitimos tutores nemo dat: sed lex xij. Tab. fecit tutores.

Horum verborum *Intestato moreretur*. Iustinianum auctorem habemus, tit. de legit. tut. §. Quod autem lex ab intestato, &c.

Quod ait lex, *Agnatorum*, Caius in l. 9. D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.9.D.eo.tit.sic interpretatur: Vt,si plures agnati sint,proximus familiam adipiscatur:& si eodem gradu plures sint omnes simul tutelam nanciscantur.

Vlpian l. 1. de suspect.

VT SI QVIS DOLI MALI CVLpæve in tutela gerenda suspectus videretur, eum cuius apud Prætorem suspecti arguere ius esset: utique dolo damnatus infamis fieret.

Cicero in 3.de offi.sic scribit: Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus:vt tutela xij.Tab. &c Nam capite sequenti de furti crimine agitur perspicuè. *Dolum* autem *malum* Seruius definiebat:quum aliud agitur,aliud simulatur.Platonis hac de re lex huic consimilis extat in eius libro de leg.11.

Tryphon. in l. tres tutores. 55. ff. de admin. tut.

VT QVI PER TVTELAM PVPILlum fraudasse,eóque rem suam auctam esse conuinceretur,infamia notatus duplionis pœnam subiret.

Vlpianus in l. 1. §. 2. D. de tut. & rat. distr. Considerandum est in hac actione vtrum pretium rei tantùm dupliceturs an etiam quod pupilli interfuit.Et magis esse arbitror, in hac actione quod interest non venire:sed rei tantùm æstimationem.Item l.2.Hæc actio licet in duplum sit,in simplo rei persequutionem conti

continet,non tota dupli pœna est.

Hoc autem iudicio damnatum infamem fuisse,sic testis est:vbi tutelæ iudicium turpe appellat. *In primo de Orat.*

Itémque in Orat.pro Comœdo. Vbi inter iudicia summæ existimationis, tutelæ iudicium enumerat. Cuius rei etiã testimonium extat in l. 1. D. de his qui infa.

NE QVIS REM LITIGIOSAM in sacrum dedicaret, qui dedicasset, dupli pœnam subiret. *In l. vlt. D. de litig.*

Rem,ait Iurisconsultus Caius,de qua controuersia est,prohibemur in sacrum dedicare: alioqui dupli pœnam patimur. Duplum autem aduersario præstandum est:vt id veluti solatium habeat, pro eo quòd potentiori aduersario traditus est. Sic Clodius Ciceronis in exilium electi ædem consecrauit,libertatisque fanum in ea dedicauit. *Cic. pro domo sua.*

GLANDEM SVAM IN ALIEnum fundum procidentem colligendi ius esto. H. *Ex Plin. lib. 16. c. 5.*

Caius legem hanc, vt credi par est, interpretans lib.ad xij.Tab. quarto, sic scribit: Glandis appellatione omnem fructum contineri, exemplo Græci sermonis,apud quos omnes arborum spe- *l. 236. D. de verb. sign.*

cies ἀνεξιδίκου appellantur. In eandem autem legis veteris sententiam extat Prætoris interdictum: *Glandem* quæ ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.

Vnic. D. de glaud. leg.

Ex Orat. Cic. pro Cæm. & Topic.

VSVS AVTHORITAS FVNDI, *biennij, cæterarum rerum, annuus esto.*

Auctoritas.

ADVERSVS HOSTEM AETERNA *auctoritas esto.*

Authoritatis verbo ius legitimi dominij lex significat: vt Cic. pro domo sua. Multæ sunt domus in hac vrbe, atque haud scio an penè cunctæ, iure optimo, sed iure priuato, iure hæreditario, iure authoritatis, iure mancipij, iure nexi. Sic & mox *Aduersus hostem æterna auctoritas*: quæ ex Cicer. lib. de Offi. 1. sumpta est: vbi sic scribit: Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.

Perduellis. Hostis.

VT SI VICINI INTER SE *iurgant finibus regundis arbitros tres dari oportere, eosque totius rei ius arbitrumque permitteret.*

Harum reliquiarum fragmenta extant, primum apud Ciceronem in li. de Repu. 4. vbi auctore Nonio sic scriptũ est, iurgari igitur lex vetat inter se vicinos, non litigare.

Si inter se iurgant Beneuolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. Reliqua verò ex illo Cicer. loco qui est in 2. de legibus, sumpta sunt.

PATERFAM. VTI LEGASSIT *super familia pecuniaque sua, ita ius esto.*

Pompon. in l. verbo. 120. D de verb. sig.

Vipianus cap. Institut. 1. legem ita profert: vti legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita ius esto: vbi coniunctim & de pecunia, & de tutela cautum in lege significat: de quo tamen affirmare nihil possumus.

Paterfamilias: sic accipiendum est: solis patribus fam. testandi ius fuisse, filijs familiàs, ne patribus quidem auctoribus fuisse. l. 6. D. de testam. quippe qui suum nihil haberent, vti scribit Vlpia. c. Instit. 20. Quòd verò ait, *Legassit*, verum esse ostendit, quòd & Vipia. cap. Instit. 24. & Eutychius li. 2. de discer. coniug. scribunt. Legandi verbum à lege fictum: vt Legare *sit.* nihil aliud sit, quàm statuere, decernere, & (vt vulgus loquitur) disponere:

Legare quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue de hęreditate, siue de legatis & donationibus in testamento. l. verbis. 120. & l. in generali, 80. D. de verb. sig. l. in repetendis, 63. D. de lega. 3. Iam verò, quod ait Lex, *Super familia*. Familiæ appellatione, bona patrisfa & in his seruos seruásque hoc loco significari, tradit Vlp. in l. pronunciatio, 195. D. de ver. sign. Vnde illud Terentij: *Decem dierum vix mihi erit familia.*

Vide Annot. in Initit.

Pecunidque, nihil necesse fuit, adiici, ni si ad planiorem interpretationem: quoniam eo quoque verbo non modò pecunia numerata, verùm etiam res omnes tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur. l. pecuniæ 222. l. pecuniæ 179 D. de verb. sign. *Sua*, significat de re sua quemque testari oportere. Nam etiam in legatis, alienæ rei quam suam testator putauit, legatum nullum est. l. vnum 67. §. 6. de lega. 2. *Ita ius esto*: summum testamentorum ius esse ostendit, quemadmodum Cicero scribit: In publicis actis, nihil est lege grauius: in priuatis, firmissimum esse testamentum.

Philip. 11.

VT CVM PATERNAM SVPER *familia sua legaret, nexum faceret: peraque æs & libram familiam manciparet: ac prætor libripendem ciues Rom. puberesne minus quinque adhiberet.*

Huius capitis argumentum suppeditat primum Gellius li. 15. ca. cum ait in xij. Tabulis eo loco vbi de testamentis agitur, libripendis mentionem fieri. Deinde Vlpianus cap. Inst. 20. reliqua explicat.

Vide in frag. Vlpia. capit. 20. fo. huius editionis 90.

Æris & libræ adhibendæ formulam Boetius in Ciceronis Topica, ex Caij nostri institutionibus exponit: vnde assumi poterunt, quæ cuiqs opus esse videbuntur. De familiæ verò emptore Plutarchus in lib. de sera Dei animaduersione ὅταν, inquit, διαθήκας γράφωσιν (de Romanis loquitur) ἑτέροις μὲν ἀποδίδωσι πλουτοῦσιν, ἑτέρους δὲ πωλοῦσι τὰν οὐσίαν ἀνάλυσιν παρέλεγον. Romani, inquit cum testamenta scribunt, alios quidem relinquunt hæredes, alijs verò familiā vendunt: quod absurdum videtur.

CVM NEXVM FACIET, MANcipiumque vti lingua nuncupassit, *ita ius esto.*

Extant hę reliquiæ partim apud Festum, *Cum nexum facit, &c.* Id est, ita vti nominarit: loquutúsve erit: partim apud Ciceronem in. 1. de Orat. vbi Antonius ita Crassum alloquitur, Lapides

Universidad de Deusto
Biblioteca

mehercule fiere coegisses, vt totum illud, *vti lingua nuncupassit*, non in xij. Tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Quod autem *Nexum mancipiumque*, lex dicit, illud significat, nimirum per æs & libram. Iubet igitur lex, vt quod testator hæredem nuncupans, de suis bonis decreuerit, id ius ratumque sit.

Ex Gellio, libr. 15. c. 13.

QVAE SI ERIT TESTATOR, *libripensve fuerit: in testimonium feriatur, improbus intestabilisque esto.*

Ex Ia. Cu.

Locum hoc modo vir doctissimus Iacobus Cuiacius ope vetusti codicis restituere conatus est: Qui se fierit testatrier, libripensve fuerit, si in testimonium feriatur, improbus intestabilisque esto. vt verba illa, *si in testimonium feriatur*, posita sint, pro ἀναγκασθῇ, hoc est, pulsetur, quod, vt verè dicam, satis adhuc conquere non potui. Præsertim cùm in antiquo libro *feriatur*, scriptum esse testetur: vt suspicari aliquis possit, legendũ potius videri, *in testimonium fatetur*: vel, *si testimonium inficietur*: de quo tamẽ nihil affirmo. Illud satis erit adiici nostro quoque iure traditum esse, vt cum ab initio testamenti tabulæ aperiendæ sint, Prætor pro suo officio cogat signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare se signasse: quoniam publicè expedit suprema hominum iudicia exitũ habere. Quod verò in sanctione ascriptum est: etiã alio loco testimonium habet apud Gellium: nimirum lib. 6. ca. 7. vbi scribit: Testabilem dici cui testimonij dicendi ius est: contrarium esse in xij. Tab. Qua de re Caius in l. 26. D. De testam.

l. 4. & 5. D. Testamenta quẽad. aper.

SI PATERFAM. INTESTATO *moritur: cui sui nec extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto.*

Apud Vlpi. Instit. ca. 26.

Priorem huius legis partem Paulus interpretatur in l. si quis. 9. D. de lib. & post. *Si intestato moritur.* Hæc verba ad id tempus referuntur, quo testamentũ destituitur, non quo moritur, quippe cùm tunc demũ certũ esse incipiet, testatorem intestatò esse mortuum Dicitur autẽ intestatus modis quatuor: Testamẽto non facto, nõ iure facto, rupto irritóve facto, & ab hærede destituto: id est, cũ hæres scriptus hæreditatẽ repudiauit. l. 1. D. de suis & legit. Alterã partem Iustinianus explanat in §. 1. Instit. De hæred. quæ ab intest. vbi sic scribit

Intestatus 4. modis dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intestatorum hæreditates ex lege xij. Tab. primũ ad suos hæredes pertinent. Quibus ex verbis patet, suorum hæredum nomen ex xij. Tab. fluxisse.

Liberorum nom. verbor. sign.

Suus hæres.

Suus igitur dicitur hæres, qui in morientis familia proximum ab eo gradũ obtinet: siue is naturalis sit, siue adoptiuus. l. scripto. 7. D. si tabul. testam. Veluti filius, aut eo de familia sublato nepos, & qui deinceps. Item vxor, quæ in manum conuenit: quemadmodum Institutis, sub tit. de nuptijs dicitur. Item nurus, quæ in manu filij est, quẽ in potestate habemus: vt scribit Vlpian. cap. Instit. 22. Gell lib. 18. cap. 6. & Dionys. li. 2. de Posthum. vide pluribus hic differentem Hotom.

Ex Gell. lib. 3. ca. 2. Macrob. libr. Saturn. 1. ca. 3.

VT QVAE MVLIER CVM IVRE ESSET, ANNVM VNVM APVD VIRVM MATRIMONII CAVSA FVISSET, EA MULIER IN TRINOCTIVM VSURPATUM ISSET, PRO VSUCAPTA HABERETUR. H.

Vsurpare hic & *Vsucapere* verba inter se contrariè relata sunt. Nam (vt Paulus ait in l. 2. D. de vsurp. & vsuc.) Vsurpatio est vsucapionis interruptio. Iubet igitur lex, vt quę mulier annum vnum matrimonij causa apud virum fuerit, ea mulier anno exacto in eius viri manu

nu sit, id est, quęsi vsucapta sit, quemadmodum res mobiles anno vsucapiũtur. Quemadmodum autem iure ciuili rerum vsucapiones infringuntur, si dominus eas vsurparit, veluti si furculũ in fundo defregerit (quod ex lib. Ciceronis de Oratore tertio intelligitur) eodem modo lex mulieri potestatẽ facit possessionẽ illam viri interrũpere: nimirũ si antè anni finẽ tres ab eo noctes abfuerit. Has autem vxores quæ matres fa. non erant, Matronas propriè & restrictè appellari solitas, verisimile est. Præsertim cũ Gell. lib. 18. cap. 6. scribat, Matronam dictã esse propriè, quæ in matrimoniũ cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret.

Matres fa.

NE CONNVBIVM PATRIBVS CVM PLEBE ESSET.

Dionysius libr. 10. extremo scribit, Decem viros hanc legem in duas postremas tabulas retulisse: eamq; ideirco adiectam fuisse, ne Patres cum Plebe reconciliari, communi studio Decem virorum, qui retinere magistratũ perpetuum volebant, obsisterent.

Liuius li. 4.

Hanc legẽ septimo post anno à Canuleio Tribuno pleb. abrogatã, Liuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abrogata lex.

li.4 memoriæ prodidit: & quæ cuiusq; partis argumenta fuerint, exponit. Per lata à Canuleio tandem lex fuit, vt deinceps patribus cum Plebe connubij ius esset.

Plin. lib. 14. cap. 13.

VT SI QVA MVLIER TEMETum haberet, cúmve alieno viro probri quid faceret, in eam maritus, causa cum ipsius mulieris propinquis cognita, pœnam statueret: ast si eam in adulterio deprehenderet, tum eam occidendi ius potestátémque haberet.

Legem hanc primũ à Romulo scriptã fuisse, Dionysius testatur: vbi illum ait existimasse, è vinolentia stuprum, è stupro verò, insolentiã plerúque nasci.

Gell. lib. 10. cap. 23.

Exactis autem regibus legem hanc eandem per multas ætates Romę viguisse etiam Gellius demonstrat: ex quo intelligi debet, eam in xij. Tabulas relatam fuisse.

Temetum. Temulentia.

Fabius Pictor in Annalibus scripsit, Matronã, quod loculos, in quibus erãt claues vinariæ cellę resignauisset, à suis inedia mori coactã. Cato ideo propinquos fœminis olculum dare, vt scirent an temetum olerent. hoc tum nomen vino erat: vnde & Temulentia appellata

Lex Iulia.

lata. Hoc igitur legis antiquæ ius fuit. De adulteriis autẽ postea lex Iulia lata, diúq; obseruata est: qua marito ius ademptũ est, adulterum occidere, nisi & domi suę deprehensum, & iam antea in famem.

Cuius in l. penult. D. ad leg. Iul. de adult.

VT SI E CONIVGIBVS ALter alteri nuntiam mitteret: cúmque suas res sibi habere, iuberet diuortium esset. H.

Testimoniũ huius legis extat apud Ciceronẽ Philipp. 2. his verbis: Frugi factus est minuam illam suam res sibi habere iussit ex xij. Tabulis. claues ademit, exegit. Constat Romuli instituto tam sanctam habitam fuisse matrimoniorum coniunctionem, vt diuortium Romæ nullum per annos D X X. fuerit: id quod à Dionysio, Plutarcho, Valerio, & Gellio memoriæ est proditum. Primùm enim M. Pomponio, C. Papyrio, vel (vt alij scribũt) M. Atilio, P. Valerio Coss. Sp. Caruilius Ruga vxori nuntium remisit, quòd eam sterilem diceret, seq; liberorum quærendorum causa vxorem capere iurasset. Tertullianus in Apologetico: Per annos fermè sexcentos ab vrbe condita nulla repudium domus sensit.

Primum Romæ diuortium.

Plu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numam dimarty genius.

Plutarchus autem in Numa mentionem facit: vt marito qui satis liberorum haberet, ius esset vxorem suam alteri viro liberorum ex ea quærendorum causa concedere, atque in matrimonium elocare.

Quinetiam Strabo lib. 11. scribit, Catonem Hortēsio vxorem suam Marcio liberorum quærendorum causa in certum tempus cōcessisse: vbi etiā asscribit fecisse hoc illum κατὰ παλαιὸν νόμιμον &c. Sed & idem Plutar. in Catone Vticensi nominatim addit, contracta Philippi patris voluntate sponsalia fuisse.

VT SI QVA MVLIER POST *viri mortem in decem mensibus proximis pareret, qui quæue ex ea nascerentur, sui suæue in viri familia hæres esset. H.*

Prioris partis testimoniū extat apud Gellium lib 3. ca. 16. vbi quum multa de varietate temporum in puerperiis mulierum differuisset: asscribit, fœminam bonis atq; honestis moribus non ambigua pudicitia, in xj. mense post mariti mortem peperisse, factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi mortuo marito concepisset: quoniam decem viri in decem mensibus gigni hominē, non in vndecimo scripsissent. Inde institutum Romæ fuit, vt mulieres virorum mortē menses decem lugerent, néve ante decimū mensem exactum alteri nuberent.

l. 2. C. de secūd. nupt. & l. 2. D. de inspam.

Eámque ob causam factum constat, vt Aquiliana illa nobilis formula ita conciperetur: *Si quis mihi nepos* post mortem meam in decem mēsibus proximis natus erit. l. Gallus ff. de libe. & posth.

Inde etiā illud Varronis in testamento: Si quis mihi filius, vnus pluresve, is decem mensibus gignuntur, ij si erunt ἀνεπίκοροι, hęredes sunto. Altera legis pars ex coniectura quidem, sed tamen cum aliqua Iurisconsultorū veterum auctoritate addita est. Vlpiani quidē in l. 3 §. 4. ff. de suis legit. Item Iuliani in l. 6. & l. 7. cod.

ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS *esto: proletario cive quinis volet vindex esto.*

Ex Gell. lib. 16. c. 10. Proletarium.

Proletarij à munere, officioq; prolis edendæ appellati sunt, quòd cū rem familiari parua minus possent Rempublicam iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. *Assiduus* pro locuplete ponitur, & pro facilè munus faciente: dictus ab assibus, id est, ære dando,

Assiduus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dando, cum id tempora Reipub. postularent, aut à muneris pro familiari copia faciendi assiduitate *Vindicem*, auctore Festo Veteres eũ appellasse qui vindicabat, quominus is qui prensus erat, ab aliquo teneretur: hoc est, qui prensum nexum, siue addictũ liberabat. Ea forma & ratione, qua vindicem æris alieni, libertatisq; pro redemptore in epistolis ad Attecum, aliisque in locis accepisse videtur Cicero. Eóque sensu accepisse etiam visus est Vindicem libertatis Liuius lib. 6.

Vindex.

Proinde errare videtur, tam hi qui per vindicẽ in hac lege procuratorẽ, quàm illi qui fideiussorem intelligunt. Alioquin enim respexisse videtur Decé viri. Eò nimirum, vt noluerint à proletarijs ciuibus, ciues assiduos creditoribus addictos vindicari. Certè ne proletarij cũ sint tenuioris fortunæ, quã vt asses possint dare, quibus assiduos è vinculis eximerent, ipsi pro assiduis & suosque liberos, familiãque totã in dilationem adducãrentve corpus liberum immunesq; assidui hominis liberandi gratia seruituti capitisq; pœnæ, aut sectioni subiiceretur. Aliud nihil visi sunt voluisse Decé viri, quàm assiduos non seruitijs cuiusquã aut deditiõibus, sed assibus vindicãdos. Nã eũ assiduo lex assiduum esse vindicem iubet, locupletem iubet locupleti, inquit Cic. in Topi. esse quidem perquam iniquũ, alterum pro altero pignorari: etiam Theodoricus Italiæ Gothorumq; Rex, apud Cassiodorũ li. 4. variar. intellexit. Ideo autem proletario quemuis vindicem esse permiserunt Decem viri, quia eorum debita non solent esse grandiora, quàm quæ ære exiguo lui potuerint.

Ratio huius legis.

Locuples assiduus.

QVI SE SCIERIT TESTARIER, LIBRIPÉNSVE FUERIT. NI TESTIMONIUM FARIATUR, IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO.

De testibus. Ex Gell. li. 15. c. 13.

Verbum *Fariari* priscum est, eoq; pro fari Veteres vsi sunt. Huiusmodi siquidem Antiquis fuisse morem testatur Diomedes, vt in dictionibus quibusdam sermonem ex abundanti adderẽt, nihilque adiecta syllaba dictionibus conferret. Quomodo aggrediri pro aggredi: item moriri, pro mori, Veteres dixere.

Igitur, *Qui se scierit testarier*, hoc est, qui se vocari in testẽ passus est, libripensve fuit, *ni testimoniũ fariatur*, hoc est de perhibito testimonio rogatus, illud

l. 26. de testam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lud fati, eiusque approbare fidem non voluerit, improbus intestabilisque esto. Eo sensu intestabilem Plautus etiam videtur accepisse in milite glorioso: *Quid si id non faxis? P. vt vinam semper intestabilis.*

Ex Festo de eius obnagulatione cui testimonium deest.

CVI TESTIMONIVM DEFVERIT, *is tertiis diebus ob portum obnagulatum ito.*

Portum, inquit Festus in Duodecim, pro domo positum, omnes ferè consentiunt.

Cui testimonium deest, hoc est, qui suam intentionem nullo potest testimonio confirmare, is die tertio ad ædes aduersarij *obnagulatum* ibat, hoc est, aduersario iustū testibus adhibitis conuitiū faciebat: veluti si quid esse in tuis ædibus contenderem, quod quum verè ad me pertineret, tamen apud te esse nullo testimonio possim demonstrare, illumq; mihi testificare vno & altero die rogatus omnino recuses, mihi permisisse videntur Decem viri, quandoquidem deficiente testimonio inutiliter iure, aut lege ageretur, tertio die ad ædes venire, ibiq; ante tuas ædes rem meā repetere cum conuitio: siue, vt Plautus ait, bis, te pipulo ante ædes tuas differre. Et

Obnagulatio est quasi sera reserata in cū conuitio.

Et hanc quidē interpretationem Plautus confirmat.

Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi reddi mihi vasa iubes, pipulo hīc differam te ante ædes. id est, conuitio, à pipatu pullorum. *In Aululatia.*

Cæterum effectus obnagulationis ex Decem virali hac legis auctoritate is olim fuisse videtur, vt tertio die, iusto præsentibus superstitibus conuitio solenniter ob portum facto, licuerit conuitiatori eius qui cōuitium passus erat ante ædes cum iisdem testibus ingredi & liberam res suas quærendi in suis ædibus potestatem facere is cui conuirium factum erat suo conuitiatori cogebatur. *Portum pro domo.*

SI IN IVS VOCATO MORBVS *Ex Gellio lib. 20. cap. 20. sic testit. R E.*

euitasve vitium sit, qui in ius vocassit, iumentum dato si volet arceram, ne sternito.

In libris impressis mendosè legitur: *Si nolet arceram ne sternito*, pro, *Si volet arceram*. Item *esset*, pro *esit*. Decem viri postulanti arceram reo sterni vetuerunt: nō quòd eam delicatè sternere si actor voluisset prohiberetur, verūm quòd eam reo sine arcera in ius sequi recusanti, inuitus actor sternere non cogeretur, sed *iumentum*, hoc est, vectabulum quod iunctis pecoribus trahe-

batur, dari voluerunt Decem viri.

Arcera. Varroni libro quarto, vehiculum est ex tabulis factum: vt arca ab arcera dictum.

Decem virorum sententia fuit, vt in ius vocato paupertimo homini, vel inopi, qui aut pedibus fortè æger esset, aut quo alio casu ingredi nequiret, plostrum daretur, ne causatio ægri corporis perpetuam daret fidem detrectantibus, iurisque actiones declinantibus, vacationem. Nec quidem si morbus sonticus, quem vehementiorem vimque grauiter nocendi continentem interpretatur Cæcilius, reum inuasisset, arceram sterni promiserunt Decemviri, sed iudicij diem diffisum esse voluerunt. Decem viri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur.

l. 2. §. 2. D. si quis cautio.

SI QVID HORVM FVIT VITIUM *iudici arbitróve, reóve, dies diffisus esto.*

In impressis pro *Diffisus*, legitur *diffensus*, erroris non admodum obscura origine: siquidem Veteres ita scribere solebant, *Diffeisus*, pro *Diffisus*.

Dies autem ità diffindi solet ex hac lege duodecim tabularum, vt si morbo sontico actor vel reus impeditus esset,

esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc Prætor excusatione cognita, in diffindendo die hac formula vtebatur: *Hic dies diffisus esto.* Ergo vocatus in ius, nisi ob morbum opus esset iumento, ni ve ob morbum sonticum dies iudicij diffisus esset, statim in ius sequi actorem cogebatur: eique non sequenti præsentibus antestatis actor iudicium denunciabat. Antestatos autem inde appellatos putauit Porphyrion, quòd antè superstites, siue testes deberent aduocari, & in testimonium adhiberi, quàm actor reum manu posset prehendere. Et id quidem expressa Decem virali lege fuisse cautum, idem addidit: quam ego sic restituo.

Acron in Horatium.

Antestati.

SI VIS VOCATIONI FVAT, *testamini: igitur em capito antestari.*

Veteres *fuat* dixisse pro *fiat*: testatur Nonius Marcellus, & in Virgilium Iulius Sabinus *em* quoque pro eum Antiquos posuisse, auctor est Festus. Itaque si actor aduersarium vocaret in ius, & is vi resisteret, (vt ita vis fieret vocationi) voluerũt Decem viri actorem testari, hoc est testes aliquot aduocare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Igitur em capito, id est, tunc eum capito, siue eum manu prehendito: *antestari*, hoc est, attestando siue Græcorum more, τοῦ μαρτύρεσθαι, vt obseruauit Brissonius. Vt ita ne ex lege quidem xij. Tabularum reus manu prehendi sine antestatione potuerit.

Brissonius.

Nec satis erat Decem viris manibus antestationis medio reos prehendi, verùm si caluerentur, si pedem struerent: hoc est, si frustrarentur, vix pedem pedi præferrent, fugerent, ociosè irent, remorarentur (vt Festus in verbo *Struit*, & Caius I. C.) manus in reos iniici, hoc est, manibus reos trahi: & rapi in ius permiserunt Decem viri, his verbis:

In l. 233. de verb. sig.

SI CALVITVR, PEDEMVE *struit, manum endo iacito.*

Antestationes sic fieri solebant: Auriculam actor vnius ex superstitibus attingens, sic eum interrogabat, *Licet antestari?* Si ille responderet, *Licet*, manus in aduersarium iniiciebantur, perque manus iectionē ducebatur, trahebatur, sique opus esset ad Prætorem obtorto collo rapiebatur.

Antestari quid.

Et si quidem aliud nihil in effectu significare videtur antestari, quàm testibus vti, vel, vt Plautus ait, testes facere quando actor in reum manus iniicere volebat. Plaut. in Curcul. *Nefacias testes: neque equidem tibi debeo quicquam.* Proinde ne sine iusta causa sic in aduersarios sæuirent actores, lege constitutum reor Decem virali, vt qui sine antestatione in reum manus iniecisset, iniuriarum posset conueniri.

SI VINDICIAM FALSAM TVlit *prætor eius litis arbitros tres dato: Eorum arbitrio fructuum duplione damnum deciditor.*

Extant apud Festum reliquiæ in voce vindicta.

Vult hæc lex, cum qui falsò sibi rem alienam vindicauit, id est, secundum quem post iniustam manum consertionem vindiciæ datæ sunt, ad duplos fructus restituendos teneri, quod idem traditur & in l. 1. C. The. de fruct. & lit. expen. Et apud Paul. lib. sent. 5. cap. 9. Ex die, inquit, accepti iudicij dupli fructus computantur.

Vindicias Seruius Sulpitius vocabulo singulari numero formato, esse ait, quum aliqua de re controuersia est ab eo quod vindicatur.

VT SI QVIS E LIBERTATE *in seruitutem asseretur, Prætor vindicias secundum libertatem decerneret.*

Vindiciæ secundum libertatem.

Capitis huius extat testimoniū apud Dionysium Halicarn. lib. II. vbi de assertione Virginiæ puellæ commemorans, scribit: Numitorium ipsius auunculum & assertorem postulasse ab Appio Claudio Decemviro, vt legem à se in xij. Tabul. perscriptam seruaret, in qua ita cautum esset: σώμαλος ἐκ ἐλευθερίας ἐξ ἐλευθερίας ἀγομένης, μὴ τὸν ἀφαιρήμενον τῶν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μάχης ἀγῶνος: Id est, Eius qui in seruitutem ex libertate asseritur, dominum vsque ad exitum iudicij non eum esse, qui contra libertatem, sed qui pro libertate pugnat.

Hoc verò prætermittendum non est, quin lex non eam tantùm causam complexa sit, quam Dionysius nominatim retulit: nimirum quum quis è libertate in seruitutem asseritur: sed etiam alteram contrariam, quum è seruitute scilicet in libertatem vindicatio fit. H.

Paulus in l. 24. D. de lib. caus. Ordinata inquit, liberali causa, liberi loco habetur is, qui de statu suo litigat. Item l. seq. Post ordinatū liberale iudicium, homo de cuius statu controuersia est, liberi loco habendus est.

Æris

AERIS CONFESSI AERISQVE DEBITI IVDICATIS, TRIGINTA DIES IVSTI SVNTO. POST DEIN, MANVS INIECTIO ESTOVNTO IVS DUCITO. NI IVDICATVM FAXIT, NEMOVE QUIS ENDO EO IN IVRE VINDEX ESIT, SECVM DUCITO. VINCITO AVT NERVO, AVT COMPEDIBVS QUINDECIM PONDO, NE MINORE, AVT SI VOLET MAIORE VINCITO. SI VOLET, SVO VIVITO. NI SVO VIVIT, QUI EUM VINCTUM HABEBIT, LIBRAM FARRIS ENDATO DATO. SI VOLET PLVS, DATO.

De nexis, ex Gell. lib. 20. cap. 1. sic statuunt.

IRAE. Videndum quæ sint huius restitutionis rationes præcipuæ, ob quas lectio Vetus sic immutata est. Pro *Rebúsq; iudicatis*, reposuimus, *Aerisque debiti iudicatis*. Certè quia in hac lege non de confessi tantùm, sed etiam de æris debiti iudicatis, id est, damnatis tractatur. Confessi æris, passiuè dicitur, pro, de quo reus confessus est. Deinde subauditur nomine: vt quum dicimus, noxæ dedere, nomine: scilicet. Vt apud Cic. Verrina v. Lucri aut accessionis dare, inquit Gellius, ac debiti iudicatis xxx. dies sunt dati. Et quod apud eundem Gellium sic nullo sensu legitur, *ni iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vindicit*: Illud sic emendandum videtur, *ni iudicatum faxit, nemut quips endo eo in iure*

vindex esit. Festus auctor est: Veteres pro fecerit, faxit, & pro egerit, axit dixisse: eósque pro nisi etiam, vnico verbo nemut, vsos esse.

Iac. Cuiacius in antiquo exemplari, & fideli, pro quispiam, testatur legi quips. Cuiacij emendationem mirum in modum confirmat vulgaris lectio. Dubium enim non est: quin apud Gellium hæc verba, *qui pſendo eo*, ex his verbis *quips endo eo*, liberariorum imperitia deprauata sint.

Qui legis verba non percipientes, dictionem *quips*, diuiserunt, & eius postremas literas duas *ps*, sequenti dictioni *endo*, adiecerunt: & ita pro *quips endo qui pſendo*, reposuerunt. Pro *vim dicit*, in eodem exemplari, *vindicit* legi, refert idem Cuiac. An veteres vindicit ea forma qua lauit, sonit, dixerint non satis constat. Quòd autem sonit & lauit Veteres dixerũt, hoc inde est quòd iidem etiam lauere, & sonere dicerent, vt testatur Nonius Marcellus. Illud certũ est, vindicem ab eo appellatũ esse, si Festo credimus, quòd vindicat, quominus is qui prensus est ab aliquo teneatur.

Cuiac. restit.

Quid igitur obstat, quominus pro *vim dicit*, legamus, *vindex esit*? Maximè quòd

quòd hanc emendationem antiqua per vindicem asserendi ratio videatur confirmare, quam eleganter descripsit Liuius. Cẽturionem, inquit, nobilem militaribus factis, iudicatũ pecunię quum duci vidisset. M. Manlius, medio foro cum catetua sua accurrit, & manũ iniecit, vociferatúsq; de superbia patrum, & crudelitate fœneratorum, miseriis plebis, virtutibúsque eius viri, fortunâque: tum verò, Ego, inquit, nequicquã hac dextra capitoliũ, arcémq; seruauero, si ciuem commilitonémq; meum à Gallis victoribus captum, in seruitutem, ac vincula duci videam. Inde rem creditori palàm populo soluit, libráque & ære liberatũ emittit, deos atque homines obtestantem, vt M. Manlio liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratias referant. Indéque vindicem libertatis appellatum M. Manlium testatur paulò pòst idem Liuius.

Ex Liuij libro 6.

Aiunt Decem viri, *secum ducito*. Quo? In neruum, in vincula, in carcerem priuatum. Idem Liuius lib. 6. An placeret fœnore circumuentam plebem ni potius quàm sortem, creditũ soluat, corpus in neruum ac supplicia dare? & gregatim quotidie de foro addictos duci

Sunt verba C. Licinij Stolonis in legib. de ære alieno rogat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& repleri vinctis nobiles domos? & vbicunque patricius habitet, ibi carcerem priuatum esse?

Quòd autem pro *libras farris*, reposuimus *libram farris*, certa legis sententia hanc emendationem suadere videbatur: ea siquidem legis est sententia, vt si illa quam lex cõstituit farris quantitate nexus non sit contentus, velit plus dari. Quis ergo tam erit imperitus, vt non intelligat, certam farris quantitatem legem expressisse? Si itaque legeris, libras farris, qui quæso fieri potest, vt plus petatur?

Certa farris quantitas nexui attributa.

Ideóque certam visi sunt Decemviri farris quãtitatem expressisse. nimirum libram vnam, qua si cõtentus non esset nexus, voluerunt plus dari. Voluerunt igitur Decemviri nexos, ni suo vicerent, à creditoribus ali. Eóque respexisse visus est Terentianus ille Phormio, his versibus.

Aliis aliud est periculũ vnde aliquid abradi potest: At ibi sciunt nil esse dieres, ducent damnatum domum. Alere nolunt hominẽ edacem.

Sunt qui pro *in dies*, *endo dies* legunt. Ræuardus contendit *endodie*, ea forma & ratione legendũ esse: qua apud Festũ endo procinctu vnica dictiõe legimus.

Endo procinctu, in procinctu: endoplorato, implorato: sic endodie, quotidie. Et hæc quidem ad illam legis partem quæ apud Gellium ipsis Decem virorũ verbis mendosè legitur, sufficiant.

NI CVM EO FACIT, SEXAginta dies in vinculis retineto. Trinis nundinis continuis in comitium procitato, erisque æstimiã iudicati prædicato. Tertijs nundinis capite pœnas luito aut trans Tyberim peregrè venum ito. aſt si pluses esuat rei, tertijs nundinis partem secanto: si plus minúsve secuerunt, nesi fraude esto.

Eam verò, quam idem Gellius declarat, verbis antiquis, & quæ Decem virorum temporibus Romæ in vsu fuisse existimamus, restituere conati sumus. Itaque hæc Gellij verba, Erat autem inter eà ius pacisendi, ac nisi pacti forẽt habebantur in vinculis dies sexaginta: sic restituimus *Ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retineto.* Sic loeuti sunt etiam alio loco Decem viri, *Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* Item hæc Gellij verba: Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitiam producebantur, quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur: sic in

legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis formam redigimus, *Trinis nundinis continuis in comitium procitato, arisque æstimiam iudicati prædicato.* Procitare Veteres dixisse pro vocitare, & producere scribit Festus: qui eosdem pro æstimatione, *æstimiam* dixisse etiam adnotatum reliquit. Denique quòd idē Gellius nexos tertijs nundinis capitis pœnas dedisse aut trans Tyberim peregrè venum ijsse scribit, hoc etiam in legem ita transtulimus *Tertij nundinis capite pœnas luito aut trans Tyberim peregrè venum ito.* Cæterùm postrema huius legis pars, quę etiā vitiosa passim circunfertur, sic est expressa: *Ast si pluses esunt rei, tertijs nundinis partes secanto: si plus minusve secuesunt, ne si fraude esto.* Veteres pro plures & plurima, pluses dixisse & plusima. Dicebant etiam se vel nesi, pro sine: & reorum nomine, actorem & reum promiscuè accipiebant: vt tradit Festus.

Procitare.

Veterum dicer.

Cur verò Decem viri noluerint addictos nexo aut vinculis quindecim pondo minoribus vinciri, scribit lib. 5. Festus. fuisse quædam sacrificia, in quibus ita clamitabat lictor: *Hostis, vinctus, mulier, virgo esto*, scilicet interesse prohibebantur. Vnde colligimus vinctos siue nexos, sacris olim interesse solitos: idcirco

circa compedes quindecim pondo maiores, quia essent grauiores, quam vt iis quum sacris interesiunt, sese vincti subducere possint, aut fugere: expresè videntur requirere Decem viri: ne si minores essent, aut nexis custos perpetuò adesset in sacris, aut sine custode aliquod fugę periculum subirent creditores. Eteò forte spectat illa legis Decem viralis particula, quæ apud Festum libro duodecimo Antonij Augustini diligentia sic emendata legitur, *Ast ei custos nec esit.* quum anteà, *Atte custodes nec sint*, perverso sensu legeretur.

TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS, *vineæve, & concapu, ne soluito.*

VT QVI ILLVD IVNXISSET *domino dupli præstaret.* *Vlp. in l. 5. D. de tign.*

Extant hæ reliquiæ apud Festū in voce *Tignum*, vbi sic scribit. Tignum non solùm in ædificijs, sed etiam in vineis vt est in Duodecim: *Tignum* iunctum ędibus vineæve & concapu ne soluito. Vide, in lege Gemma. 6. D. ad exhib. l. de eo. 63. D. de donat. inter vir. l. item, 23. §. tignum. D. de rei vind. l. quæres suas, 98. in fin. D. de solut. §. cum in suo. 21. Instit. de rer. diui. l. 7. §. 7. D. de *initium.*

de ac.rer.dom.Legis autem æquitatem Vlpianus eodem loco hanc profert:Ne vel ędificia sub hoc prętextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur.

Tigni appellatione omnem materiam contineri,ex qua ædificia constant:quę que vineæ necessaria sunt, veluti pertice,aut pedamenta:l.tigni.D.de verb. signif.l.tigni.D. ad exhib.Itaque siue trabes quis alienas siue saxa,siue latereș siue cæmenta, suis ædibus iunxerit, dupli eo nomine domino ex hac xij. Tab. lege teneri,Iurisconsulti constituerunt.

In l.1.D. Ad leg. Aquil.

SI RVPITIAS, SARCITO.

Vlpianus testatur, caput aliquod in xij. tabulis de damno iniuria dato fuisse, sed superuacuum esse illud referre. Festus autem in voce *Rupitias*, & itē in voce *Sarcito*, ita loquitur: Rupitias in duodecim damnum dederis, *Sarcito* in Duodecim, Ser.Sulpitius ait significari damnum soluito, præstato. Rumpendi autem verbo vsam quoque legem Aquiliam,eóque multa admodum contineri docet Vlpianus multis verbis in l. si seruus 27.§.9 ff.ad leg.Aquil.

VT QVIA ALIENAS ARBORES *iniuria cæcidisset, in singulas æris viginti quinque lueret.*

Fuit & arborum,ait Plinius, cura legibus priscis,cautumque est xij.Tab.vt qui iniuria cæcidisset alienas, lueret in singulas æris vigintiquinque.

Ex Plin. lib. 18.c.1.

Itémque apud Paulum in l.1 D.arbor. fur.cæs.Si furtim,inquit, arbores cæsæ sint,& ex lege Aquilia,& ex Duodecim tabulis danda est actio:&c.Dubitari potest,verúmne in lege, *Si iniuria* scriptum fuerit vt apud Plinium legimus an verò potius *Furtim*, vt Iurisconsulti. Furtim,inquiunt,arborem cædit, qui clam cædit.Si cæciderit,& lucri faciendi causa contrectauerit,etiam furti tenebitur lignorum causa.

l.7.& l.8. eod.

Et Caius in l.2.quæ ex primo illius libro ad legem xij.Tab.descripta est:Eos, inquit,qui arbores & maximè vites cęciderint,etiam tanquam latrones puniri.Nam Seruius in illud Virgilij,

Aeglog.3.

Atque mala vites incidere falce nouellas.

In hoc, inquit, maximum nefas est, quòd ait,Vites nouellas. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur: fuerat autem capitale supplicium, arbores alienas incidere.

Ex Mac. lib. 1.cap.9.

SI NOX FVRTVM FAXIT, *in aliquipș occisit,iure cæsus esto,l.R.*

Decem viri tres furtorum species consti

Fuit

constituunt, manifestum, nec manifestum, conceptum: addidere Prætores quartam, eámque oblatum nominant Decem viri furem qui manifesto furto prehensus esset, occidi tunc permiserunt, si quum faceret furtum, nox esset: aut interdiu se telo cùm prehenderetur, defenderet. Ex cæteris autē manifestis furibus, liberos verberari addictique iusserunt ei, cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neque se telo defendissent.

Quatuor Furtiji species.

Deseruit.

Seruos item furti manifesti prehensos, verberibus affici, & è saxo præcipitari: sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxámque ab his factam sarciri. Alijs deinde furtis, quę nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. *Nox* pro nocturno & *im* pro eum posuisse. Furtum autem conceptum, ac si manifestum foret, Decem viros etiam vindicasse, Gellius author est: Ea quoque furta, inquit, quæ lancem liciúque cōcepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicauerunt. Quo quidē in loco nihil esse aliud furtum per lancem & licium conceptum videtur, quàm illud furtum quod conceptum simpliciter à Prudentibus iuris

Vide Gell. lib. 11. c. 18.

Furtum per lancem & licium quid sit. l. Ran.

est appellatum. Lance, inquit Festus, & licio, apud antiquos dicebatur, quia qui furtum quærebat in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancémque ante oculos tenebat, propter matrū familiæ aut virginum præsentiam. Vnde manifestū satis est, lancem licium quę nihil aut adiecisse, aut substantiæ concepti furti detraxisse, sed nudam duntaxat furti inuestigandi rationē denotasse. Moris enim Decem virorum temporibus fuisse videtur, vt si quis in alicuius ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudus, licio cinctus, & lancem ante oculos tenens, iuratusque deos legum custodes sese reperiendi spe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille apud quem furtum quærebatur, domum suam ei qui furtum quærebat aperire, & in obsignatis, & non obsignatis locis liberam furi inquirendi potestatem facere cogebatur. Quem morē primùm à Græcis vsurpatum, deinde in Romanam Rempub. olim inuectum fuisse, si quis fortè satis sibi non persuaserit, inueniet Platonis de legib. librum duodecimum: in quo id ita perspicuè traditur, vt omnem auctor dubitationis cum Festo, Gellio, aliisque Latinis auctoribus collatus, dubitationis

Mos inuestigandi furtum apud vet. Ro.

scrupulum penitus eximat.

Conceptum. Igitur si conceptum furtū aliud nullum dici possit, quàm furtum quęsitum & inuentum, auctore Paulo, Sentent. li. 2. tit. 31. & Iustin. in §. conceptum. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. consequi recte videtur, aliud quoque nullum dici posse furtū per lancem & licium conceptum quàm furtum per lancem & licium quæsitum & inuentum.

At postquam furtorum quæstiones hoc est, inquisitiones cum lance & licio euanuerunt, vt est apud Gellium, *Lib. 16. ca. 10.* tunc furta quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari *Concepta* simpliciter cœperunt.

Quum etiam à lege Decem virali discessum esse, & ex manifesto furto actionem in quadruplum cōpetere demōstrasset Gellius, hæc verba subiecit: *Furti concepti, item oblati, tripli pœna est.* Quibus haud dubiè aliud nihil voluisse visus est, quàm sicut manifesti furti in quadruplum, sic furti concepti pœnam Decem viralem in triplum conuersam à Prætoribus fuisse.

An autem in Duodecim, de eo cuius ope, consilio, furtum factū esset, quicquam fuerit definitū, nihil certi affir-

mari posset. Nam quod Festus, docens nec pro non Veteres dixisse in Duodecim scriptum esse ait, *Si aderit furto quod nec manifestum erit*: illud mendosum esse indicant veteres libri, quibus in Festo restituendo Antonius Augustinus vsus est. In ijs enim pro *aderit*, fuisse videtur scriptum *adorat*. Et quia *adorare* pro agere, interdum antiquos posuisse Festus testatur lib. 1. ideirco sic hanc legis apud eundem Festum particulam esse restituendam existimat Rquardus. *Si adorat furtum quod nec manifestum esit, duplionem luito*: & hic intelligendam, vt qui furtum nec manifestum fecisset: duplo mulctaretur. Vsus in eadem significatione verbo adorare videtur in Octauio Minutius Felix: At enim, inquit, nos exequias *adoramus*, eadem tranquillitate qua viuimus: hoc est, exequias facimus, celebramus eadem qua viuimus tranquillitate. Et hæc de furtis, de quibus paciscī Decem viros etiam permisisse, passim traditum est.

Ant. Augus.

Adorare quid Antiquit.

Mirum verò est in hoc capite prætermissum ab omnibus quod Caius testatur: *vt tamen id ipsum cum clamore testificetur*, quibus ex verbis præclaram illam sententiam Vlp. expressit, quæ tra-

ditur in l. 9. D. ad leg. Corn. de sicar.

Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. Quod si verum est, sane illud intelligitur, non iam tanquam furem, sed tanquam sicarium & insidiatorem interfici. vt facilè existimare liceat, non id ex lege xij. Tabul. sed ex edicto ad quòd ea lex inscripta est, profectũ fuisse: præsertim quum idem scribat in l. 5. D. ad leg. Aquil. Si quis cùm posset furem apprehendere maluerit occidere, magis esse, vt iniuriam fecisse videatur & lege Cornelia teneatur.

Ex Gell. VT SI NEQVE NOCTV NEQVE *se telo defendens prehẽderetur, virgis cæsus ei cui furtum fecisset, addiceretur.*

Tria ex hac lege notanda atque obseruanda sunt. Primum enim intelligimus, quo ex fonte manifesti furti appellatio fluxerit: nimirum quia fures prehendebantur. Prehensionem autem nostri interpretati sunt, vel in ipso actu, vel in loco ipso vel antequam in locum ipsum rem deportarint.

Vnde Masurius eodem apud Gellium loco, manifestum furtum definit, quod deprehenditur dum fit: faciendi finem esse, quum perlatum est, quò ferri cœperit. Denique manifesti furti appellationem à manibus dictã nemo ignorat.

l. 3. de furtis.

Alterum obseruandum est, quòd prehensus fur virgis cædebatur. Maiores enim nostri (vt Cæsar apud Sallustium loquitur) Græcię mores imitati, verberibus animaduertebant in ciues: de condemnatis summum supplicium sumebant, postea lege Porcia, aliisque legibus exilium damnatis permissum est. *Lex Porcia.*

Postremum notatione dignum est, de addictione in seruitutẽ: vt non mancipium quidem prehẽsoris seruus fieret, sed in eius seruitute perpetua esset eique tanquam seruus operas daret.

NE QVIS VNCIARIO FOENORE *amplius exerceto.* *Ex Tacito.*

Prima pars huius legis testimonium habet apud Cornel. Tacitum lib. 5. vbi sic scribit: Sane vetus vrbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumq; crebrima caussa, eaque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo xij. Tabulis sanctũ, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret: quum antea ex libidine lo-

cupletum agitaretur.

Alteri parti quæ sanctio legis est, argumentum suppeditat, quod Cato scribit initio lib. de re rustic. his verbis: Maiores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt. Furem dupli condēnari: Fœneratorē quadrupli. Quantopeiorem ciuem existimauerint fœneratorem, quàm furem, hinc licet existimari.

Fœnerator peior fure habitus.

Summa vsuræ.

Cum Græci summam vsuram esse definissent, cum drachmæ singulæ in minas singulas mensibus singulis penderentur, eorumdem exemplo Decemviros vsuram summam fecisse, cum pars sortis cētesima singulis mensibus persoluitur: hoc est, cum ē centum aureis vnus singulis mensibus penditur. Nunc quod sit fœnus vnciarium, breuiter explicandum est.

Vnciarium fœnus non ex mēstrua ratione definitur: cum singulis mensibus pars assis (quæ drachma apud Græcos esset) duodecima pēditur: neque enī ad in vsuris est mēstruus, sed annuus datur taxat. Id verò ex anni ratione hoc modo: quia vsurarius As est, cū vnoquoque anno duodeni in centenos penduntur: semis vsurarius erit, cum seni quotannis pendentur: vncia, cū vnus: sextans: cum bini: quadrans cum terni: triens, cum quaterni: quincunx, cum quini: septunx, cum septeni: bes, cum octoni: dodrās, cum noni: dextans, cum deni: deunx, cum vndeni. Illud minimè prætereundum est, quod Liuius testatur, Legem hanc, annis postea quàm perlata est XCVII. deprauatis (vt credi par est) temporibus obsoletā, renouatam à M. Duilio, L. Mēnio tribunis plebis fuisse, Marcio, Manlio Coss. anno CCCXVIII. quam plebs aliquando cupidius sciuit, accepitq; quā Patres, quibus haud æquè læta erat. Cum autem furtum natura turpius sit, quàm fœneratio: illud enim iure gentium turpe est, hæc gentium propè omnium institutis comprobata est, prætereà cum furtum inuitis dominis fiat, fœneratio verò ambobus consentientibus exerceatur, quidnam causæ fuit, cur fœneratores quadrupli, fures dupli damnandi viderentur, Hotom. resp. Quia, cum furtū natura, hoc est (vt Cicero loquitur) sua sponte turpe sit, multo facilius homines ad fœnerandum, quàm ad furandum adducuntur. Pœnæ igitur grauitate multitudo deterrenda fuit.

Liu. lib. 7.

Cur furti minor pœna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VTI CAETERARVM RERVM *si heredes partem quisque suã habere mallent, familiæ erciscundæ arbitrum sumerẽt: cui totius rei ius arbitrumque permitterẽt.*

Gaius l. 1. ff. fin. reg. Vlp. libr. 4. eod.

Familiæ nomine res hæreditariæ à lege xij. Tab. appellantur. *Erciſci* Veteres pro partiri ac diuidere dicebant. Vnde illud Festi, Erctum citumq; sit inter consortes: *Erctum* à coercẽdo dictum: vnde & Ercisciundæ & Erciſci. *Citum* autem, est vocatum à ciendo. *Erctum* dici potest, quia cum hæreditas diuisa est, alter ab alterius parte arcetur. Itaque certa & solennia fuisse verba, quibus arbiter, partibus diuisis, alterũ ab alterius parte arceret, Cicero in 1. de Orat. significat. Summa huc pertinet, vt Arbiter Familiæ erciscundæ additus, primum singulas res, si commodè fieri possit, singulis adiudicet: si non possit, & vnius pars præponderet, tum eum alteri in pecuniam certam condemnet. quod si vnus aliquis solus fructus percepit, rẽmq; hæreditariam corrupit, aut consumpsit, tum eum in certam quoque pecuniam alteri condemnet. l. 16. l. 19. l. 55. D. famil. erciſc.

Ercisci.

Erctum. Citum.

CLAV

CLAVSVLA LITIVM.

VT IVISIVRANDI AD FIdem adstringendam præcipua vis esset.

Cicero offic. 3. ita scribit: Nullũ enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando. Maiores arctius esse voluerũt. Id indicãt leges in xij. Tab. &c. Gellius Iusiurandũ, inquit, apud Romanos inuiolatè sanctéq; habitum seruatumq; est. Id & moribus legibusq; multis ostẽditur, &c. Sed nemo id copiosius explicauit Dionysio, qui li. 2. extremo, Regi Numæ institutum illud assignat: Polib. lib. 6. commemorat: tantum apud Romanos iurisiurandi religionẽ valuisse, vt ea laude facilè gẽtibus omnibus antecellerẽt. Nã si Græco homini, inquit, qui magistratum gerat, talentũ vnum committatur, etiam si decem scribẽdo assint, signaq; totidẽ atque etiã duplo plures testes extent, fidẽ tamen plerũq; violãt. Apud Romanos autẽ, qui, cum Rempub. gerunt, maiorẽ multò pecuniam tractant, sola iurisiurãdi sui religione in officio suo continentur: Ad hanc porrò legem illud Caij pertinet, Maximum remedium expediendarum litium esse Iurisiurandi religionem.

lib. 7. c. 18.

Romanorum laus in iureiurando.

l. 2. de iureiurando.

EX ADRIANO TVRNEBO.

Lib. Aduers. 23. ca. 28.

LEgem xij Tab. quæ his verbis est, concepta, *Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito.* scio à Iurisconsultis doctissimis huius memoriæ variè exponi, & magno studio ab illis sepulturas legũ earum reliquias effodi: Quosdam etiam quadam Decem virali Potestate leges scribere & rogare: tentabo tamen hac in lege sensum, qui mihi probabilis videatur, explanare. Neque verò debeo excludi ab hac interpretatione, quæ velint nolint tota coniecturæ est, vt sagacis sit hominis & mediocriter eruditi eam captare, non solius Iurisconsulti.

Supra expositæ, pagina 331.

Comperendinare.

Puto igitur significari si testis ei defuerit, qui litẽ habuit, ei licere *cõperendinationis die*, id est, die tertio, ante eius ædes liberè cõqueri & implorare eius testimoniũ, conuitiumq; recusanti facere. Nam à *vagio, vagilo* & *vagulo* deducitur, vnde *vagulatio*, quod cõquerẽtis & plorantis est: nec assentior iis, qui à vagor deducũt, nec qui obuagulatum legunt, cum vagulationem Festus plane apertéque legat, & interpretetur, fitque *ob vagulationem* dictum antiquo more pro ad vagulationem.

Vagio. Vagulo.

Et

Et quoniam verba xij Tabu. modis omnibus video interpolari atque mutari, nec per nostram licere eorum sepultis manibus inscitiam quiescere (nam quæ non intelligimus, protinus ad nostrum captum scribimus atque formamus) ipse quoque pari ac reliqui in eas temeritate ac vesania grassabor.

Supra pagi. 303.

LEx est apud Porphyrionem interpretẽ Horatij, sed ita balbutiens, vt à nemine intelligatur, & tamen loquatur quicquid cuiuis collibuit, *Si vis vocationi testamini igitur rem capito antestari*: Ego eius verba sic concipienda puto, *Si in ius vocat, ni it, antestatur manum iniecito, aurem antestati capito*, &c. vt opinor, nõ lõgè recedũt ista à vestigijs deprauationũ vetustarũ. Nã in illo, *mini igitur*, mihi latitare videtur *manũ iniecito* cũ prior e *auris* syllaba: & nominatim disserteq; monent interpretes proditam lege actionem iniuriarum in eum fuisse, qui sine antestatione manum iniecisset.

Supra pagi. 478.

ALia in lege, *Si pater filiũ ter venundabit, filius à patre liber esto*: non vt legitur *venũdauit*, legendũ credo, nõ enim possum credere, Decẽ viros *dauit*, scripsisse: & animaduerti non infrequẽter in futuro leges ioqui solere.

Aliam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra pagi. 474.

ALiam etiam legem aduersus nos vindicem assertorémq; postulare cogamus: ea est apud Gellium, sed valdè corrupta: quam sic lego, *Quò si erit testatus libripéve fuerit, ni testimonium fateatur, improbus intestabilisque esto*: alij pro *fateatur fariatur* edunt: alij *feriatur*: non malè etiã *ferat* legeretur: *testatus* autem est antestatus, quo pacto & scribenti non repugnabo: in Gellio, *testatior* peruersissimè scribitur.

Idem Turneb. libro Aduers. 23. ca. 27. Vindicia.

VIndiciam ferre est sententia decernere obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias qui rem obtinebat: sed si vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione dãnũ luebat. lex enim erat, *Si vindiciã falsam tulit, rei sine litis arbitros tres dato: eorũ arbitrium fructus duplio ne damnum decidito.* Significant & vindiciæ manus correptionem, καφτισμὸς à Clemente vocatur, à Charisio κάφτισις: quòd manus brachiale carperetur qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat scribens, *Vindiciæ correptione manus in re atque loco præsenti apud Prætorem fiebant.* Ex eo etiam adsertor καφτιστὴς, & adsertio κάφτισις vocatur, vt in lexico latino Græco reperi. Sunt & vindiciæ liber

Supra pagi. 303.

καφτισμὸς.

καφτιστὴς.

libertas Charisio auctore, qui λιυθιgίαν explicant.

Supra pag. 474.

ESt & in Gellio lex, *Ante meridiẽ causam conscito, cum perorant ambo præsentes* hic ego eis facilè assentior, qui *causam conũcito* legunt: nam hoc fieri lex non vult, nisi vtraque parte præsente. Neque tantùm rei causam coniiciunt: sed eam quoq; iudex *conũcere* dicitur, cum audit. *Conscire* autem causam pro cognoscere, Latinè dici nõ posse reor, vitiosos esse Gelli Codices arbitror. Nam in Cornificij antiquis libris *conũcito* in dubitanter sine vlla vitij aut liturę suspicione scribitur. *Post meridiem* inquit *præsenti litem addicito si ambo præsentes.*

Conscire causam.

Supra pagi. 374. Lis quid.

Hic lis, res est de qua controuersia est, quæ addicitur alteri præsente tamẽ aduersario. Nã eo absente non temere statim adiudicare præsenti rem solebant, sed comperendinabant. Itaque de Claudio vt nouum scribitur, *Absentibus secundũ præsentes facilè dabat.* legere tamen quidam malunt, *Litem adũcito*, vt eodem die coniectioni lis adiiciatur.

QVod autem additur, *Sol occasus suprema tempestas est*, significat post occasum solis cognoscẽdas causas non esse

Supra pagi. eadem.

esse nec iudicandum: sed tum iudicium esse dimittendum. Igitur *occasus solis* est supremum tempus diei vltimumq; iudicantibus.

Supra pagi. 523. Iunctum tignum.

ALia est lex de iuncto tigno xij. tab. verbo nescio quo *concapo* cõtaminata, aut vt alij emendãt capulo capularis facta, quã ego sic scribendã puto & forrasse turpius inquinabo fœdabóque: *Tignũ iunctum aedibus vineæque copula ne soluito*, vt lex vetet tignũ vindicari & extrahi *ex aedibus & vinearum macerid*, aut aliquo earum cõpluuio aut iugo.

Capuli.

Nunquã puraui *capulos* egere tignis: fauet emendationi, quòd iurisconsulti tantùm *de tigno in vinea & aedibus* legem xii. tab. loquutã scribũt: nec capuli meminerũt, sed nec Festus ipse: verũ quia in antiquis libris partim *concapet*, partim *concapo* reperitur, neque eorum negligenda est auctoritas: fortasse hæc formula lex sit edenda, *Tignum iunctũ aedibus vineaque cũ capite, ne soluito*: nã capite iunguntur tigna & vincis, cum alligantur, innectunturque vitibus, & ædificiorum parietibus cum inseruntur indunturq;: vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite: nam *capita* vitium stirpes dici non ignorat qui Scriptores

Supra pagi. 523.

Capita.

ptores rei rusticæ legit: sed & Maro ita vsurpat.

-superest deducere terram
Sæpius ad capita.

Hanc interpretationem veriorẽ puto, posteriorémque scripturã legis certiorem existimo: sed ommũ sinceriſſimam, *Tignum iunctum ædibus vineæve ne vendicato, ne soluito*: huic quidem fauet Vlpiani interpretatio, qua dicit legem xii. tab. neque *soluere* permittere furtiuum tignum iunctum ædibus vineæve neque *vindicare*, non deerit fortasse, qui *néve capito, néve soluito*, scribat.

l. 1. ff. de rei. iniunct.

SVbiungam lib. 1. de oratore locum aliũ, quem & emendare & explicare conabor. *Vel si causſam ageres mihi tis, patrem eius, vt solet dicendo à mortuis excitasſes statuisſes ante oculos, complexus esſet filium, flẽsque eum centum viris commendasſet: lapides mehercule omnes flere ac lamentari cogẽsſes: vt totum illud, vt lingua nuncupasſit non in xij. Tab. quæ tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videretur.* Non dubito, quin quum in omnibus libris veteribus Magistri scriptum reperiatur, ea sit sincera germanáque scriptura, quæ non intellecta in magnũ degenerauerit, eam arbitror probatum

Lex xij. tab.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum iri bonis & intelligentibus, vbi explicata fuerit. Agit l. in hæreditatem testamento patris exhæres filius, non tamen nominatim exhæredatus, sed alio hærede scripto, quum ipse militiæ mortuus existimatus esset. Eam igitur causam si Crassus egisset, carmen illud xij. Tabul.

Nexa. Testamenta. Mancipia.

Vti lingua nuncupassit, ita ius esto.

quo nexa, mancipia, testamenta, confirmantur: iniquum iniustumque increpasset, neque tam legum carmen, quàm magistrorum bona debitorum proscribentium, & à liberis debitorum ad alienos transferentium clamasset, præsertim quum eo testamento, veluti auctione, ad extraneũ bona transitura essent.

Carmen magistri.

Carmen autem *magistri* interpretor, tabellã quã magister proponebat, & quã proscribebat se alicuius bona venditurum. Eius enim olim, qui multis debebat, latitabátque, neque defendebatur, creditores Prætorẽ adibant, apud quem quærebantur, bonorumque possessionẽ petebant: quam & Prætor dabat, atque in diem certam ea possidebant: quæ quum venerat, Prætorem rursus adibãt petebántque sibi vt liceret vnum è suo numero deligere, qui bonorum venditioni

tioni præesset, qui *magister*, dicebatur: *Ritus venditionis bonorũ.*
is in compitis celebribus, & frequentibus vtbis locis Tab. proponebat, se debitoris bona venditurũ his verbis: Titius debitor noster incidit in causam venditionis bonorum, nos creditores eius bona vendemus: qui volet emptor accedat hãc, vt opinor, proscriptionem. Cicero hic appellat magistri carmen.

Antecessoris nomen.

IN edicto Iustiniani, quo iuris auctoritas confirmatur, *Antecessores* homines legum periti & iuris, etiamsi non sint professores, existimo ab honore, quòd aliis qui ius non didicere antecedant. Sic Apostolorum principes Tertullianus antecessores vocat, vt lib. 5. aduersus Marcionem, *quam Paulus sciret se non in vanum cucurrisse, quàm dexteras ei darent, antecessores*, & lib. 1. *tunc primùm cum antecessoribus Apostolis conferebat.* Nec verò eos laudo qui *Antecessores* esse legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus insolẽs & inaudita est. Nam Hesychium, in quo ἀντιπάτωρ scribitur, *Ἀντιπάτωρ.*
non satis locupletem & idoneũ testem arbitror, quũ præsertim verba Latina, ore Græco plerunque corruptius concipi sciam. In ea constitutione *Dupondij* *Dupondij.*
appellantur, auditores primi anni:

quamobrem in controuersiam venit. ego vt aliorum sententias omittam, sic eos appellatos existimo rediculè, quòd non essent magni pretij, sed duorum assium: vt si triobolares aut diobolares auditores diceres. nam dupondius duos asses significat, vel 24. vncias, vel xvj. sescuncias, ac pro pecunia parua ponitur. Cicero pro Quint. *Si dupondius tuus ageretur, sex Nœui si in paruula re captionis aliquid vererere.* In eadem constitutione *Lytæ* solutos interpretantur quidã. magno sanè flagitio: λῦσαι enim non λύται dici debuerunt. ego solutores interpretor, qui iam tantos progressus habent in iure, vt de eo respondere propè possint: & quæstiones soluere: atque ij erant, qui responsis prudentum, & quæstionibus operam dabant. eos propè expressisse Iuuenalis hoc versu videtur.

Diobolares auditores.

Λύται.

Qui iuris nodos, legúmque ænigmata soluat

Προλύται.

Idem est in *Prolytis* error, quos tanquam præsolutores interpretor, quòd etiam solutoribus, qui lytæ dicuntur, antecellant.

TITV

TITVLI EX CORPORE VLPIANI.

De legibus & moribus.

IMperfecta lex est veluti Cincia [a], quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis, & si plus donatum sit, non rescindit.

Minùs quàm perfecta lex est, quæ vetat aliquid fieri, & si factum sit, non rescindit: sed pœnam iniungit ei qui cõtra legem fecit, qualis est lex Furia [b] testamentaria, quæ plus quàm mille assium legatum, mortisve causa prohibet capere: præter exceptas personas: & aduersus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit.

Lex aut rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut derogatur, id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, id est, adiicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.

Mores sunt tacitus consensus populi, longa consuetudine inueteratus.

a *Hæc lex prohibuit donari certis personis. l. 4. C. Theodo. de dom. Festus hanc munerariam à Plauto vocari scribit. Ne quis ob causam orandam donum munusve caperet.*

b *Macrobius in Somnium Scipio. ad fi. Inter leges aiit, illa imperfecta dicitur, in qua nulla deuiantibus pœna sancitur.*

De libertis.

TITVLVS I.

Rom. ciues. Latini Iuniani. Dediticij.

LIbertorum genera sunt tria, Ciues Romani, Latini Iuniani, Dediticiorum numero. Ciues Romani, sunt liberti, qui vindicta, censu, aut testamento, nullo iure impediente manumissi sunt.

Vindicta Censu & Testamento missi.

Vindicta manumittuntur apud magistratum, velut Prætorem, Consulem, Proconsulem.

Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu Romæ, iussu dominorū, inter ciues Romanos censum profitebantur.

Vt testamento manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, quod datum legatum est.

* Hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia, qua lege Latini sunt nominati, inter amicos manumissi.

Dediticiorum numero sunt, qui poenæ causa vincti sunt à domino, quibus vestigia [a] scripta fuerunt: qui propter noxam torti nocentésq; inuenti [b] sunt: quive traditi sunt, vt ferro [c], aut cum bestiis depugnarent: vel in custodiam [d] coniecti fuerunt: deinde quomodo manumissi sunt: idque lex Ælia Sentia facit.

a Al. quibus ve stigmata. nisi vestigia sint nota. Sene. lib. 1. de benefic. Sic non est beneficium quod sub oculos venit: sed beneficij vestigium est nota.

b Id est, confessi.

c Ad ludum gladiatorium.

d In publicū carcerem. Igitur publicus carcer dedititium facit, non priuatus nisi corpori vinculo adhibita sint, l. verū. de verbor signif.

Eadem lege cautum est, vt minor triginta annorum seruus vindicta manumissus, ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideò sine cōsilio manumissum seruum manere putat. Testaméto verò manumissum perinde haberi iubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideóque Latinus sit.

Eadem lex eum dominū, qui minor viginti annorum est, prohibet seruum manumittere, præterquàm si causam apud consilium probauerit. In consilium [e] autem adhibentur Romæ quinque Senatores, & quinque Equites Romani, in prouincia viginti Recuperatores, ciues Romani.

e Hæc eadem & Theo. scribit in titu. Qui & à quibus manum.

Ab eo domino, qui soluendo non est, seruus testamento liber esse iussus, & heres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, vt dedititius fieri debeat, ciuis Romanus & heres fit, si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quòd si duo pluréſve liberi heredéſque esse iussi sunt, primo loco scriptus liber & heres sit: quod &

ipsum lex Ælia Sentia facit.

Eadem lex in fraude [f] creditoris & patroni manumittere prohibet.

Qui tantùm in bonis, non etiam ex iure Quiritium seruum habet, manumittendo Latinum facit.

In bonis tantùm alicuius seruus est, velut hoc modo, Si ciuis Romanus à ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Nam quandiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est: ex iure Quiritium autem venditoris est.

Mulier quæ in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere nõ possunt.

Communem seruũ [g] vnus ex dominis manumittendo, partem suã amittit: eáque adcrescit socio, maximè si eo modo manumiserit, quo, si proprium haberet, ciuem Romanũ factarus esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, pleriſque placet eum nihil egisse.

Seruus in quo alterius est [h] vsusfructus, alterius proprietas, à proprietatis domino manumissus, liber non fit, sed seruus sine domino est.

Post mortẽ heredis, aut ante institutionem

f Cuius idem lib. 2. in fin.

g §. vltim. Inſt. de don. h Huius ſententiæ veſtigia quædam ſunt in l. quæſtiet. in fin. de iure. inſtitu. l. 2. de manu. vind. l. ſi fructuarium. de manu teſtam. Inſtit. conſtituto in contrarium ſcripta eſt.

tionem heredis, testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis.

Inter medias heredum institutiones libertas data, vtriusque adeũtibus non valet: solo autem priore adeunte, iure antiquo valet. Sed post legem Papiam Popeam, quæ partem non adeuntis caducam facit, siquidem primus heres vel ius antiquum habeat, valere eam posse placuit: quòd si non habeat, non valere constat, quòd loco non adeuntis, legatarij partis [i] heredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt.

Qui testamento liber esse iussus est, mox quàm vnus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit.

Iusta libertas testamento potest dari his seruis qui testamenti faciendi, & mortis tempore [k], ex iure Quiritium testatores fuerunt.

Lex Furia Caninia [l] iubet testamento ex tribus seruis non plures quã duos manumitti, & vsq; ad decem dimidiam partem manumittere concedit: à decimo vsque ad triginta, tertiam partem, *sunt. vsque ad legitimum numerum: quod & in lege Ælia seruatur. l. qui soluendo 2. l. si non lex §. 1. de hered. inſti.*

i Cuiac. ereditor. l. præſ. ararij. Præſectorum enim ararij eſt, bona quæ fiſco deferuntur vel ſpernere vel agnoſcere. l. ergo. §. plane. de fideicom. lib. l. edicto. de iure fiſci.

k Vel intra diem cretionis. l. verum. de manu teſtib. & inſtit. 22.

l Quid fiet, ſi ſupra ſtatutum numerum ſeruos in teſtamento manumittat? Et placet liberari eos qui primo loco ſcripti

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsque ad centum, quartam partem, æquè vt decem ex priori numero liberari possint: à centum vsq; ad quingentos, partem quintam similiter, vt ex antecedenti numero vigintiquinque possint fieri liberi. Eadémque præcipit, ne plures omnino quàm centum, ex cuiusquam testamento liberi fiant.

m § Libertas. Instit. de legat. Eadem lex cauet m, vt libertates seruis testamento nominatim dentur.

De statu liberis.

TITVLVS II.

QVi sub conditione testamento liber esse iussus est, statu liber appellatur.

Statu liber quandiu pendet conditio, seruus heredis est.

Statu liber seu alienetur ab herede, siue suscipiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit.

Sub hac conditione liber esse iussus, si decem millia heredi dederit, & si ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam, ad libertatē peruenietidque lex

lex duodecim Tabularum iubet. a

a In hac lege emptoris nomine continentur omnes, qui quoquo iure dominiũ in statu libero nacti sunt. Eo hoc Pamp. fiet bit in l. statu liberi à cæter. de statu liber. Hac eadem lege significatur vendi statu liberos posse.

Si per heredem factũ sit, quo minùs statu liber conditioni pareat, perinde fit liber, atq; si conditio expleta fuisset.

Extraneam pecuniam dare iussus, & liber esse, si paratus sit dare, & is qui iussus est dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

Libertas & directò potest dari, hoc modo, *Liber esto, Liber sit, Liberum esse iubeo*: & per fideicommissum, vt puta, *Rogo, Fideicommitto heredis mei, vt Stichum seruum manumittat.*

Is qui directò liber esse iussus est, horcinus fit libertus. b Is autem cui per fideicõmissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus.

b Hercẽ quidem dixere παρὰ τὸ ἔρκος. Hic autẽ nullius est libertus. l. si necem. de bon. lib. nisi Charonis, Plutonis, aut Orci, quãobrem & Charoniana ab Theo. dictus est, ea forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Suet. Tranquillus) à Plu. archo in M. Antonio Charonita dicuntur.

Mm 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

c Si relinquatur res aliena, & si heres nō possit eam vendere, non tamen extinguitur legatū aut fideicommissum.

Alieno seruo c per fideicommissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non vendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretij computatio pro libertate fieri potest.

Libertas sicut dari, ita & adimi tam testamento, quàm codicillis testamento confirmatis potest: vt tamen eodem modo adimatur, quo & data est.

De Latinis.

TITVLVS III.

a Latini commercium habent, & testamenti factionem: Deditity non item. Latini vera libertate potiuntur quàdiu viuunt: Deditity umbra & imaginibus libertatis. Ceterum Romani meliore conditione sunt, quàm Latini.

LAtini ius a Quiritium consequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, ædificio, pistrino: præterea ex Senatusconsulto, veluti quæ sit ter enixa.

Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit.

Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum est, vt si ciuem Romanā vel Latinam vxorē duxerit testatione interposita, quòd liberorū quærendorum causa, vxorem duxerit, postea filio filiáve, nato natáve, & anniculo facto, possit apud Prætorem vel Præsidem prouinciæ causam probare, & fieri ciuem Romanum tam ipse, quàm filius filiáve eius & vxor, scilicet si & ipsa Latina sit. nam si vxor ciuis Romana sit, b partus quoque ciuis Romanus est, ex Senatusconsulto, quod auctore Diuo Adriano factum est.

b Partum Latinum nasci, argumento erat lex Mensia. de qua in tit. 5.

Iteratione fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem quam acceperat maior triginta annorum, iterum iustè manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium seruus fuit. Sed huic concessum est, c ex Senatusconsulto, etiam liberis ius Quiritium consequi.

c Qui minor. 30. annorum Latinitatem accipit, liberis ius Quiritium consequitur ex lege Iunia post hanc ætatem qui Latinitatem accipit, non nisi patroni beneficio ad Vigilum septem cohortes D. Augustus in vrbe ita cōstituit, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueatur. Inter eos qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia ius Quiritium consequebatur: tandem Senatus triennium visum est sufficere.

Militia d ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romæ sex annis militauerit, ex lege Visellia. Præterea ex Senatusconsulto concessum est ei, vt si triennio inter vigiles militauerit, ius Quiritium consequatur.

Naue Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem quàm decem millia modiorū nauem fabricauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerit, & Romam sex annis frumentum portauerit, ex edicto Diui Claudij.

De his qui sui iuris sunt.

TITVLVS IIII.

SVi iuris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamiliæ, iémque mater familiæ.

Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurij appellantur.

De his qui in potestate sunt.

TITVLVS V.

IN potestate sunt liberi, parentum ex iusto matrimonio nati.

Iustum matrimonium est, si inter eos qui nuptias contrahunt connubiũ sit, & tam masculus pubes quàm fœmina potens sit, & vtrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt.

Connubium est vxoris iure ducendæ facultas.

Connubium habent ciues Romani cum

cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita si concessum sit.

Cum seruis nullum est connubium.

Inter parentes & liberos infinitè cuiuscunque gradus connubium non est. Inter cognatos autẽ ex transuerso gradu, olim quidem vsque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc [a] autem etiam ex tertio gradu licet vxorem ducere. Si tamen fratris filia, non etiam sororis filia, aut amita, vel matertera, quanuis eodem gradu sit: eadémque vxore: nouerca, vel priuigna, vel nurus, vel socrus nostra fuit, ducere non possumus.

Si quis eam quam non licet, vxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate eius non sunt, sed quasi vulgò concepti, spurij sunt.

Connubio interueniente, liberi semper partem sequuntur: non interuenien te connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet.

Ex ciue Romano & Latina Latinus nascitur.

[a] Hæc locus sic Curacij iudicio restituendus est. Nunc autem etiam ex quarto gradu licet vxorem ducere. Sed tamen fratris aut sororis filiam, neptémve eorum quãuis eadem gradu sit, amitam vel matertéram, eámque vxorem, quã nouercam vel priuignam, vel nurum, vel socrum nostram fuit, ducere, non possumus. vel lex naturæ. D. de ritu nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nascitur: & ex libero & ancilla, seruus: quoniam cùm his casibus connubia nõ sint, partus sequitur matrem.

In his qui iure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur: in his autem qui non legitimè concipiuntur, editionis: veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit. Nam quamuis non legitimè concepit, cùm editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

De dotibus.

TITVLVS VI.

DOs aut datur, aut dicitur, aut promittitur.

Dotem dicere potest mulier, quæ nuptura est: & debitor mulieris, si iussu eius dicat institutus.[a]

Parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione iunctus, velut pater, auus paternus. Dare promittere[b] dotem omnes possunt.

Dos aut profectitia dicitur, id est, quam pater mulieris dedit: aut aduentitia, id est, ea quę à quibus alio data est.

Mortua in matrimonio muliere, dos

a. *Ad hanc rem conditus.*

b. *Paulus in l. promittendo. De iur. do.*

dos à patre profecta, ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quòd si pater non sit, apud maritum remanet.

Aduentitia autem dos semper[c] penes maritum remanet, præterquàm si is qui dedit, vt sibi redderetur stipulatus fuit quòd dos specialiter recepta[d] dicitur.

Diuortio facto, si quidem sui iuris sit, mulier ipsa habet actionem, id est, dotis repetitionem: quòd si in potestate patris sit, pater adiuncta filiæ persona habet actionem reuera: nec interest aduentitia sit dos, an profectitia.

Post diuortium defuncta muliere, heredi eius actio non aliter datur, quàm si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua bima, trima die reddetur: nisi si, vt præsens reddatur, conuenerit. Reliquæ dotes statim redduntur.

Retentiones ex dote fiunt, aut propter liberos, aut propter mores, aut propter impensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris cuius in potestate est, diuortium factum sit. Tunc enim sing

c. *Sine liberi sint sine non.*

d. *l. uxoris cum §. 3. sed & si dos. de dona. cau. mar.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulorum liberorum nomine sextæ retinentur ex dote: non plures tamen quàm tres sextę in retentione sunt, non in petitione.

Dos quæ semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit.

Morum nomine, grauiorum quidem sexta retinetur: leuiorum item octaua. Graviores mores sunt, adulteria tantùm: leuiores, omnes reliqui.

Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quę à die reddi debet. Ita propter maiores mores præsentem dotem reddit, propter minores senũ mensum die. In ea autem quæ præsens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod representatio facit.

Impensarum species sunt tres: aut enim necessariæ dicuntur, aut vtiles, aut voluptuosæ.

Necessariæ sunt impensæ, quibus non factis dos deterior futura est: veluti si quis ruinosas ædes refecerit.

Vtiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit: factis autem fructuosior dos effecta est: veluti si vineta & oliueta fecerit.

Voluptuosæ sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret: neque factis fructuosior effecta est: quod euenit in viridarijs, &* pictorijs, similibusque rebus.

* pictura.

De iure donationum inter virum & vxorem.

TITVLVS VII.

INter virum & vxorem donatio non valet, nisi certis ex causis: mortis causa, diuortij causa, serui manumittendi gratia. Hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, vt is ab Imperatore, lato clauo, vel equo publico, similiue honore honoretur.

Si maritus diuortij causa res mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

Si maritus pro muliere se obligauerit: vel in rem eius impenderit, diuortio facto, eo nomine cauere sibi solet stipulatione tribunitia.

In potestate parentum sunt etiam ij liberi, quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter dispares* condignis personas. Nam seu

* Disparis conditionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam, quæ Dedititiorum numero est, quasi per ignorantiam vxorem duxerit: siue ciuis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Dedititiorum numero est, aut etiam si Latino ex lege Ælia Sentia nupta fuerit, causa probata, ciuitas redditur tam liberis quàm parentibus, præter eos qui Dedititiorum numero sunt, & ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

De adoptionibus.

TITVLVS VIII.

NOn tantùm naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui.

a l. 2. C. de adopt. Hodie per Imperatorem.

Adoptio fit, aut per populum[a], aut per Prætorem, vel Præsidem prouinciæ. Illa adoptio quę per populum fit, specialiter arrogatio dicitur.

Per populum qui sui iuris sunt arrogantur: per Prætorem autem, filij familiæ à parentibus dantur in adoptionem.

b Quoniam ea res atta comitia fit.

Arrogatio Romæ tantũ fit: b adoptio autẽ, etiam in prouincia apud Præsidẽ Per

Per Prætorem vel Præsidem prouinciæ adoptari tam masculi quàm fœminæ, & tam puberes quàm impuberes possunt: per populum verò Romanum, fœminæ quidem non arrogant. c Pupilli anteà quidem non poterant arrogari: nunc autem possunt ex constitutione Diui Antonini.

c Legendum arrogantur. Causa illa est, quia nulla ea fœminis comitiorum communio est. Cæterũ per principem fœminæ arrogantur. l. nam fœminæ. D. de adopt.

Hi qui generare non possunt, velut spado, vtroque modo possunt adoptare. Idem iuris est in persona cœlibe.

Item is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest.

Si paterfamiliæ arrogandum se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate fiunt arrogatoris. Fœminæ verò neutro modo possunt adoptare: quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

De his qui in manu sunt.

TITVLVS IX.

FArre conuenitur in manum, a certis verbis, & testibus x. præsentibus, & solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

a In manu est vxor, quæ conuenit in manum aut eorum aut eorum

farreatione conuenitur, aut coemptione. Sed omissa est confarreatio ad sustinendo, vt Cor. Tac. lib. 4. Annalium scribit. Omissa quoque

tandem est ex imperio. Denique emissa est quum commercio immanum. Quamobrem Tribonianus in l. vnicum. de rei vxor. act. l. exparte. §. de verborum oblig. scripsit, in matrimonium conuenire: cum tamen Pap. scripsisset, in manum conuenire. & in l. Si concubina. de ver. amot. conuenit, pro in manu conuenit.

Qui inpotestate mãcipióve sunt, quemadmodum eo iure liberentur.

TITVLVS X.

LIberi parentum potestate liberantur, emancipatione, id est, si postea quàm mancipati fuerint, manumissi fint. Sed filius quidem ter mancipatus cer manumissus, sui iuris fit. Id enim lex duodecim Tabularum iubet his verbis: Si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto. Cæteri autem liberi prę ter filium tam masculi quàm fœminæ, vna mancipatione manumissionéque sui iuris fiunt.

Morte patris filius & filia sui iuris fiant: morte autem aui nepotes ita demum sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri non sunt: veluti si moriente auo pater eorum aut iam decessit, aut de potestate dimissus est. Nam si mortis aui tempore, pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo, in patris sui potestate fiunt.

Si patri, vel filio, aqua & igni interdictum sit, patria potestas tollitur: quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum

dictum est. Neq; autem peregrinus ciuem Romanum, neq; ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

Si pater ab hostibus captus sit, quamuis seruus hostiũ fiat: tamẽ cùm reuersus fuerit, omnia pristina iura recipit, iure postliminij. Sed quãdiu apud hostes est, patria potestas in filio eius interim pendebit: & cùm reuersus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit. Si verò ibi decesserit, sui iuris filius erit. Filius quoq; si captus fuerit ab hostibus, similiter propter ius postliminij, patria potestas interim pendebit.

In potestate parentum esse desinunt & hi, qui Flamine Diales [a] inaugurantur, & quæ virgines Vestæ capiuntur.

mirum est, quod ait Vlpian. in d. l. 3. vel alias sui iuris, &c.

[a] *Qui mortuo parente sui iuris fit, capite non minuitur. l. 3. §. vltim. ad Maced. Aliunde etiam eum qui Flaminia Dialis, aut Vestalis sacerdotio sui iuris fit. l. 2. quod cum eo. l. 1. §. sed etsi alio. quam. de pœn. auctore Gellio. lib. 1. ca. 13. Et hac ni-*

De tutelis.

TITVLVS XI.

TVtores constituuntur tam masculis, quàm fœminis: sed masculis quidem impuberibus, dũtaxat propter ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberibus, quàm puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tutores autem legitimi sunt aut senatusconsultis cõstituti, aut moribus introducti.

Legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam autẽ legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularũ introducuntur, seu propalàm, quales sunt agnati: seu per consequentiam, quales sunt patroni.

Agnati sunt, à patre cognati virilis sexus, [b] per virilem sexũ descendentes eiusdem familiæ: [c] veluti patrui, fratres, [d] filij fratris patruelis.

Qui liberum caput mancipatũ sibi vel à parente, vel à coemptore [e] manumisit per similitudinẽ patroni tutor efficitur, [g] fiduciarius tutor appellatur.

Legitimi tutores, alij tutela in iure cedere possunt.

Is qui tutela in iure cessa est, Cessitius tutor appellatur: qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, siue alij tutela cesserit, redit ad legitimũ tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur.

Quantùm ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in iure cedere tutela fœminarum tantùm, non etiam masculorum, fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sustinet [f].

Excepta tutela patronorũ [g] legitima tutela capitis deminutione amittitur.

Capitis minutionis species sunt tres, maxima, media, minima.

Maxima capitis deminutio est, per quam & ciuitas, & libertas amittitur. veluti cùm incensus aliquis venierit [h]: aut cùm mulier alieno seruo se iunxerit, denuntiante domino, & ancilla facta fuerit, ex S.C. Claudiano.

Media capitis deminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa, libertas retinetur: quod fit in eo, cui aqua & igni interdicitur.

Minima capitis deminutio est; per quam & ciuitate & libertate salua, status duntaxat hominis [i] mutatur: quod fit adoptione, & in manũ conuẽtione.

Testamento quoq; nominatim tutores dati confirmantur eadem lege xij. Tabularum, his verbis: Vti legassit [k] super pecunia tutelâve suæ rei, ita ius

[b] In tutelarũ quæstione ita definiuntur agnati propter eã quod tutela virile munus est. c l. pronuncia tio. ff. cõmuni. de verb. sign. d Legendum. Fratres patruales. filij fratris patruelis. e Qui à parente, id est pater fiduciarius: qui à coemptore, id est pater naturalis.

[f] Leg. Sustulit. Rursus vero lex Claudia sublata est cõstitutione Constantini. l. 3. C. de leg. tu. l. 2. C. Theo. de tut. & cur. creand.

[g] Hoc est quod ait. l. tut. de capi. minutu. Tutelas etiam non amittit capitis deminutio, exceptis his quæ l. A. P. P. deferuntur, id est, iure agnationis proximis potissimum deferuntur.

[h] Hoc M. Tul. explicat in extremo orationis pro Cecinna. Tertyl. primatus [illegible] status committatur.

[i] Salua statu publici iuris l. 3. §. capitis. ad S. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esto: qui tutores datiui l appellantur.

l Legitimi nõ dantur sed ipsũ iure fiunt tutores. l. legitimos ff. de legit. tut. Testamentarij, Atiliani, Iuliani datione tutores fiunt.

Dari testamento tutores possunt liberis qui in potestate sunt.

Testamẽto tutores dari possunt his, cum quibus testamẽti faciendi ius est, præter Latinum Iulianum. Nam Latinus habet quidem testamenti factionem. sed tamen tutor dari non potest, id enim lex Iulia prohibet.

m Nihil ab abdicatione differt excusatio. Excusatione datiui dantur vtuntur. l. sicut vas ff. de exc. tute. §. qui excusare. et Inst. eod. n Legit Cuiac. To iure autem cedere.

Si capite deminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam sed si abdicauerit se tutela, definit esse tutor. Abdicare autẽm est, dicere nolle se tutorem esse in iure. Cedere n autem tutela testamento datus non potest nam & legitimus in iure cedere potest: abdicare se non potest.

Lex Attilia iubet mulieribus, pupillisve non habentibus tutores, dari a Prætore & maiore parte Tribunorum plebis: quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romę tantum locum habet, lege Iulia & Titia profectũ est, vt in prouincia quoq; similiter à prę sidibus earum dentur tutores.

Lex Iunia tutorem fieri iubet Latino, vel Latinis impuberibus eum, qui etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit.

Ex lege Iulia de maritandis ordinibus, tutor datur à Prætore vrbis ei mulieri virginí ve, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam promittẽdámve, si legitimum tutorẽ pupilla nõ habeat o. Sed posteà Senatus censuit, vt etiam in prouincia quoq; similiter à præsidibus earum ex eadem causa tutores dentur.

o Delenda est vox pupillae: nam de impubere hic agitur, non de pupilla. p Sit ad dotem constituendam, erit hoc contrarium superiori regulae iuris, qua dicitur, Certa rei tutorem non dari: si generaliter (quod & ipsum, si mutus, aut furiosus sit legitimus tutor. ex Senatusconsulto fieri potest. l. pen. D. de tutel.) abstat illa regula, qua cauetur, Tutorem habenti tutorem non dari, ideóque S. Copus filiæ q Manuelt Cuiac. Idemque permisit in patruum filiæ minorum vt in eius locum non nisi ad adeundam hereditatem, vel dotem constituendam tutor detur.

Præterea etiam in locum muti, furiosíve tutoris, alterum dandum esse tutorem ad dotem constituendam Senatus censuit.

Item ex Senatusconsulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, præter quã si patronus sit, qui abest. Nã in locum patroni absentis alter peti non potest, nisi ad hæreditatem adeundam, & nuptias contrahendas. Idemq; permisit in pupillo patroni filio q.

Hoc amplius Senatus censuit, vt si tutor pupilli pupillæve suspectus à tutela submotus fuerit, vel etiam iusta de causa excusatus, in locum eius tutor alius detur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moribus tutor datur mulieri pupillove qui eum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari consueuit.

Pupillorum pupillarúmque tutores & negotia gerunt, & auctoritatem interponũt. Mulierum autem tutores auctoritatem duntaxat interponunt.

Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatẽ accommodare, præter eos qui tunc dati sunt: r nam ex his vel vnius auctoritas sufficit.

r *Legendum. Qui testamento dati sunt. l. vlt. C. de auct. præst.*

Tutoris auctoritas necessaria est, mulieribus quidem in his rebus, si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotium gerant, si libertæ suæ permittant in cõtubernio alieni serui morari, si mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

Liberantur tutela, masculi quidẽ pubertate. puberem autem Cassiani quidem eum esse dicũt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest: Proculeij s autẽ, eũ qui quatuor decim

s *Quorum sententia Iustiniano placet.*

decim annos expleuit: verùm Priscus eum puberem esse, in quem vtrunque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum: Fœminæ autem tutela liberantur t.

De curatoribus.

TITVLVS XII.

t *Imperfecta oratio est. Caterũ vnius ponitur casus in tutorib. in quo libertæ tutelæ patronorum liberantur. Denique omnes famin. cõuentione in manũ liberãtur, auctore Boetio in Topica Ciceronis.*

CVratores aut legitimi sunt, id est, qui ex lege xij. Tab. dantur: aut honorarij, id est, q à Prætore cõstituuntur.

Lex duodecim Tab. furiosum, itemq; prodigum, cui bonis interdictum est in curatione iubet esse agnatorum.

A Prætore constituitur curator, quem ipse Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemq; ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti, malè dissipant bona: his enim ex lege curator dari nõ poterat: cùm ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento hæres factus sit patri: libertinus autem nullo mõdo patri hæres fieri possit qui nec patrem habuisse videtur, cum seruilis cognatio nulla sit.

Prætereà dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idoneè negotia sua tueri non potest.

De

De cœlibe, orbo, & solitario patre.

TITVLVS XIII.

LEge Iulia prohibentur vxores ducere, senatores quidem liberique eorũ, libertinas, & quę ipsa quarúmve pater matérve artem ludieram fecerit: item corpore quęstum facientem.

Cæteri autem ingenui [a] prohibentur ducere lenam, à lenone lenáve manumissam, & in adulterio deprehensam, & iudicio publico damnatam, & quæ artẽ ludieram fecerit: adiicit Mauricianus [b], & à senatu damnatam.

a Et hoc quoque senatores non dicent. l. Iulianus. §. vlt. de. rit. nupt. Est in eandem rem auctoritate Marci & Commodi scitum plenius. C. de quo in l. oratio. de spons.

b Qui ad leges Iulias libros scripsit.

De pœna legis Iuliæ.

TITVLVS XIIII.

FOeminis lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem [a]: à diuortio, sex mensium: lex autem Papia à morte viri, biennij [b]: à repudio, anni & sex mensium.

a Hoc est, vt interim etiã si celibem vitã agant, capere ex alterius testamento possint.

b Legendum, triennij. vide Cuiac. hic.

De

De decimis.

TITVLVS XV.

VIr & vxor inter se matrimonij nomine decimam capere possunt.

Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeãt, propter decimã quã matrimonij nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Itẽ cõmunis filius, filiáve, post nonũ diẽ amissus, amissáve, vnã decimam adijcit: duo autem [a], post nonum diem amissi, duas decimas adiiciunt. Præter decimã, etiã vsumfructum tertiæ partis bonorũ eius capere possunt: & quotcũq; liberos habuerint, eiusdẽ partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere prętter decimam dotem potest legatã sibi.

a Tres post nonum diem amissi solidum adiiciunt titul. prox.

De solidi capacitate inter virum & vxorem.

TITVLVS XVI.

ALiquando vir & vxor inter se solidũ capere possunt, velut si vterque vel alteruter eorum nondum eius ætatis sit, quæ quidẽ liberos exigit: id est, si vir minor annorũ viginti quinq; sit, aut vxor annorum viginti minor. item si vtri

Universidad de Deusto
Biblioteca

si vtrique lege Papia finitos annos in matrimonio exceſſerint,id eſt, vir ſexaginta annos, vxor quinquaginta.itē ſi cognati inter ſe coierunt vſq; ad ſextum gradum [a]:aut ſi vir abſit,& donec abeſſet;intra [b] annū poſtquam abeſſe deſierit, libera inter eos teſtamenti factio eſt.Si ius liberorū [c] à principe impetrauerint:aut ſi filium filiámve communē habeāt:aut quatuordecim annorum filium,vel filiam duodecim amiſerint:vel ſi duos trimos,vel ſi tres poſt nonum diem amiſerint,vt intra annū tamen& ſex menſes.Etiā vnus cuiuſcunq; ætatis impubes amiſſus , ſolidi capiendi ius præſtat.Itē ſi poſt mortem viri intra decem menſes vxor ex eo peperit,ſolidum ex bonis eius capit.

Aliquando nihil inter ſe capiunt , id eſt,ſi contra legem Iuliam, Papiámque Popeam contraxerint matrimonium: verbi gratia:ſi famoſam quis vxorem duxerit,aut libertinam ſenator.

Qui intra ſexageſimum,vel quæ intra quinquageſimum annum neutri legi [e] paruerit,licet ipſis legibus poſt hāc ętatem liberatus eſſet,perpetuis tamen pœnis tenebitur ex ſenatuſconſul. Perniciano.Sed Claudiano ſenatuſcon.maior ſexagenario ſi minorem quinquagenaria duxerit,perinde habebitur,ac ſi minor ſexaginta ann. duxiſſet vxorem.

Quòd ſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit,impar matrimonium appellatur:& ſenatuſconſulto Caluitiano [f] iubetur non proficere ad capiendas hęreditates,& legatas dotes. Itaq; mortua muliere,dos caduca erit [g].

[a] *Nam à ſexto gradu cognatio nulla eſt. §. vlt. de ſucceſſion.*

[b] *Legit Cuiac. Abeſſe & intra. Credit hæc vera eſſe, ſi ab ſit Reipubl. cauſa. Nā annuum tantum dari ſolet, qui Reipubl. cauſa abeſſe deſierunt.*

[c] *Iſido.libr. 5. Ius, inquit liberorum eſt caninum ſine liberis inuicem, pro eo pignorum hæreditatu al terna conſcriptio. quam definitionem confirmat noſt. Valent. de teſtamen. & laudat. C. Th. de inſt. vt quæ ſub tyran.*

[d] *Legit Cuiac. vt intra annum & ſex menſes etiam vnus, &c. præſtet.*

[e] *Si neque liberos ſuſceperit, neque matrimo. contraxerit.*

[f] *Vide num legendum ſit Caudiano, vt ſup.*

[g] *vt in l. ſi quis officium §. veterem. ff. de te. de rit. nupt.*

De caducis.

TITVLVS XVII.

Caduca ſunt,quæ mortuo teſtatore deficiunt, vt puta,ſi hæres vel legatarius ante apertas tabulas decesſerit,vel aliàs incapax factus fuerit.

QVod quis ſibi teſtamento relictū, ita vt iure ciuili capere poſſit , aliquā ex cauſa non ceperit, caducum appellatur veluti cecidit ab eo:verbi gratia,ſi cœlibi , vel Latino,[a] Iuliano legatū fuerit,nec intra dies centū vel cœlebs legi paruerit,vel Latinus ius Quiritium conſe

[a] *Ergo & cū cœlibe, & cum Latino teſtamenti factio eſt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequutus sit: aut si ex parte scriptus vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger factus sit.

Hodie ex cõstitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vindicantur, sed seruato iure antiquo liberis & parentibus.

Caduca cum suo onere fiũt: ideoque libertates & legata fideicõmissa ab eo data ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sũt: scilicet & legata, & fideicõmissa cũ suo onere fiunt caduca.

Qui habeant ius antiquum in caducis.

TITVLVS XVIII.

¶ *Ea quæ mortuo testatore deficiunt ex iure antiquo, apud hæredẽ remanent: post legem Iuliam & Papiam caduca fiunt: ius tamen ea lege antiquũ seruatur liberis & parentibus vsque ad tertium gradum. §. & cum lex. C de caduc. toll. quod & in tit. proximo. & tit. 1. & tit. 25. Vlpianus notat.*

ITem liberis & parentibus testatores vsque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit: vt hæredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non

non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere possit.

De dominiis & acquisitionibus rerum.

TITVLVS XIX.

OMnes res aut mãcipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus: quàm vrbana, qualis domus. Item iura prædiorum rusticorum: velut viã, iter, actus, & aquæductus. Item serui & quadrupedes, quæ dorso, collóve domantur, velut boues, muli, equi, asini: cæteræ res nec mancipi sunt. Elephanti [a] & cameli, quanuis collo dorsóve domentur, nec mancipi sunt: quoniam bestiarum numero sunt.

Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione, traditione, vsucapione, in iure cessione, adiudicatione, lege.

Mancipatio propria species alienationis est, & [b] rerum mancipi: eáque fit certis verbis [c] libripende, & quinque testibus præsentibus.

Mancipatio locum habet inter ciues

quib. mod. ius patrest. sol. & §. 1. de testam. ord.

[a] *Videtur quidem mancipi esse, non sunt tamẽ: quia fera bestiæ sunt. l. 2. §. vlti. ad legem Aquil. Nam quæ in bestiarum numero, tunc videntur mancipii esse quando capi, siue domari cupiunt. Tollitur verò hæc differẽtia in iure deuſu trãſ. C.*

[b] *Supereſt. Et.*

[c] *Exẽpla ſunt in §. prætereà.*

Romanos, & Latinos Colonarios [d], Latinósque Iunianos, eósque peregrinos quibus commercium datum est.

Commercium [e] est emendi vendendique inuicem ius.

Res mobiles nō nisi præsentes mancipari possunt, & nō plures quàm quæ manu capi possunt. Immobiles autem etiam plures simul, & quæ diuersis locis sunt, mancipari possunt.

Traditio [f], propriè est alienatio rerum. Nec mancipi rerum dominia, ipsa traditione adprehendimus: scilicet, si ex iusta causa traditæ sunt nobis.

Vsucapione dominia adipiscimur tam mancipi rerum, quàm nec mancipi. Vsucapio est autem dominij adeptio [g], per continuationem possessionis anni, vel biennij: rerum mobilium anni, immobilium biennij.

In iure cessio [h] quoque communi alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres personas in iure cedendi, vindicantes, addicentes.

In iure cedit dominus: vindicatis cui cedit ur: addicit Prætor.

In iure cedi res etiam incorporales possunt, velut vsusfructus, & hereditas, & tutela legitima, & libertas [i].

Hereditas in iure cedi tur, vel antequàm adeatur, vel posteaquàm adita fuerit.

Antequàm adeatur in iure cedi potest legitimo ab herede: posteaquàm adita est, tam à legitimo, quàm ab eo qui testamento heres scriptus est.

Si antequàm adeatur hereditas, in iure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quòd si posteaquā adita fuerit, in iure cessa sit, is cui cessa est [k] permanet heres & ob id creditoribus defuncti manet obligatus: debita verò pereunt, id est, debitores defuncti liberantur.

§. Dixit de rebus incorporalibus, quæ cedantur in iure: nunc de rebus corporalibus.

Res autem corporales, quoties singulæ in iure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa est hereditas.

Adiudicatione [l] dominia nācisc imur, per formulā Familiæ erciscundæ, quæ locum habet inter coheredes: & per formulā Communi diuidundo, quī locum est inter socios: & per formulam Finium regundorū, quæ est inter vicinos,

[d] *Horum exemplo Iuniani introducti sunt, vt Iustinia. scribit in titul. de latin. lib.*

[e] *Commercium est permutatio. l. ex hac iure de Iustitia. & Iure.*

[f] *Add. Cuiac. Nec mancipi rerum, &c.*

[g] *Modestinus ait in l. 3. de vsurp. & vsucapio. adeptio dominij, manuū Cuiac. adeptio, vt hic.*

[h] *Tribus verbis omne officium Prætoris æstimatur. Dicio, addico, dant iudices, Dicit ius. Addicit, exempli gratia, in cessionibus.*

[i] *De tutela Cassiria tit. 11. dictum est Libertas cessitia ea est quæ vindicta datur. edit enim libertatem dominus: vindicat seruus, addicit Prætor, & inde scipioni litteris, quem liberauit seruum gerit, vindicta manum.*

[k] *Videtur legendum, Is à quo cessa est: quoniam subinfert, Permanet heres.*

[l] *Idem Iustinianus scribit in extremo titul. de off. iud.*

Nam si iudex vni ex heredibus aut sociis, aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipi, siue nec mancipi sit.

Lege nobis adquiritur, velut caducum, vel ereptitium ex lege Papia Poppea: itē legatū ex lege duodecim Tab. m siue mancipi res sint, siue nec mācipi.

m l. verbis leg. de ver. sig.

Adquiritur autem nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu mācipióve habemus. Itaq; siquidē (mancipio puta) acceperint, aut traditū eis sit, vel stipulati fuerint, ad nos pertinet.

Item si heredes instituti sint, legatúmve eis sit: & hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinet.

n Dominus Bonitarius praefertur domino Quiritario.

Si seruus alterius in bonis n, alterius ex iure Quiritium sit, ex omnibus causis adquiret ei, cuius in bonis est.

o Alij dicunt ex operis: sed hoc quoque rectum est: vt in §. de iu. per quas person. nob. §. item per quas person. oblig. nob. adq.

Is quem bona fide possidemus, siue liber, siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantùm, id est quod ex re nostra, & quod ex operibus o suis adquirit: extra has autem causas aut sibi acquirit, si liber sit: aut domino, si alienus seruus sit. Eadem sunt & in eo seruo, in quo tantùm vsumfructum habemus.

De testamentis.

TITVLVS XX.

TEstamentum, est mētis nostræ iusta cōtestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat.

Testamentorū genera fuerunt trium: vnum, quod calatis Comitiis, alterum quod in procinctu, tertium quod per æs & liberam appellatum est. Illis duobus testamentis abolitis hodie solùm in vsu est, quod per æs & liberam fit: id est, per mancipationem imaginariam, in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quàm quinque testes, cum quibus testamenti factio est.

Qui in potestate testatoris est, aut familiæ emptoris, testis ad libræ pensa adhiberi non potest: quoniam familiæ mancipatio inter testatorem, & familiæ emptorem fit: & ob id domestici testes adhibendi non sunt.

Filio familiæ emente, pater eius testis esse non potest.

Ex duobus fratribus qui in eadē patris potestate sunt, alter familiæ emptor, alter testis esse non potest: quoniā quod vnus ex his mancipiū accipit, ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quirit patri, cui filius suus testis esse nō debet: pariter & cui in potestate eius est constitutus. Duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtrique, vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

Mutus, surdus, furiosus, pupillus, fœmina, neque familiæ emptor, neque testis, libripénsve fieri potest.

Latinus Iunianus, & familiæ emptor, & testis, & libripens fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est.

In testamēto, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamenti. Nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti testator tenens ita dicit, Hæc vti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaque vos Quirites testimonium præbitote [a], quæ nuncupatio & testatio vocatur.

Filius familiæ testamentum facere non potest: quoniam nihil suum habet, vt testari de eo possit. Sed Diuus Augustus Marcus constituit, vt filius familiæ miles, de eo peculio quod in castris adquisiuit, testamentum facere possit.

Qui

[a] *Forsitan vtilius legeretur prohibeatur. Apuleius libr. 2. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium prohibeatur.*

Qui de statu suo incertus est (facito quod patre peregrè mortuo, ignorat se sui iuris esse) testamentum facere non potest.

Impubes, licet sui iuris sit, testamentum facere non potest: quoniam nondum plenum iudicium animi habet. Mutus, surdus, furiosus, itémque prodigus, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam mentem non habet, vt testari de ea re possit: prodigus, quoniam cōmercium illi interdictum est, & ob id familiā mancipare non potest.

Latinus Iunianus, item is qui Deditiorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidē, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est: is autem qui Deditiorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cùm sit peregrinus: nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ ciuitatis, sciens vt aduersus leges ciuitatis suæ testetur.

Fœminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt, tu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tore auctore, donec in tutela sint.

Seruus publicus prætorisque, parte dimidia testamenti faciendi habet ius.

Quemadmodum heres instituí debeat.

TITVLVS XXI.

HEres instituí rectè potest his verbis, Titius heres esto, Titius heres sit, Titium heredem esse iubeo. Illa autem institutio [a], Heredem instituo, Heredem facio, plerisque improbata est.

[a] Verum quia sola lex heredem instituit, heredē facit: an quia hæc verba plerisque videntur non esse directa? Sed hæc verborum solemnitas abolita est l. quoniam. C. de testam.

Qui heredes instituí possunt.

TITVLVS XXII.

HEredes instituí possunt, qui testamenti factionem cum testatore habent.

Dedititiorum numero heres instituí non potest, quia peregrinus est.

Cum quo testamenti factio non est, siquidem mortis testatoris tẽpore, vel intra diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest: quòd si Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohi

prohibetur. Idem iuris est in persona cœlibis propter legem Iuliam.

Incerta persona heres instituí non potest, veluti hoc modo: Quisquis primus ad funus meum venerit, heres esto: quoniam certum consilium debet esse testantis.

Nec municipia, nec municipes [a] heredes instituí possunt: quoniam incertum corpus est, vt neque cernere vniuersi, neque pro libito de herede cernere [b] possunt vt heredes fiant. Senatusconsulto [c] tamen concessum est, vt à libertis suis heredes instituí possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest: idque hoc senatusconsulto [d] prospectum est.

Deos heredes instituere non possumus præter eos, quos senatusconsulto, constitutionibus Principum instituere concessum est: sicut Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, sicuti Martem in Gallia, Mineruam Meliẽsem [e], Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, matrem deorum Cybelem, eam quæ Smyrnæ colitur, & Cœlestum Salinensem [f] Carthaginis.

Seruos heredes instituere possumus, nostros cum libertate: alienos, sine li-

[a] Plin. lib. 5. epist. nec heredem instituí, nec præcipere posse Remp. constat.

[b] Videtur legendū, neque pro herede gerere: nam aut cretione, aut pro herede gestione heredes fiunt.

[c] l. 1. de libe. vniuers.

[d] Senatusc. Apronianō, quod factum est temporibus D. Marci. l. omnibus. ad Trebel.

[e] Aut Melitensem, aut à Melite vrbe non procul ab Euphrate.

[f] Tertul. aduersus gentes. Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati suus deus est, vt Africæ Cœlestus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bertate: communes, cum libertate, vel sine libertate.

Eum seruum qui tantùm in bonis nostris est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam g.

g. Nisi intra decimum centesimum ciuis Romanus fiat.

Alienos seruos heredes instituere possumus: eos tamen, quorum cum dominis testamenti factionem habemus.

Communis seruus cum libertate rectè quidem heres instituitur, quasi proprius, pro parte nostra: sine libertate autem, quasi alienus, propter socij partem.

Proprius seruus cum libertate heres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber & heres sit, id est, necessarius.

b Alienatione, manumissione libertas renouatur non hereditas. Vide Cuiacium. hic.

Quòd si ab ipso testatore b viuente manumissus, vel alienatus sit: suo arbitrio, vel iussu emptoris, hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omnino non constat 1 institutio.

i Hodie constat ex constitutione Iustiniani.

Alienus seruus heres institutus, si quidem in ea causa permanserit, iussu domini debet hereditatem adire. Quod si viuo testatore manumissus, aut alienatus

tus à domino fuerit: aut suo arbitrio, aut iussu emptoris poterit adire hæreditatem.

Sui hæredes instituendi sunt, vel ex hæredandi. Si autē hæredes sint liberi quos in potestate habemus, tam naturales, k quàm adoptiui: item vxor quæ in manu est, & nurus quæ in manu est filij, quem in potestate habemus.

k Hi sunt sui naturales, reliqui sui non naturales, vt infra tit. vlt.

Posthumi quoque liberi, id est, qui in vtero sunt, si tales sunt, vt nati in potestate nostra futuri sint, suorum hæredum numero sunt.

Ex suis hæredibus filius quidem neque hęres institutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere testamentum. Reliquæ verò personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritæ sint, valet testamentum.

l Lag. Sed scriptis §. 1. de ex hared. lib.

Scriptis l hæredibus aderesçunt, suis quidem hæredibus in partem virilem: extraneis autem in partem dimidiam.

m In natis differentia est sexus & personarum. Omnes posthumi præteriti si nascãtur rumpunt, filij statim ab initio iniu. ꝙ ficiunt: vtrumque sit iure ciuili: iure prætorio vtrisque datur contra tab. n Lex Rumpunt.

Posthumi m quoque liberi cuiuscunque sexus omissi quod voluit testamentum agnatione rumpitur. n

Eos qui in vtero sunt, si nati sui hęredes nobis futuri sunt, possumus instituere hæredes: si quidem post mortem

o Lex xij. Tab. quod ius antiquum dicitur in l. Gallus. De li. & posthum.

nostram nascantur, ex iure ciuili: o si verò viuentibus nobis, ex lege Iulia.

Filius qui in potestate est, si non instituatur hæres, nominatim exhæredari debet: reliqui sui hæredes vtriusque sexus aut nominatim, aut inter cæteros.

p Emancipati & mancipati recte dicuntur: sed mancipati nomen in maiam partem accipi potest. Plin. lib. 4. epist. Filium vitulus emancipauit, vt hæres matris existeret. Mancipatum (ita vulgo ex moribus hominibus loquebantur) fœda & insolita parentibus indulgentia simulatione captabat.

Posthumus filius nominatim exhæredandus est: filia posthuma, cæteræque posthumæ fœminæ vel nominatim, vel inter cæteros: dummodò inter cæteros exheredatis aliquid legetur.

Nepotes & pronepotes, cæteriquæ masculi posthumi præter filium, vel nominatim, vel inter cæteros cum adiectione legati sunt exheredandi: sed tutius est tamen nominatim eos exheredari: & id obseruatur magis.

Mancipatos p liberos cum iure ciuili neque hæredes instituere, neque exheredare necesse sit: tamen Prætor iubet, si non instituatur hæredes, exheredari masculos omnes nominatim fœminas vel inter cæteros: alioqui contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

Inter necessarios hæredes, id est, seruos cum libertate hæredes scriptos, & suos scilicet necessarios, id est, libertos qui in potestate sút iure ciuili nihil interest (nam vtrique etiam inuiti hæredes

sunt) sed iure prætorio suis & necessarijs hæredibus abstinere se à parentis hæreditate permittitur: necessarijs autem tantùm hæredibus abstinendi potestas non datur.

Extraneus hæres, si quidam cũ eretione sit hæres institutus, cernendo fit hæres: siue sine eretione, p hęrede gerẽdo.

Pro hærede gerit, qui rebus hęreditarijs tanquam dominus vtitur: veluti qui actionem q rerũ hæreditariarum facit: aut seruis hęreditarijs cibaria mandat.

q Pro auctoramento. vt in l. 7. tutor. §. procuratorem. pro emp. l. existimans. de vsurp. & vsuc.

Eretio est certorum dierum spaciũ, quod datur instituto hæredi ad deliberandum, vtrùm expediat ei adire hæreditatem, necne: velut, *Titius hæres esto*, cernitóque s in diebus centum proximis, quibus scieris poteríque: nisi ita creueris, *exheres esto*.

r Hæreditas acquiritur eretione additione pro hærede gestione, inuasione, agnitione.

Cernere est verba eretionis dicere, ad hunc modum, Cùm me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo cernóque.

s Id est, faciens vt videant te esse hæredem.

Sine eretione hæres institutus, si constituerit, nolle se hæredem esse, statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non potest.

Cum eretione verò hæres institutus sicut cernendo fit hæres, ita non aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

excluditur, quàm si intra diem cretionis non creuerit: idcóque etiam si constituerit nolle se heredem esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo hæres fieri potest.

Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, [1] in qua adijciuntur hæc verba, Quibus scieris, poterisque. Continua, in qua non adijciuntur.

[1] Legitima & vtilis.

Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur quibus scit se hæredem institutum esse, & potuit cernere. Ei verò qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus ignorauit se hæredem institutũ, aut sciuit, sed non potuit cernere.

Hæredes aut instituti dicuntur, aut substituti: instituti, qui primo gradu scripti sunt: substituti, qui secundo gradu, vel sequentibus.

Hæredes scripti sunt, velut: Titius hæres esto, cernitóque in diebus proximis cẽtũ, quibus scieris, poterisque: nisi ita creueris, exhæres esto: tunc Mæuius hæres esto, cernitóque in diebus, & reliqua. Similiter & deinceps substitui potest. Si sub imperfectam cretionem heres institutus sit, id est, non adiectis his verbis, Si non creueris, exheres esto: sed si ita, si non creueris, tũc Mæuius hæres esto: cernendo quidem, superior inferiorem excludit: non cernendo autem sed pro hærede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed posteà Diuus Marcus constituit, vt & pro hærede gerendo, ex asse fiat hæres Quòd si neque creuerit, neque pro hærede gesserit, ipse excluditur, & substitutus ex asse fit hæres.

Quemadmodum testamenta rumpuntur.

TITVLVS XXIII.

TEstamentum iure factum infirmatur duobus modis, si ruptum, aut irritum factum sit.

Rumpitur testamẽtum mutatione, id est, si posteà aliud testamentũ iure factũ fuerit aut agnatione, [a] id est, si suus hæres agnascatur, qui neque hæres institutus, neque vt oportet, exheredatus sit. Agnascitur suus hæres, aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui hæredis succedendo: velut nepos mortuo filio vel emancipato: aut manumissione [b] id est, si filius ex prima secundáve mancipatione

[a] Agnatione ex iure antiquo fit, si nascantur post mortẽ: ex iure nouo, si in vitæ successione ex iure nouo.

[b] Filius tribus emancipationibus, & tribus manumissionibus sui iuris fit, cæteri liberi una emancipatione. Igitur post primam & secundam manumissionem filius præteritus rumpit testamentum patris, quia in eius potestatem reuertitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione manumissus, reuersus sit in patris potestatem.

Irritum fit testamentum, si testator capite deminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo exiterit hæres.

Si is qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamẽtum eius valetiſi quidem reuersus fuerit, iure postliminij si non ibi decesserit, c ex lege Cornelia, d quæ perinde successionem eius cõfirmat, atque si in ciuitate decessisset.

Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure ciuili ruptum vel irritum factum sit, Prætor scriptis hæredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator ciuis Romanus, & suæ potestatis cùm moreretur fuit, quæ bonorum possessio cum re, id est, cum effectu habetur, si nemo alius iure f hæres sit.

Liberis impuberibus in potestate manentibus, tam natis quàm posthumis hæredes substituere parentes possunt duplici modo, id est, aut eo quo extraneis, vt si hæredes non extiterint liberi substitutus hæres fiat: aut proprio iure id est, si post mortem parentis hæredes facti, intra pubertatem decesserint: substitutus hæres fiat.

Etiam

c Lex. Siue ad. Duplex est fictio. Postliminij & Cornelia: hæc iuris ciuilis effectus iuris gentium.

d Hoc explicatur in tit. 22. l. filius. C. de inoff. test.

f Iure legitimo, vel ab intestato. Quid si alius iure hæres sit, vt si existat filius præteritus, secundum tabulas bonor. possessio erit sine re.

Etiam exheredatis filijs substituere parentibus licet.

g Substitutio plerunque æstimatur ex ratione successionis. hæc ex ratione scripturæ æstimatur, non successionis. proinde in ea ordo scripturæ obseruatur. Vide hic. Cuia.

Non aliter impuberi filio substituere quis hæredem potest, quam si sibi quis hæredem instituerit, vel ipsum filium vel quemlibet alium.

Milites quomodocunque fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima obseruatione. Nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocunque vellent, quomodocunque possent testari: idque testamentum quod miles contra iuris regulam fecit, ita demum valet, si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

De legatis.

TITVLVS XXIIII.

Legatum, est quod legis modo, id est, imperatiuè, a testamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.

a Imperativa verba, sunt verba directa l. 1. de test.

Legamus autem quatuor modis, per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem; b

b Hæc & prælegatum dicitur & præcipuum. Sid. Apoll. lib. 6. Epist. Illud autem debere tibi quadam, vt Iurisconsulti dicunt præcipui, titulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per vindicationem, his verbis legamus; *Do, lego, capito, sumito, sine habeto.*

Per damnationem, his verbis: *Heres meus damnas esto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo.*

Sinendi modo ita, *Heres meus damnas esto sinere, Lucium Titium sumere illam rem, sibique habere.*

Per præceptionem sic, *Lucius Titius illam rem præcipito.*

Per vindicationem legari possunt res quæ vtroque tempore ex iure Quiritiũ testatoris fuerunt, mortis, & quando testamentum faciebat: præterquàm si possidere, mensura, numero contineantur: in his enim satis est si vel mortis duntaxat tempore fuerint ex iure Quiritium.

Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint, quæ dari possint.

Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa nec per damnationem legari potest: quoniam dari non potest. Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris, & hæredis eius[c].

Per præceptionem legari possunt res quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit vtroque tempore testatoris ex iure Quiritiũ, per vindicationem legata

[c] *Non etiam alienæ: quod tamen perperam additum est apud Cassi. li. 2. Instit. Tit. de legat.*

legata sit, licet iure ciuili non valeat legatum, tamen Senatusconsulto Neroniano firmatur: quo cautũ est, vt quod minus pactis, [d] verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset.

Optimum autem ius [e] legati per damnationem est. Si duobus eadem res per vindicationem legata sit: si quidem *disiunctim*, singulis in solidum debentur [f]: si verò coniunctim, velut *Titio & Seio, hominem Stichum do, lego, iure ciuili concursu partes fiebant.* Non concurrente altero pars eius alteri adcrescebat. Sed post legem Papiam Popeam, non capientis pars caduca fit.

Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem coniunctim singulis partes debentur, & non capientis pars iure ciuili in hæreditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quòd si disiunctim, singulis in solidum debetur.

Optione autem legati, [g] per vindicationem data, legatarij electio est, veluti, *Hominem optato, eligito.* Idemque est, & si tacitè legauerim, *Titio hominem aut decem boves meos dato:* hominem dare hæredis electio est.

[g] *Vide hic Cuia.*

[d] *Id est, conceptis & legatis verbis. Cic. pro Rosc. Comœ. Non enim ex pactione verborũ, quibus iussum quidam comprehenditur. Ad nobilis l. 17. contra gentes. Quam cumpactionibus adornat & formulis.*

[e] *Nempe quia laxius & expeditius est. Sic optimum ius vsurarum in l. 1. C. de vsur.*

[f] *Legatis singulis partes debentur. Paulus in Sent. Caius in Institut.*

[a] *Hic locus iuris in modum deformatus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ante hæredis institutionem legari non potest: quoniam & potestas testamenti ab hæredis institutione incipit.

Post mortem hæredis legari non potest, ne ab hæredis hærede legari videatur: quod iuris ciuilis ratio non patitur. In mortis autem hæredis tempus legari potest: velut *cùm hæres moriatur.*

Pœnæ causa h legari non potest. Pœnæ autem causa legatur: quod coercendi hæredis causa relinquitur, vt faciat quidém i aut non faciat, nõ vt legatum pertineat: vt puta hoc modo, *Si filiam tuam in matrimonio Titio conlocauerit, decem millia Seio dato.*

Incertæ personæ legari non potest: veluti, *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonio conlocauerit, ei homini tot millia dato.* Sub certa tamen demonstratione incertæ personæ legari potest: velut *Ex cognatis meis qui nunc sunt, qui primò ad funus meum venerit, ei hæres meus illud dato.*

Neque ex falsa demonstratione, neq; ex falsa causa legatũ infirmatur. Falsa demonstratio est, velut, *Titio fundum, quem à Titio emi, do, lego*, cùm fundus à Titio emptus non sit, falsa causa est: velut, *Titio, quoniam negotia mea curauit, fundum*

h *Quemadmodum superiores duæ sententiæ, ita & hæc à Iustiniano sublata est. Hodie igitur valet legatũ tale, Hæres meus si Stichum alienauerit, Caio centum dato. Non idem est, si impossibile, probrosum, aut illicitum sit legatum.*

i *Putat Cuiacius legi debere, quid, non quidem.*

dum do, lego, vt negotia k eius nunquam Titius curasset.

k *Cuiac. legit, Cum negotia.*

A legatario legari non potest.

Legarum ei tantùm dari potest l, qui extraneus est. Ideoq; filio familiæ hæredi instituto, vel seruo, neque à patre, neque à domino legari potest.

l *Leg. Legatũ ab eo tantùm dari potest, qui ex sua persona hæres est. Ideòque, &c.*

Hęredi à semetipso legari nõ potest.

Ei qui in potestate, manu, mancipióve est scripti hęredis, sub conditione legari potest: sed requiritur vt quo tempore dies legati cedit, in potestate hæredis non sit.

Ei cuius in potestate, manu, mancipióve est hæres scriptus, legari non m potest.

m *Tollenda est negatio. l. a filio. D. de leg. I.C.*

Sicut singulæ res legari possunt, ita vniuersarum quoq; summa legari potest: vt puta, *Mæuius hæres meus cum Titio hæreditatem meã partitò diuidito* n: quo casu dimidia pars bonorum o legata videtur. Potest autem & alia pars, velut tertia, vel quarta legari: quæ species Partitio appellatur.

n *Cuia. mauult partito. dimidito.*

o *l. Nomen. §. partitionu. de verb. significat.*

Vsusfructus iure ciuili legari potest earum rerum, quarum salua substãtia vtendi fruendi potest esse facultas, & tam singularum rerum, quàm plurium id est, partis p.

p *l. Etiã parte. de vsufr.*

Senatusconsulto q cautum est, vt etiam si earum rerũ quæ in abusu continentur, vt puta vini, olei, tritici, vsusfructus legatus sit, legatario res tradantur cautionibus interpositis de restituendis eis cùm vsusfructus ad legatarium pertinere desierit.

a Huius S. C. fit mẽtio in l. 1. vers. de vsufr. lega.

Ciuitatibus omnibus, quæ sub imperio Prætoriani r sunt, legari potest: idq; à Diuo Nerua introductum, postea à Senatu autore Adriano s diligentius constitutum est.

r Legãtũ populo Rom. l. omnibus. D. ad Treb. s Imò fortassẽ Marcel. l. cum Senatus. de rebus dub. Est. in propriis nominibus facilimus auctorũ lapsus.

Legatũ quod datũ est, adimi potest, vel eodem testamento, vel codicillis testamento confirmatis: dũ tamẽ eodem modo adimatur, quo modo datum est.

Ad hæredem legatarij legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente, legatarius decesserit.

Legatorum quę purè vel in diem certum relicta sunt, dies cedit: antiquo quidem iure, ex mortis testatoris tempore: per legem autẽ Papiam Popeam ex apertis tabulis testamenti: eorum verò quæ sub cõditione relicta sunt, cùm conditio exiterit. Lex Falcidia iubet, non plus quàm dodrantem totius patrimonij legari, vt omni modo quadrans integer apud hæredẽ remaneat,

Lega

Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

De fideicommissis.

TITVLVS XXV.

FIdeicommissum est, quod non ciuilibus verbis [a], sed precatiuè relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

a Directis verbis vt in l. verbis de vulga. subst.

Verba fideicommissorum in vsu ferè sunt hæc, Fideicommitto, peto, volo dari, & similia.

Etiam nutu [b] relinquere fideicommissum in vsu receptum est.

b l. nutu. de lega. 3 Secus tamen est legato iure antiquo.

Fideicõmissum relinquere possunt, q testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt.

Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

Latini Iuliani fideicommissum ca-

pere possunt, licet legatum capere non possint.

Fideicommissum & ante hæredis institutionem, & post mortē hęredis, & codicillis, etiam non confirmatis testamento dari potest, licet legari nō possit.

e l. Fideicommissa in princip. de legat. 2.

Item Græcè [e] fideicommissum scriptum valet, licet legatum Græcè scriptum non valeat.

Filio qui in potestate est, seruóve hęredibus instituitis, seu si his legatum sit patris vel domini fidei cōmitti potest, quamuis ab eo legari non possit. Qui testamento hæres institutus est, codicillis etiam non confirmatis rogari potest, vel vt hæreditatem totam, vel ex parte alij restituat, quamuis ex directo hęres [d] institui, ne quidem confirmatis codicillis possit.

d To confirmatis adire debè, reliqui possunt exceptą hæreditate.

Fideicommissa non per formulam petuntur, vt legata: sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Prætoris qui fideicommissarius vocatur: in prouinciis verò Præsidum prouinciarum.

Pœnę causa certæ vel incertę personę, ne quidem fideicommissa dari possunt.

Is qui rogatus est alij restituere hæreditatem, lege quidem Falcidia locum non

non habente, quoniam non plus, puta quàm dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano [e] senatusconsulto restituit, vt ei & in eum dentur actiones, cui restituta est hæreditas. Lege autē Falcidia interueniente, quoniam plus quàm dodrantem, vel etiam totam hęreditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel [f] deducta parte quarta, ipse qui scriptus est hęres, hęreditatem restituat, & in ipsum actiones conseruentur: is autem qui recipit hæreditatem, legatarij loco habeatur.

e Hæc de Pegasiano & Trebell. fusius explicantur in Instit.

f Cuiac. pro vel legit vt.

Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hæreditate, cōmoda & incōmoda hęreditatis communicantur. Inter hæredem, & eum cui reliquę partes restituteę sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis & pro parte stipulationū. Partis autē & pro parte stipulationes propriè dicūtur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter hęredem & legatariū partiarium, id est, cū quo partitus est hæres.

Si hęres damnosam hęreditatem diu cogetur à Prætore adire & restituere tota, ita vt ei & in eū qui recipit hæreditatē actiones dentur, perinde atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Tacita fides est, si quis non palã rogatus, in fraudẽ legis tacitè promittat, se id quod acceperit, alibi aut ubi roganti redditurũ. l. in fraudem. de his quibus vt indig. l. in tacitu. de legatis. 1.

si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idq; vt ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum est.

Si quis in fraudem tacitam f fideicommissum adcommodauerit, vt non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus censuit, nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat i.

Libertas dari potest per fideicommissum.

i Placiano S. C. l. beneficio. ad leg. Falc.

De legitimis hæredibus.

TITVLVS XXVI.

INtestatorum ingenuorum hæreditates pertinent primùm ad suos hæredes, id est, liberos qui in potestate sunt, cæteros q; qui in liberorum loco sunt. Si sui hæredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ: id enim cautum est lege duodecim Tabularum, ac si intestatus moritur, cui suus hæres nec extabit.

a Hæc sunt perturbata. Legendũ est, Ac si intestatus moritur, cui suus hæres extabit.

Si defunctus b sit filius ex altero filio mortuo: iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hæreditas pertinet, non vt in capita diuidatur, sed vt in stirpes, id est, vt filius solus mediam partem habeat, & nepotes quotquot sunt alterã dimidiam. Æquum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere, quam pater eorum si viueret, habiturus esset.

b Lex. Si defuncti sit filius, & ex altero filio iam mortuo nepos. §. cũ filius. de hared. qua ab intest. defer.

Quãdiu suus hæres c speratur hæres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est: velut si vxor defuncti prægnãs sit, aut filius apud hostes sit.

c Hæc antiquorum definitio est. l. 3. si pars hared. per. l. pe. vnde legit. l. cum quidam. §. 1. de acquir. hared.

Agnatorum hæreditates diuiduntur in capita, veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo pluréſve liberi: quotquot sunt ab vtraque parte personæ, tot sunt portiones, vt singuli singulas capiant.

Si plures d eodẽ gradu sunt agnati, & quidã eorum hæreditatẽ ad se pertinere voluerint, vel antè quàm adierint, decesserint, eorum pars accrescit his qui adierint. Quòd si nemo e eorũ adierit, ad insequentẽ gradum ex lege hæreditas non trãsmittitur: quoniã in legitimis hæreditatibus successio non est.

d l. si ex pluribus. de suis & legit. hæred.

e In suis, in legitimis non est successio. In honorarijs est successio.

Ad fœminas vltra consanguineorũ gradum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima hæres sit.

Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege xij. Tab nõ pertinebat: quis fœminæ suos hæredes non habent. Sed postea Impp. Antonini f & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, vt sine in manu conuentione a matrum legitimę hæreditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis agnatis.

Intestati filij hæreditas ad matrẽ ex lege duodecim Tabularum non pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima hæres sit ex Senatusconsulto Tertulliano h: si tamen ei filio neq; suus hæres sit, quive inter suos i hęredes ad bonorum possessionem à Prętore vocatur: neq; pater ad quem lege hæreditas k, bonorúmve possessio cum re pertinet, neq; frater eõ sanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad vtrasque pertinere iubetur hereditas.

f *l. sacratissimi ad Senatusconsultum Tertyll. quam & Senatusconsultum secutũ est quod dicitur Orfeianum.*

g *Etiam si vulgo quæsiti fuerit liberi.*

h *Quod factũ est D. Pij temporibus.*

i *Vt puta emãcipatus.*

k *Hæreditas bonorũ possessio, vnde legitimi, si in emãcipatione mancipio fuerit.*

l *Ad matrem pro dimidia si filia decesserit, pro virili si filius. l. C Theo. de secund. nupt. Sed hæc vt sint à Iustin. mutata, vide ex Instit.*

De

De libertorum successionibus vel bonis.

TITVLVS XXVII.

Libertorum intestatorum hereditas primùm ad suos hęredes pertinet, deinde ad eos quorũ liberti sunt, velut patronum, patronã, liberósve patroni.

Si sit patronus & alterius patroni filius ad solum patronum hęreditas pertinet.

Item patroni filius patroni nepotibus obstat.

Ad liberos patronorum l hæreditas defuncti pertinet, vt in capita, non in stirpes diuidatur.

Legitimæ hęreditatis m ius quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

l *l. si libertus prateritus. §. vlt. de bon. libert.*

m *Hæc sententia de ingenuorũ hæreditate accipienda est. l. capitis de stat. & legit. hæred. nã libertorũ. l. si libertus prateritus, in princ. a Agendum aut intestati.*

De possessionibus dandis.

TITVLVS XXVIII.

Bonorum possessio datur, aut contra tabulas testamenti, aut aduersus tabulas intestati.

Contra tabulas bonorum possessio datur

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur liberis emancipatis b, testamẽto prꝛeteritis: licet legitima ad eos non pertineat hæreditas.

b Imò & suis. Sed nũ est necessaria iure ciuili.

Bonorum possessio contra tabulas liberis tã naturalibus, quàm adoptiuis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiua familia sunt. Adoptiuis autẽ, his tantùm qui in potestate manserunt.

c Manifestum est legi ebere fratribus. Cauere autem debent, vel re ipsa conferre. d Omissa est bonor. possess. vnde ro. personæ. sed si pater manumissor sit, sanè verũ est septem duntaxat gradus esse. e Inter quos & patroni sunt patronorumque liberi.

Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere patribus c suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos.

Secundùm tabulas bonorum possessio datur scriptis hꝛedibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint.

Etiam si iure ciuili non valeat testamentum, fortè quòd familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit, non minùs quàm septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

Intestati datur bonorũ possessio per septem gradus d. Primo gradu liberi: Secundo legitimi e hæredibus: Tertio proximis cognatis: Quarto familiæ f: Quinto patrono, patronę, liberisve patroni, patronęve: Sexto viro, vxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet, si nemo sit g ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut si quidem ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia h caduca tia.

f i. agnatis patroni, hæc dicitur, tum quem ex familia: sic unim

legit Cuiac. Instit. Iustin.

g Istud est initium alterius sententiæ. h De hac in l. quidam. 9. quæries. de legat. 2.

Liberis bonorũ possessio datur: tam his qui in potestatem vsque in mortis tempus fuerunt, quàm emancipatis, item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis.

Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt, non solũ per fœminini sexus personã cognati, sed etiam agnati capite diminuti. Nã licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

Bonorũ possessio datur parentibus & liberis intra annum, ex quo petere potuerunt: cæteris intra centum dies.

Qui omnes intra id tempus si non petierint, ad bonorum possessionẽ sequẽs gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent, idq; per septem gradus fit.

i Successorium edictum ea dicitur quod det successionem inter bonorũ possessores.

His quibus ex successorio edicto i bonorum possessio datur, hꝛedes quidem

dem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Prætoris. Ideóque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse finguntur. Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re, is qui accepit cũ effectu bona retinet: sine re, quum alius iure ciuili euincere hereditatem possit: veluti si suus & heres intestatò sit. Bonorum possessio sine re est, quum suus heres euincere hereditatem iure legitimo possit.

& Hæc sic distinguat oportet, Si suus heres intestatò sit, bo. possessio sine re est, cũ, &c.

De bonis libertorum.

TITVLVS XXIX.

Cluis Romani [a] liberti hereditatem lex duodecim Tabul. patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideóque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, & suus heres ei sit, quamuis non naturalis, sed vxor puta quæ in manu fuit, vel adoptiuus filius, lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut vt nihil [b], aut minus quàm partem dimidiam bonorum patrono relin-

a In Latino sicus est. §. vl. de succes. lib.

b Vlp. & aut. nihil. §. 1. de succes. liber.

relinquat contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, siue intestatò decedat & vxorem forte in manum vel adoptiuum filium relinquat, æquè partis mediæ [c] bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

c Hæc est quinti gradus bonor. possessio. qua & nullis existentibus suis heredibus patrono datur, si bona possessio. vnde legitimi non admiserit: nam scilicet succedit possessio iampridem recepta est. l. 1. §. sed ait. de succes. edict.

In bonis libertæ patrono nihil iuris ex edicto datur. [d] Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet [e].

d Nam de liberto Prator edixit non liberta, & de suis heredib. quales fœmina non habet.

Licet [f] liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat patrono lex Papia Popea. Posteà libertas quatuor liberorum iure tutela patronorum liberauit, & cùm intulerit, iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit vt pro numero liberorum in his erit superstitum virilis pars patrono deferatur.

Liberi patroni virilis sexus, eadem iura in bonis libertorũ parentum suorum habent, quæ & ipse patronus. Fœ-

e Vide leg. xii. Tab. nihil Prætoris edicto. §. Hæc ita restituenda sunt, nam licet liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, non obstat patrono. Lex Pap. in Popea habent.

f Licet liberi sint libertæ, quoniam

minæ g verò, ex lege quidem xij. Tab. perinde ius habent atque masculi patronorum liberi.

Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis h bonorum possessio eis non competit. Sed si ius trium liberorum habuerunt: etiam hæc iura ex lege Papia Popea nanciscuntur.

Patronæ ex bonis libertorum illud ius tantùm habent, quod lex xij. Tab. introduxit. Sed posteà lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto.

Item liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ, eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit.

.CAII

g Iure antiquo, quo & lindie vtimur, inter liberos patroni nulla est differētia sexus. Prætorio inde plus tribuitur masculis quam fœminis.

h Pro, non naturales.

CAII INSTITVTIONVM LIBER I.

Studiosis iuris.

NOtæ, ad Institutiones tum Imperatorias, tum etiam Vlpiani, hoc enchiridio datæ, tam facilem ad has tertias nomine Caij cuiuscunque accessum fecerunt, vt collatione tantum ad illas, non commentatione alia opus sit. Addemus solum I. Cuiacij, de his iudicium: Censet enim in Præfatione ad Codicem Theodosianum, Epitomen hanc Institutionum esse Caij ab Aniano Alarici Consiliario i confectam, quantum quoque modo sibi temperit vsus exigere videbatur: nec verò diuinem propterea Cuio dignitatem & elegantiam deperisse. Restare inter latores Aniani male coctos adhuc lapillos quosdam, si quis pigretur internoscere, e quibus voluti è culleo fruges, & luculentius si reliquiæ eas adhuc xerit, quæ Pandectis insperse sunt, quæque Iustiniani Institutionibus legantur, quisti mentis ponderis, artificij, Caij Institutiones fuerint, æstimare possit.

Cur annotationes ad Caii Institu. additæ sint.

i Ioan. Tilius Cancellarius vocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De libertatibus seruorum.

TITVLVS I.

Institu. Imp. t. 5. Caual. l. 3. ff. de stat. hom.

AIT Institutionum liber primus dicit omnes homines aut liberos esse aut seruos. Sed ex ipsis qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui nati sunt: Libertinos * qui pro iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum verò ideo non vnus est, quia tria sunt genera libertorum: quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini aut Dediticij. Tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, qui Dediticij, breuiter explanandum est. Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento, aut in Ecclesia *, aut ante Consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Dediticij verò sunt qui post admissa crimina supplicio subditi, & publicè pro criminibus cognita sunt: aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, ne deleri non possint: hij si manumissi fuerint, Dediticij appellãtur. Sed inter hæc tria genera libertorum ideò ciues Romani meliorem statum habent: quia & testamenta facere, & ex testamẽto quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dediticij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. Tamen Latini certis ex beneficiis priuilegia ciuium Romanorum Libertorum consequi possunt: Dediticij verò nulla ratione possunt ad ciuium Rom. Libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia *, aut antè Consulem manumittãtur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia à creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet. Aut si libertus ciuis Rom. filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio nõ valet.

A. qui infra. Caual. l. 4. ff. eod.

** Romani ciues.*

Dediticij.

§. Et Dediticius. 5.

Libertus.

Minor xxv. annis. Prætereà minor quicunque viginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi fortè tantùm minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certè pedagogũ, aut collactaneũ manumittat. Nam quamlibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen seruis non potest in hac ætate conferre.

* *Cuiacius lib. 7. Obseruationum, cap. 15.*

Prisciani. *Priscianum libr. 6. allegat ex fide manuscriptorum, quòd hac in parte Priscianus valdè corruptus sit: Cuiac. inquit, in primo Institutionum*, Adhibitis non minus quinque testibus puberibus, item libripende. *In eodem*, Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, &c. *Quæ cùm non ita sint in Caij Institutionibus, quæ vulgò circumferuntur, apparet interpretationem Arriani ad illas eam esse, non ipsum Caij contextum, quod & argumento manumissionis factæ in Ecclesia, quam manumissionis censu*

Adfiliatio. *factæ substituit Anianus & adfiliatorum appellationis, quæ etiam vtitur in l. 2. C. Theod. de legit. hered. & multis aliis comprobari potest. Hæc Cuiac.* Da

De numero seruorum testamento manumittendorum.

TITVLVS II.

Tit. 7. lib. 2. Instit. CONstitutum est, quantum seruorum numerũ testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine: vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit: qui verò tres, duos testamẽto manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decẽ & septem: similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et ab hoc numero vsque ad triginta, tertiã partem manumittere liceat. Qui amplius quàm triginta habuerit, vsq; ad centũ, quartam partem de numero seruorum manumittere potest. Qui verò plures quàm centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, vt de qualibet grandi familia, nulli amplius, quàm centum testamento manumittere liceat. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, * aut ante Consulem, aut inter amicos aut per epistolam

Numerus seruorum manumittendorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est: vt illis tantùm libertas valeat, qui prius manumissi sunt, vsque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa. Qui verò posteà supra constitutum numerum manumissi leguntur, integrè in seruitute eos * certum est permanere. Quòd si non nominatim serui, vel ancillæ in testaméto manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, vel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestũ est, si agnosci non potest qui prior qui posterior manumissus fuerit. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus quàm per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tẽpore mortis hoc fecerit, hij qui prius manumissi fuerũt, vsque ad numerum superius constitutum, liberi erunt. Qui verò post statutum numerũ manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt: nam si incolumis quoscunq; diuerso tempore manumisit, intet eos qui per testamentum manumissi sunt nullatenus cõputẽtur.

*Dierum

Manumissi in circulo.

De iure personarum.

TITVLVS III.

ALiquæ personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnoscitur quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi tantùm seruos suos domini licentiam non habebunt: nisi fortè seruus dum pro culpæ modo cæditur, casu

Lib. 1. Instit. Imp. tit. 3. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forsitan moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus quibus publici officij potestas
L.1.ff.eod. commissa est, tradendus est, vt pro suo crimine puniatur. In potestate etiam patrum sunt filij, ex legitimo matrimonio procreati.

De Matrimoniis.

TITVLVS IIII.

Lib. 1. Instit. Imp.tit.10.

LEgitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptiis interuenientibus, vel consensu ducat vxorem. Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptē, nec nepoti auiam. Quòd non solùm de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiā de adoptiuis, hoc est adfiliatis iussum est obseruari. Nam etsi per emancipationē adoptio dissoluatur, nuptiæ tamen inter has personas semper constat illicitas. Inter fratrem quoque & sororem, siue eodem patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita

Adoptio emancipatione dissoluta.

unt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licitò contrahuntur. fratris quoque & sororis filiam vxorem ducere non licet: sororem quoque patris ac matris vxores accipere nō licet: genero quoque socerum suam: nec socro nurum vxorē accipere licet, neque vitrico priuignam, neque priuigno nouercā. Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur. Sed nec vni viro duos sorores vxores habere: nec vni mulieri duobus fratribus iungi permittitur. Quòd si quis incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superiùs comprehēsæ, nuptias inierit, nec vxorē habere videtur, nec filios. Nam hi qui ex huiusmodi cōceptione nati fuerint, quamlibet matrē videantur habere, patrē verò nullatenus habere censentur, & tanquam si de adulterio concepti fuerint computantur: qui spurij appellantur, hoc est, sine patre filij. Regula iuris hoc continet, vt qui legitimè concipiunt, tempore conceptionis statum sumant: qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore

Amitini Consobrini.

Regula iuris.

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo nascūtur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiāsi mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitimè conceptus est, ingenuus nascitur. nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur: si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit seruus nascetur: quia non legitimè, sed vulgo conceptus est.

De adoptionibus.

TITVLVS V.

Lib. 1. Instit. Inst. tit. 11. l. 2. ff. de adopt. l. 21. ff. eod.

ADoptio naturæ similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quē non genauerit. Et ipsa adoptio duobus modis fit. vna quæ arrogatio dicitur, altera, quæ adoptio. Arrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideò adrogatio dicitur, quia & ille qui adoptat interrogatur, verum illum quem adoptat filium habere velit: & ille qui adoptatur, interrogatur vtrùm id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrem habēs, ab alio

Caius l. 2. ff. eod.

patre adoptatur: & ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit & in adoptiui patris incipit esse potestate. Nam & fœminæ adoptari possunt, vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur: fœminæ verò adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent, Spadones autem qui generare non possunt, adoptare possunt. Licet filios generare non possint, quos adoptauerunt filios habere possunt. Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solùm ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filij eius, si tamē auum paternum non habuerint, adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

Fœmina.

Spadones.

Quibus modis filij exeunt de potestate patris.

TITVLVS VI.

Lib. 1. Inst. Inst. tit. 12.

FIlij q in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitum erunt filij potestate. Nā si pater moriatur & auus paternus viuat,

viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: qa in aui remanet potestate: qui auo mortuo sui iuris efficitur. Itẽ si moriatur pater, & relinquat filiũ emãcipatũ, & ex eodẽ filio emancipato nepotes, tũc nepotes liberi & sui iuris erũt & in patris emancipati potestatẽ nõ veniunt. *Exilium.* Itẽ de potestate patris exeunt filij, si pater eorũ in exilium missus fuerit: quia non potest filiũ ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Item filius si viuo patre in exilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse non potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminij omnem, sicuti in alijs rebus, ita & in filios recipit potestatẽ. Si verò pater qui ab hostib⁹ captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est filij sui iuris effecti intelliguntur. *Emancipatio.* Item per emancipationẽ filij sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit & sui iuris efficitur. *Mancipatio.* Mancipatio autem, hoc est manus traditio, quædam simili

similitudo venditionis est: quia & in emancipationibus præter illum, hoc est certum patrem, alius pater adhibetur qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri emãcipat, hoc est manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos, quasi in similitudinẽ pretij accipit, & iterũ eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundò & tertiò fit, & sic de patris potestate exit. *Ritus mancipationis.* Quæ tamen emãcipatio solebat ante Præsidem fieri, modò ante Curiam facienda est, vbi quinque testes ciues Romani in præsenti erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est statera tenens, & qui antestatus appellatur, alij duo vt septem testium numerus impleatur: tamen cùm tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre remancipetur, & à naturali patre manumittatur: vt si filius ille mortuus fuerit, ci in hæreditate naturalis pater non fiduciarius succedat. Fœminæ, vel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de potestate vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi quamlibet *Antestatus.*

vna

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remancipatio.

vna mancipatione de patris vel aui testate exeant, nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumissi. succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt. nam si remancipatum sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit. Quòd si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc etiam pro iuris ordine licere manifestum est. Quòd non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potest.

De tutelis.

TITVLVS VII.

Instit. Iust. lib. 1. tit. 13. Cuius l. 7. ff. de legitur.

TVtores aut legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexu propinquitate coniunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. Testa

Testamentarij sunt, quos patres aut aui paterni in testamento suo tutores, filijs aut nepotibus delegauerint. Quòd si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur. *Testamentarij.*

De curationibus.

TITVLVS VIII.

Instit. Iust. lib. 1. tit. 23.

PEractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores, insani. Hi qui minores sunt vsque ad viginti & quinque annos cõpletos sub curatore sunt. Qui verò euersores, aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt. *Euersores & insani.*

*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAII INSTITVTIONVM

LIBER II.

De rebus.

TITVLVS I.

Caius l. 1. D. de rer. diuis.

CAius superiori commentario de iure personarum aliquà disputauit. Nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat. Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, id est, templa Dei, vel ea patrimonia ac substantiæ, quæ ad Ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quæ Antiqui sancta appellauerunt, pro eo quòd exinde tolli aliquid aut contingi non liceret: sed hæc omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ antequàm aliquis hæres existat, id est, quando dubitatur, vtrùm scriptus, an legitimus

mus hæres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur. Præterea quædam res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, & his similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hæreditas, & obligationes diuersis contractibus scriptæ. Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuersos cõtractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hæreditatis vel emptionis, aliorumq; contractuum incorporale est. Incorporalia etiã sunt iura prædiorum vrbanorum vel rusticorum. Prædiorum vrbanorum iura sũt stillicidia, fenestræ, cloacæ altius erigendæ domus, aut non erigendæ, & luminum: vt ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorũ verò rusticorum iura sunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debẽt ambulare, vel ad aquã duci, & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. * Hæc iura tamen rusticorum prædiorum Seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedant: Vt si quis in solo nostro

Corporales res.

Incorporales.

Incorporalia iura.

* ff. Et iura tam rusticorum quam vrbanorum prædiorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine nostro permissu domũ ædificauerit, ad eum cuius terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quaseũq; posuerit, similiter superficies solo cedat. * Vel si messem in cãpo seminauerit, omnia hæc quæ in terram alienam iactãtur, domino terræ acquirũtur. Quod & de chartis & pergamenis si in alienis scribat, licet aureis vel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamenum fuerit. Quòd & de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturã fecerit, obseruatur: quia statutũ est, vt tabulæ pictura cedat. Quòd si quis ex vuis meis vinum aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vt oleum est, cuius spicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauẽ aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinẽs, fecerit, simili ratione eius erũt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, si ex lana vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse probabitur. Sed in his omnibus superius comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit aut

* *Vide supra superficium solo cedat. Caius in hac quæstione speciem facit ex aliena materia. Sabinus aut videtur spectare materiam nõ formam. Cum tamen Iustiniano placuit quicquid semente aut re talerit, Iustin. de rer. diuis. §. Quum ex alieno. Caius in l. Qua ratione. 9. ff. de acq. rer. dom. dã. Caius. id nor. Iust.*

aut ædificauerit, aut horum quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis q aliena præsumpserunt hoc competit, vt expensas vel impendia, quæ in his fecerint, à dominis qui rem factã vindicant, recipere possint. Acquiritur autem nobis non solum per nosmetipsos, sed & per eos qui in potestate nostra sunt, sicut filij vel serui: quia quicquid his à qualibet persona donatum vel venditum fuerit, aut hæredes fuerint instituti, id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: præter eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Hi verò serui qui in vsufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantùm vsufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hæreditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non vsufructuario acquiritur.

Caius l. 10. de acqu. rer. do.

De testamentis.

TITVLVS II.

PEr vniuersitatem, hoc est, omnia simul bona acquirimus hæreditate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

emptione, adoptione: quia is quę adoptauerimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit. Id quoque statutum est, quòd non omnibus liceat facere testamentum. Sicut ij sunt, qui sui iuris non sunt & alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filij tũ ex nobis nati, quam adoptiui. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores xiiij. annorum, aut puellæ xij. Item & ij qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed ij qui insani sunt, si interualla ipsius insanię habent, per interualla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

Caius l. 4. Qui testamenta. poss.

De exhæredatione liberorum.

TITVLVS III.

Caius l. 13. ff. de iniust. rupt.

IS qui filiũ in potestate habet, curam agere debet, vt testamentũ faciens, masculum filium aut nominatim hęredẽ instituat, aut nominatim exhæreder. Nã si masculũ filium in testamento prætererierit, non valebit testamẽtum: si verò filiam prætererierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos, legitimo stãte testamento suam sicut alij fratres consequitur portionem,

tionem. Si verò testamento extranei hęredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hęreditatis acquirit. Nã si facto testamento, in quo filius masculus prętermissus est, euenerit, vt viuente adhuc patre filius qui prętermissus est moriatur, sic quoque, quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamẽtum quod factũ est non valebit. Posthumorũ duo genera sunt: quia Posthumi appellantur hi, qui post patris mortem de vxore nati fuerint: & illi qui post testamentũ factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentũ facit, in ipso testamẽto cõprehenderit: *Quicumque filius aut filia mihi natus natáve fuerit hæres mihi sit*: aut certè dicat, *hæres sit* valere eius non potest testamentũ quia sicut superius iam dictũ est, legitimè concepti pro natis habeantur. Nisi quòd melior conditio est posthumę quàm natę: quia nata, si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum, posthuma verò, sicut masculus, testamentum rumpit. Si quis post factum testamentum adoptauerit apud populũ illum qui sui iuris est, hoc est, qui patrẽ non habet, aut apud Prætorem illum adoptauerit. qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit,

Praeteritio.

Posthumorum duo genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita eius rumpitur testamentum: posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id quod iure factum antè fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento, hęres scriptus, aut ante adi tionem hæreditatis moriatur, aut viuo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua hęres institutus est, impleta non fuerit, is qui testamentum fecit intestatus mori videtur: quia testamentum quod prius fecerat, testamẽto posteriore rescissum est, & quod posterius factum est, his rebus quas diximus, infirmatur. Alio quoque modo testamẽta iure facta infirmantur, si aliquis post factũ testamentũ capite minuatur: id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exiliũ deputetur. Similiter & si qs adoptatus fuerit, testamentũ quod antequã adoptaretur fecerat, nõ valebit. Hæredes autẽ sui sunt, aut necessarii, aut extranei. Sui hęredes appellãtur, filij aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate auus vel pater habet. Necessarii sunt hæredes serui qui cũ libertate hæredes instituuntur. Necessarij ideò, quia aut velint aut nolint, necesse est eis hæredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxij, & putãt se non tantum

Capitis minutio.

Heredes sui.

Necessarii.

tantum in substantia, quantum in debitis relinquere: ipsi seruos suos manumittunt, & hæredes necessarios faciũt, vt quo magis hæres quàm dominus in famiã incurrat, cùm res eius, id est, hæreditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit hæredes.

Extranei.

De substitutionibus & de faciendis secundis tabulis.

TITVLVS IIII.

SVbstitutio est, quæ post institutionem à testatore fieri solet, id est, secundi hæredis appellatio. Et duæ sunt, quarũ vna vulgaris dicitur, alia pupillaris. vulgaris dicitur, *Ille hæres mihi esto*: siue hoc filio, siue extraneo. Quod si hęreditatem meam adire noluerit, *illum substituo ad quẽ hereditas mea debeat pertine*

Inst. Imp. li. 2. cap. 15.

Vulgaris.

Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus dari potest, quę ita fit: *Ille filius meus, si intra pubertatẽ decesserit, illum ei substituo.* Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, vt ad notitiã substituti peruenire non possit, ne

Pupillaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur. Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, vt pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua hæres scriptus est, reseratur. Hoc etiã * & de donis fieri potest. Nam si extraneus hæres scriptus sit, & si aliquem substituere non possumus, vt si hæres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei hæres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, vt alij, rogatus à testatore, hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

* *Eodē, eiſdem pagin.*

De legatis.

TITTLVS V.

Instit. Iust. lib. 2. tit. 20. Vendicationis legatum.

LEgatorum genera sunt quatuor, vendicationis, dãnationis, sinendi modo, & præceptionis. Vendicationis legatũ est, si testator sic locutus fuerit: *Illum seruum tibi do, aut lego*: Vel, *illam rem tibi præsume, habe, vẽdica*. Quod post mortem testatoris statim legatarius non expectato hærede, sibi præsumit. Quã præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab hærede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit quæ legata est, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si per vendicationem vna res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singuli de re legata capiant portiones.

Damnationis.

Per damnationem isto ordine legatum dimittitur, vt testator in testamento scribat: *Tu hæres meus illi hoc da*: aut, *illud illi ad hæredem meum dari iubeo*. In quo genere legati, etiã alienæ res per legatum dimitti possunt. Et necesse est hæredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni est, & legatario tradere, aut si is cuius est res vendere noluerit, quanti res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab hærede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretio legatario dari. Cæterum inter damnationis legatum & vẽdicationis hoc interest, quod per vendicationem res aliena relinqui non potest: per damnationem eo pacto,

Differentia legati damnationis, & vendicationis.

pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res, quę in rerum natura non sunt, per damnationē legato dimitti possunt, velut si ita testator in testamento scribat, *Fructus qui ex illa ancilla nati fuerint, aut id quod ex illa ancilla natū fuerit.* quod in legato vendicationis fieri non potest: quia nō potest hæres legatarius testatore mortuo continuò vēdicare. Inter legatū vendicationis & damnationis ista similitudo est, quòd per legatū vendicationis, siue damnationis, ii coniunctim, id est, duobus aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit, i vtroque legato simul ab omnibus præsumatur. Inter legatum vendicationis, & damnationis ista distantia est, vt si disiunctim, id est singulis quæcūque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur: id est vt vnus rem ipsam accipiat, alij æstimationem rei ipsius in pretio ab hærede percipiat. Sinendi modo hæc legari verba sunt, *Ille hæres meus rem illam illius permitte præsumere, & sibi habere.* Nam & propriam rem testator & hæredes sui, & [alienam*] per sinendi legatum relinquere potest. In quo legato non quidem hæres legatario rem quæ relicta

Similitudo.

Distantia.

Legatū. Sinendi modo.

* Quia censetur perperam adiici.

relicta est iubetur tradere, sed vendicanti legatario non permittitur prohibere. Præceptionis verò legatum non nisi vni ex hæredibus dari potest, vt aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur, & si aut coniunctim, id est multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus vna res tantùm quæ nominata est debetur, non vni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

Præceptionis legatum.

De lege Falcidia.

TITVLVS VI.

Lege Falcidia constitutum est: quicunque hęres fuerit institutus, quartam partem totius hæreditatis habeat. Quòd si testator hæreditatem suam legatis exinanierit, hoc statutū est, vt Falcidiā sibi de imminutione legatorū hę res retineat, cōstāte nihilominus testamento. Hic de Pauli sententiis addendū.

Inst. Imp. lib. 2. tit. 22.

De fideicommissis.

TITVLVS VII.

Potest aliquis recto iure hęredē instituere: & rogare eū, vt hæreditatem

Inst. Imp. lib. 2. tit. 23.

tem suam aut omnem, aut ex parte alij per fideicommissum reddat. Nam si hæredem directo iure nō instituerit, fideicōmissarius non potest ad alium accepram hæreditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruādū est, quod de Falcidia suprà iam dictū est, vt hæres institutus etiam si omnem hæreditatem alij restituere * iussus sit, ita hereditate alij restituat, vt quartā sibi ex ipsa hæreditate retineat. Et singulæ quæcunq; res per fideicōmissum dimitti possunt, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mācipiū, aut argentū. Ab ipso fideicōmissario alteri fideicommissum dimitti potest. Et à legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicōmissum potest. Et non solū propriæ res à testatore per fideicōmissum dimitti possunt, sed etiam ipsius hæredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius cui per testamētum parū dimissum est, plus alij per fideicommissum, quàm ipsi quod consequitur reddere iubeatur. Cū autē aliena res per fideicōmissum relinquitur, necesse est hæredi, vel legatario, rem illam quæ per fideicōmissum est relicta, aut redimere, & fideicōmissario dare, aut pretium eiusdem rei quan-

* Scriptum.

Aliena res.

tam æstimata fuerit, fideicomissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam seruis per fideicōmissum dari possunt, vt hæres vel legatarius ea mācipia manumittant, quę testator ab ijs vt manumitterēt, sperauit. Nec interest, vtrùm hoc testator de suis seruis, an de ipsius hæredis vel legatarij, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur hæres emere ipsum seruum, & manumittere. Sed si illū dominus suus noluerit vendere, perit per fideicōmissum data libertas: quia in hac re hæres æstimationē in pretio dare nō cogitur: sed cùm p fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit nō testatoris, sed hæredis libertus est. Præterea inter fideicommissa & legata sunt quædam distantiæ. Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, hærede mortuo poterit peruenire, si talis fuerit conditio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest. Item, legatum per codicillū relictū nō valet, nisi codicilli testamento fuerint cōfirmati: fideicōmissum verò etiam si testamento cōdicilli non fuerint cōfirmati, nihilominus debetur. Itē, per legatarium

Libertates.

Fideicommissa quid a Legatis differant.

tarium legatū alteri relinqui non potest,sed fideicōmissum potest. Item, per legatū seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest.Itē per codicillos nemo hæres instituī potest,quamuis testamento confirmati sint: sed is qui testamento hæres fuerit institutus potest per condicillum rogari:vt hæreditatē, quæ ei data est, alij totam, vel pro parte restituat. quod validum est,etiam si codicilli testamento non fuerint confirmati. Item quamuis nō possimus post mortē eius quem hæredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicōmissum rogare eū possumus,vt cùm moriatur, alij eam hæreditatē vel totam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est etiam post mortē hæredis fideicommissum ei cui relictū est, dari potest:quod hoc ordine fit, vt testator scribat: *Illum heredem instituo, & rogo, vt cum mortuus fuerit, ad illum hæreditas mea pertineat.* Præterea & in hoc alia fideicommissorū& legatorum conditio est: quia fideicōmissa,si tardius quam scriptū est,soluta fuerint, vsuræ & fructus debentur:legatorum verò vsuræ non debentur,sed ex mora solutionis, si per

Fideicom. ex testa.

per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

De intestatorum * hereditatibus.

* *Al. hereditibus.*

TITVLVS VIII.

INtestatorum hereditates primùm ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes appellantur, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes,sui vocantur.Naturales sunt hæ personæ, ac adoptiuæ. Adoptiuorum enim comparatione legitimi,naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio auo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte aut emāncipatione discesserit:nam si eo tempore,quo aliquis moritur,filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui heredes auo esse non possunt. Similiter posthumi, qui si viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt. Si quando aliquis moritur,& reliquerit filium, aut filiam,& ex alio filio mortuo nepotes, neptésve, filij vel nepotes ex filio

Instit. Impē. lib. 3. titul. 1. Sui hered.

Naturales. Adoptiui.

Posthumi.

defuncto: patri vel auo, hac ratione succedunt, vt filius vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. Quia regulariter constitutum est, vt inter suos proximior longiore gradu positos non excludat, & non in capita, sed in stirpes diuidatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex vno filio vnum, vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita hereditas diuidatur, hoc modo vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant & illi quatuor ex alio filio aliã medietatem: hoc est, vt tales accipiant portiones quales patres eorum si vixissent, habituri erãt. Si defuerint heredes sui, tũc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilẽ sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de vno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis matribus nascãtur, qui vno patre geniti sunt. Itẽ patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est: ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui

Nepotes.

Agnati.

Patruus.

qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati, sicut suprà diximus per virilem sexũ propinquitate cõiuncti. Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatẽ propinqui intestati dat, sed iis qui defuncto mortis suæ tempore proximiores inueniuntur. In fœminis verò alia conditio est: quia inter fœminas sola tantùm soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto, ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitæ, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt. Regulariter cõstitutum est, vt inter agnatos proximior posteriorem excludat, & inter eos non in stirpem, sed in capita, ab intestato diuidatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, vt proximior posteriorem non excludat, & semper hereditas in stirpem non in capita diuidatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios,

In fœminis alia conditio.

Proximior posteriorem excludit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

germanus frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filij non succedũt. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, ex vno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos: omnes quidem fratrum filij patruo suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed in capita: ita vt illi duo ex vna parte duas accipiãt portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filij in auunculi hereditate succedunt. Nam & hoc regulare est, vt cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando agnati defuerint.

Successio in capita.

Cognati.

De obligationibus.

TITVLVS IX.

Instit. Impe. lib.3.tit.14.

OBligatio in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quæ singula hoc ordine dicuntur. Aut enim re * contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu. Re * contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dãtur quæ in his rebus cõtingunt, quæ pondere, numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vt frumentum detur vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo, ad hoc damus vt eorum fiãt qui ea accipiunt: & ad nos statuto tempore, non ipsæ res, sed aliæ eius naturæ, quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeri, vel mensuræ reddantur.

* *Ere.*

Quæ pondere numero, mensura cõtinentur.

Mutuum.

Propter quod Mutuum appellatũ est, quasi à me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret. Verbis contrahitur obligatio, ex interrogatione dãtis, & respõsione accipientis, ita vt si ille qui dat, interroget: *Hoc mihi dabis?* qui accipiet, respõdeat: *Dabo.* Aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor accedat, ille qui * personã fideiussoris tradit, interroget: *Istum fide tua esse iubes?* & ille respondeat: *Fide mea esse iubeo.* hac conditione non solùm ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit, obligantur. Et non solùm fideiussor ipse dum viuit, sed & heredes ipsius, si ille decesserit, tenentur obnoxij. Creditor au-

* *Cui persona fideiussoris traditur.*

Creditoris eiusdem.

* *Ere.*

tem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam quem velit tenere, vtrùm ipsum debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorē tenere elegerit, fideiussorem absoluit. Si verò fideiussorem tenuerit, debitorem absoluit. Quia vno electo, quem idoneū creditor indicat, alterum liberat. Sunt & aliæ obligationes, quæ nulla præcedente interrogatione cōtrahi possunt, id est, vt si mulier siue sponso vxor futura siue iam marito dotē dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri potest. Et nō solùm in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat sponso creditricis, ipse debitor in dotem dixerit. Hæ tantùm tres personæ, nulla interrogatione præcedente, possunt dictione dotis legitimè obligari. Aliæ verò personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent: id est, vt & interrogatæ respondeant, & stipulatæ promittant.

Obligationes nulla præcedente interrogatione.

Item & alio casu, vno loquēte, & sine interrogatione alio prōmittente, contrahitur obligatio: id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Exponendum hic quid sit donum, aut munus, vel operæ: in qua re supradicti liberti non tam verborum solennitate, quàm iusiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

Obligationes loquente & sine interrogatione alio promit.

Præterea inutilis est promissio, etiāsi stipulatione interueniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est: hoc est, si aut ingenuum hominem quasi seruum se daturum promittat. Aut si mortuum aliquis, quem viuum credebat, promiserit. Aut locum sacrum, aut sanctum, aut religiosum daturum se quicunque promiserit. Præterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quæ impleri pro rei difficultate non possit.

Inutiles promissiones.

Præterea inutilis est interrogatio & promissio, si ita aliquis interroget debitorem: *Post mortem meam vel tuam illud dari spondes?* Quod propterea inutile visum est, quia à persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideò nec heredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius. Item inuti-

Inutilis interrogatio & promissio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis est obligatio si dicat creditor, *Pridie quàm moriar, dare spondes?* Vel interroget debitorem, *Pridie quàm moriaris?* Similiter & hæc stipulatio inutilis iudicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie quàm aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit. Item si purè interroget creditor, & debitor sub conditione promittat. Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinque promittat: hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur. Siquis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, vt pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri se caueat redditurum. Neque potest ei, cui pro nostro debito cauet, de cauto & non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, cùm id quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurum.

Instit. Impe. Lib.3.tit.22.

Literarum obligatio.

Literis obligatio fit, aut à re in personam, aut à persona in personam. A re in personã, velut si id quod ex emptione aut cõductione aut societate debes, alij reddas. A persona in personam, velut, si id quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, vt reddere debeat. Consensu fiunt obligationes, ex emptionibus

ptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus & mandatis. Quia in eiusmodi rebus consensus magis quàm scriptura aliqua aut solennitas quæritur.

Caius lib.2. de oblig. & act.

In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

Inter absentes obligatio.

Emptio & venditio.

Emptio igitur & venditio contrahitur, cùm de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etamsi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretij aut arrha data fuerit.

Locatio & conductio.

Locatio & conductio simili ratione cõsistunt, vt cõsensu, etiã verbo definitio inter cõsentiẽtes firma permaneat.

Societas.

Societatem inire possumus, aut omnium bonorũ, aut vnius alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamẽ hoc inter socios cõuenit: vt vnus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam verbo inita valet, ita vt quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit adquisitum, sociis commune sit. Permanet autem inita societas, quandiu in ipso consensu socij perseuerant: quia sicut consensu contrahitur, etiã dissensu soluitur. Dissoluitur ergo societas

Instit. Impe. lib.3.tit.26.

aut morte vnius socij, aut contraria voluntate aut capitis diminutione, id est, si vnus ex sociis sicut frequenter suprà diximus, capite fuerit deminutus.

Mandatum. Similiter & mandari verbo potest. Et cùm verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare dummodo honestum aliquid agi mandemus. Nam si contra mores bonos aliquid mandare voluerimus: hoc est, si cuicunq; mandemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non cõtrahitur. Soluitur autem mandatum aut morte, cui mandatum est, aut contraria illius voluntate qui mãdauit. Sed is cui mandatur, mãdati formam egredi non potest. Aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præiudicet mandatori.

Solutio mandati.

Quibus modis obligatio tollatur.

TITVLVS X.

Tollit. Impe. lib.3.tit.30. TOllitur obligatio solutiõe debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio

gatio, etiam si aliud quàm cautum fuerat à debitore creditori reddatur. Nam si quicunque pro pecunia quam creditori cauit acquiescente creditore, aurũ, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaslibet species, habita æstimatione consentiente creditore dederit, obligatio euidenter tollitur.

Obligationes ex delicto. Quia de obligationibus, quæ ex contractu nascuntur, diximus, supereſt vt de his obligationibus quæ ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. Ex delicto nascuntur obligationes, si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarum omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio. Furtorum autem sunt genera quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, & obligati.

Manifestum furtum. Manifestum furtum dicitur, si quando fur cuiuscunque rem tollit, in ipso furto deprehenditur.

Non manifestum. Nec manifestum furtum appellatur quod quamlibet dum fieret, inuentum non est, tamen furtum factum fuisse probatur.

Conceptio. Cõceptum furtum dicitur, cùm apud aliquẽ alterum res furtiua inueniatur.

Obla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oblatum.

Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua alicui ita à fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit. Præterea, qui rem alienam inuito aut nesciente domino contingit, vel tollere, aut de loco mouere præsumit, furtum facit.

Qui aliter quàm accipit.

Et si quis rem vtendam acceperit, aut commodatam apud se habuerit, & aliter ea vsus fuerit quàm accepit, furti actione tenetur. Præterea, si quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eum quinque millibus duceret, si id decem millibus, aut longiùs quàm cum illo qui dedit fuerit constitutum* duxerit, furti reus erit.

** aliàs adegerit.*

Et multa præterea* quorumcunque similia sunt: secundum quæ & ille furti tenetur, qui vt ferret opem, aut consilium aut studium commodarit: velut si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, vt alij eam rapere possent.

** quæ horum.*

Auxilium, Consilium, aut studium.

*

QVÆ

QVÆ IN HOC EN-
CHIRIDIOLO
continentur.

Prima administratio vrbis Rom. VII. Reges Romani 452 i.
Prima mutatio: 453 i.
Consules, Senatusconsulta.
Secunda mutatio: ibidem ii.
Dictator, Magister equitum.
Tertia mutatio: ibid. iii.
Tribuni pl. Plebiscita. 354
Quarta mutatio: ibidem iiii.
Decem-viri, Decem Tabulæ, Duæ additæ.
Præstantia leg. XII. Tabularum. 455
Earum diuisio tripartita. 456
De Iure Sacrorum ex leg. XII. Tab. 457 i.
De Iure publico legis XII. Tab. 466 ii.
De Iure priuato leg. XII. Tab. 476
Dominitij Vlpiani XXIX. TIT. VI. 535 iii.

PROG

Ad quantam molem excreuerit ius ciuile.

IVS Ciuile tandem in eam molem excreuit, vt sua magnitudine laborare inceperit, vixque se sustinere potuerit. Constabat lex xij Tabularum, Plebiscitis, senatusconsultis, Prætorum edictis, Prudentum responsis & libris, Principum Constitutionibus ac Rescriptis. Quibus omnibus legendis cum ipsa hominis vita vix sufficeret, Iustinianus huic difficultati remedium positurus de iure in artem redigendo cogitauit. Quod & olim Pompeius Magnus, & Iulius Cæs. vterque nisi bellis impeditus fuissent fortasse præstitissent. *Anno à Christo 522.* Anno igitur imperij 2. priorem codicem ex tribus codicibus, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, colligi mandauit. His autem tres Codices continebant Imperatorum Constitutiones: & eorum maximè qui ab Adriano & Antonino Pio vsque ad Iustiniani ætatem, summam gubernationis tenuerunt. *Anno Christi 530.* Anno verò imperij 4. Pandectas colligi mandauit: nec non Institutiones quæ totius iuris præcipua & summa capita continerent, conscribi iussit. Addidit rationem decendi, discendique iura, Professores constituit, duos Constantinopoli, duos Beryti, quatuor Romæ, qui ius profiterentur.

Qui

Quia verò temporibus Iustiniani Italia misere à Gothis, Hunis & Vandalis afflicta est, ex eis motibus omnia studia suppressa sunt. Iuris autem professio præ cæteris disciplinis cessauit omnino & obmutuit. Voluerunt enim Barbari vna cum imperij Romani amplitudine & nomine, Leges Romanas delere suasque interim supplantare ac ingerere. Postquam igitur ad quingentos fere annos Iuris professio in Italia destituisset singulari Dei consilio iterum renouata ac in lucem prodita est. Primúsque Irnerius libros Iuris ciuilis è bibliotheca eduxit: neque in Scholis deinde proponerentur, Lotharius Saxonum author fuit & suasor. Ipse Iuris professionem Bononiæ inchoauit. Creuit studium hoc eo facilius, quòd res nouæ animos hominum ad se libentius pertrahunt, allicióque. Prodierunt itaque ex schola Irnerij viri docti, qui Iuris professionem in Italia conseruarunt, & in Galliam trãsplantarũt. Placentinus Rofredus, Ioannes Bassus & alij. Quos subsequuti sunt plerique doctissimi iuris peritissimique viri, qui in Italia, Hispania, Gallia, Germania, docendo & respondendo claruerunt, ita vt tot clarissimorum virorum commentariis nemini adaucta, propria sua mole denuò laborare inceperit.

Irnerius.

Lothar.

Placentinus. &c.

Superioribus illis successerunt alij, posteriores nostris temporibus, qui legum textibus cum fontibus restitutis Iurisprudentiam ornarunt. Ac

vt

Alciatus &c.

vt nihil hic de *Alciato*, *Zasio*, *Budæo*, *Mudæo*, aliisque clarissimis I.C. dicam: quis nescit quantis splendoris attulerint atque etiamnum adferant Iuri Ciuili, *Cuiacius*, *Hotomanus*, *VVesembecius*, *Mynsingerus*, aliique tum in

Cuiacius &c.

Gallia tum in Belgio, qui ipsum Ius nostrum sublatis tot maculis, nauis, mendisque ad nouam quandam venustatem adducunt?

Præfat. in Institutiones Theoph.

Quanquam autem post tot secula (vt merito conqueritur *Viglius*) mutatis tot rebus, tot veterum abolitis consuetudinibus & nouis quotidie irrepentibus (vt plerunque & iam municipiorum institutis moribusque Iuri Ciuili præualeant & responsis magis Doctorum, quam certa aliqua lege controuersiæ diffiniantur) adeo sit prope, legum corpus innouare: attamen si rectè atque ordine studia instituerentur, si diligenter perscrutati fuerimus si quæ forte ex

Veterum codicum collatio.

Veterum librorum & Commentatorum fides restitui queant. Multa enim adhuc latent & Interpretum controuersiis inuoluta sunt, quæ tamen ex emendatis codicibus, vel ex antiquis disciplinæ Iuris monumentis, dissolui poterunt.

Laus Christo Opt. Max.

TITVLI TRACTATVS Q. IVRIS. STVDIO IN PRIMIS NECESSARIJ.

DE ORIGINE IVRIS: ET OMNIVM MAGISTRATVVM & Successione Prudentium:

DE VERBORVM SIGNIFI. ET DE DIVERSIS REGVLIS Iuris antiqui:

Annotationibus delectis illustrati.

Dispositionem atque interpretationem Tit. tractationúmque Pandect. & quid insuper additum sit sequens pagina demonstrat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legalis studij ratio ex C. Cantiuncula I.C.

Loci com. aliquot seu sedes materiarum à Doctoribus plenius tractatarum.

Tit. de Origine Iuris, &c.

Titulis, de verborum significatione, & de regulis Iuris, subiecta est sua cuique Declaratio per modum dispositionis, ac indicis Verborum ac Rerum ex D. Vvesemb. I.C.

Regulæ & præcepta nonnulla ex corpore Iuris sparsim desumpta, ordine alphabetico.

Series ac dispositio septem Partium, titulorúmque omnium, qui ordine in libris Pandectarum explicantur, ex D. Cuiacij & D. Vvesembecij scriptis.

Codicis Iustiniani quæ titulorum continuatio ac series dari possit ex iudicio D. I. Hoperi I.C.

Quæ in cuiusque Tituli, Legúmque explicatione obseruanda ex M. G. I. C.

Ex doctoribus iuris Ciuilis paucos & idoneos eligendos.

STV

STVDII LEGALIS RATIO EX C. CANtiunc. I. C.

HAEC sit prima ratio, vt iuri Ciuili daturus operam ne (quod dicitur) impingat in limine, primum omnium numinis diuini auxilium precetur, & in illius gloriam, suarum studiorum finem, seu ad scopum referat. Debent siquidem humanæ leges ab hoc archetypo peti, & illarum scintillæ ab eo lumine sumi; quamuis aliter reluceat eternæ veritatis fulgor in leui terséque speculo, aliter in ferro, aliter in limpidissimo fonte, aliter, in aqua sub turbida. *Inuocatio Numinis.*

Ne horum Auctorum bonam partem cuiquam esse futuro Iurisconsulto, non ofcitanter ab ijs dictum est, qui Ciuilem scientiam, orbem quendam doctrinarum (quæ Encyclopedia dicitur) exposcere putant. Neque id absurde. Nã ciuilis prudentia, quamuis (post sacratissimam & verã Theologiam) ars quædam sit princeps & architectonica: non aliter tamẽ quã suis comitata prodisse quis, Encyclopediam illã cõsecutata dici posset. Quare iuuentus, imò omnis *Doctrinarum encyclopedia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

atas(neque enim rectæ voluntati seruit est tempus vllum)totis mentibus huc tendat, in hoc elaboret,quò doctum illum scientiæ Ciuilis ex multis disciplinis consertum,nanciscivaleat.

Neque tamen exactam adeò omnium disciplinarum notitiam à perfecto Iuris professore petimus: satis est eum esse eius, de qua sermo fuerit,non insciam.

Ancillantes artes.

Nam quod illas, velutiancillantes artes attinet, quæ Ciuilis prudentia sibi suffectas habet,queri solet an eodem tempore percipi valeant? Negant enim quidam, quia confunditur animus ac fatigetur, tot disciplinis in diuersum tendentibus,ad quas nec mens nec corpus nec dies sufficiat. Sed cur etiam non negant posse agricolas arua simul & vineta, & oleas & arbusta colere,pratis,& pecoribus,& hortis, & aluearibus, curam accommodare? Cur,pari argumento,non refragantur. Si quis dicat se aliquid forensibus negotijs, aliquid de sideribus amicorum,aliquid rationibus domesticis,aliquid curæ corporis, nonnihil voluptatibus quotidie dare? quarum tamen nos vna res quælibet,nihil intermittentes,fatigaret.C.C.

Comparatio apta.

Varian in fatigant.

Sequuntur loci aliquot,seu sedes in quibus materiæ à doctoribus Iuris pleniore stilo & solenni,vt inquiunt apparatu communiter pertractantur.

SEDES

SEDES MATERIARVM, APVD DOCTORES IVRIS.

A

Abbatiarum materia tractatur in l. inter minores de in integ. restit.

Actionum vtilium sedes in l. 1. de actio. & oblig.

Actionis negatoriæ & confessoriæ in l. si prima de ope. no. nuntia.

Alienationis prohibitæ in l. filius fam. § diui. de leg.

Alimentorum in l. Mela de ali. & cibaria lega.

Arbitrorum & arbitratorum in l. si quis arbitratu de stipul seu verb. oblig. & in l. societatem §. arbitrorum. pro soci.

Arbitrariarum actionum in l. in actionibus. de in litem iuran.

Argumentorum in l. conuenticulam. C. de epi & cleri.

Argumenti à contrario sensu in l. 1. de effic. etus, &c.

B

Bruiloquæ seu reciprocæ substitutionis in l. Lucius. de vulga. & pupill. sub.

Beneficiorum principia in l. fi. de consti. prin.

C

Calculationis seu computationis in l. instar. C. de in. fisci. lib. 10.

Cessionis in l. Modestinus. de solut.
Citationis, in l. de vnoquoque de re iudic.
Clausula codicillaris, in l. 3. de iur. codici. & in auth. de causa, in fi. C. de lib. preter.
Clausulæ derogatoriæ, in l si quis in princip. de lega. 3.
Collationum, in auth. ex testamento. & in l. si eum incipiat. C de collat.
Collectarum & vulgò talearum, in l. placet C. de sacrosan. eccle. & in l. eam quæ. C. de mancipie. & in quo lo. lib. 10.
Compendiosæ substitutionis, in l. centurio. de vulg.
Consilij & auxilij in l. furti. §. ope. de furt.
Contractuum ante vel post delictū, in l. post contractum de dona.
Cumulationis, emendationis, & mutationis actionum, in l edita. C. de eden.
Cumulationis petitorij & possessorij in l. naturaliter. §. Nihil commune. de acqu. poss.

D

Dationis in solutum in l à diuo Pio. §. si pignora de re iudic.
Defensionis, in l. vt vim. de iust. & iur.
Dilationum, in l. fina. de feriis.
Diuisionis, in l. quis Romae. §. duo fratres. de stipulatio.
Donationis omnium bonorum, in l stipul. hoc modo de stipul.

E

Emptionis fructuum, in l. cotem. §. qui maximos. de publ. [leg. 1.
Æquiparatorum vel ælæquatorum, in l. 1. de
Exceptionum impedientium litis ingressum, in ll. vir bonus, iud. sol.
Exceptionis de iure tertij, in l. 2. de except. rei iudic.
Expensarum litis, in l. properandum. § sine autem alterutra. C. de iud.
Extensionis, in l. Gallus. §. & quid si tantum, de libe. & posth.

F

Famæ, in l. de minore. § tormenta. de quæst.
Fictionum, in l. si is qui pro emptore. de usuc.
Filiationis, in l. filiū diffinim^s. de his qui sunt sui vel alie. iu. & in l. si vicinis. C. de nup.
Fluminum, Molendinorum, & Regalium, in l. quomodo ius. de flumin.
Fructuum, in l. in fideicommissaria ad Treb.

G

Grauaminis per fideicommissum, in l cùm filiusfamil. de lega. 1. & in l. ab eod. C. de fideicommiss.

H

Homicidij, in l. damni. §. Sabinus. de dā. infec. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sica.

I

Insinuationis, in l. Modestinus. de donat.

Interrogatorium.in l.vbicunque.de interrogat.actio.
Interesse in l.vnica.C.de senten.quæ pro eo.& in l.quatenus.de reg.iur.
Iuramenti suppletiui.in l.adm nēdi.de iurei.
Iuramenti in litē in l.nummis,de in lit.iuran.
Iuramenti calumniæ,in l.qui bona.§. si alieno.de dam.infect.
Iurisdictionum,in l.imperiū,de iurisd.om.iud.

L

Latæ culpæ,in l.quod Nerua depos.
Legitimæ,in auth.nouissima.C.de inoff.test.
Legitimationis,in l.Gallus.§.& quid si tantum.de libe.& posth.

M

Modi,in l.quibus.§.Thermillius.de condi.& demonstra.
Moræ,in l.in insulam.de verb.oblig.seu stipul.
Moræ naturalis & ciuilis.in l.Gallus.§. quid si tantùm de libe.& posthu.

N

Naturalis obligationis, in l.frater à fratre.de condi.
Nobilitatis,in l.1.C.de dignita.lib.12.
Nominis proprij & appellatiui, in l si quis in fundi.de lega.1.

O

Oblationis,in l.acceptam.C.de vsu.
Obligationum facti,in l.Stipulationes non diuiduntur.de stipulatio.
Ordinis,in l 2.§.primo.de vulga.& in l.pro latam.C de senten.
Ordinis successiui ex testamento in l.Gallus.§.quidam rectè de libe.& posthu.

P

Pabuli siue pastionis,in l.non solùm.§.sed vt probari.de ope.no.nuncia.
Pacti de hereditate viuētis,in l si.C.de pact.
Pacti de retrouendendo,in l.2.C.de pact.inter emp.& vendi.
Pacti nudi,in l.iuris gentium §.sed cum nullis.de pact.
Primi & secundi decreti,in l.si finita.§.Iulianus.de dam.infect.
Probationum omnium,in l.admonendi.de iureiur.& in rub.C.de proba.
Prodigorum,in l.is cui.de stipul.
Protestationum,in l.non solùm.§.morte.de ope.no.muntia.
Pupillaris substi.in l.2.de vulg.& pup.

Q

Quartarum,in l in quartam.ad l.Falcid.& in l.filium.C.famil.erciscu.

R

Relatiuorum,in l.1 in princ.C.de sum.trin.& in l.Stichum qui meus erit.de leg.1.
Remissionis pensionū,in l.coem.§.fin.de publ.
Remissionis fideicommissi,in l.1.C.de pact.

Renuntiationis iuris futuri, in l. qui superstitis de acqui. hær. & in l. pactum quod dotali. C. de pact.

Repetitionis dotis constante matrimonio, in l. si constante solu. matrim.

S

Sententiæ interlocutoriæ, in l. quod iussit. de re iudic.

Solemnitatis intrinsecæ & extrinsecæ, in l. sciendum. de stipul.

T

Testamenti inter liberos, in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.

Testamenti ad pias causas, in l. 1. C. de sacro sanctis eccles.

Transmissionis, in l. si infanti. C. de in. delibe.

V

Valoris & augmenti monetæ, in l. Paulus. de solutio.

Variationis in l. de rebus. rer. amota. & in l. seruis electione de lega. 1.

Verborum enuntiatiuorum in l. ex hac scriptura, de donation.

Vsurarum, in l. curabit. de actio. empt. & in l. centesimis. de stip. & in l. lecta si cer. pe.

Vulgaris substitutionis, in l. 1. de vulga.

De

DE ORIGINE IVRIS ET omnium magistratuum: & successione prudentium.

TITVLVS II.

Ex I. Cuiacij I.C. Clariss. scriptis.

IVRIS originem iam inde à Regibus petentes & partes hic titulus declarat: deinde originem & nomina magistratuū & postremò Successionē Iurisperitorum, vt quisque alteri successerit. ab his enim potissimùm orta, condita, aucta, tradita, illustrata sunt iura populi Romani, quæ ex re iuris cōditores dicuntur & iuris auctores. ac sanè cum in authentico Pandectarū Rectarum sit hoc loco. Et successione ordinem exititium esse emendandū. Et successione auctorum, vt l. 2. §. post originē. Porrò, si & hoc scire aues, Magistratus est publica persona quæ iurisdictionis præsit, vel, qui pro tribunali cognoscit, vel, cui publicè iudicium iurisque dictio data est. Aristot. ἀρχὰς δὲ καλοῦμεν ἀφ' ὧν βουλεύεσθαι καὶ κρίνειν καὶ ἐπιτάττειν, καὶ μάλιστα τοῦτο, τὸ δὲ ἐπιτάττειν τὰ κύρια τῆς ἀρχικῆς πράξεως ἐστι. Id quod Latinè imperium nobis est imperium, vt iubere cane re, iubere possidere, quæ sunt ἀρχικώτερα, id est, magis imperij quàm iurisdictionis. Iurisconsultus est qui suas profitetur, respondet, interpretatur. Aut, vir bonus in legum & morum ad respondendum peritus atque interpretandum.

Regest.

Iuris conditores.

Magistratuum.

Iurisconsulti.

CAIVS

CAIVS LIBRO PRIMO AD LEGEM DVODECIM Tabularum.

FACTVRVS legum vetustarum interpretationem necessariò prius ab vrbis initiis repetendum existimauinō quia velim verbosos commentarios facere,sed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret.Et certè cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas,vt ita dixerim,videtur esse nulla præfatione facta iudicem exponere : quanto magis interpretationem promittentibus inconueniēs erit omissis initijs atque origine nō repetita,atque illotis,vt ita dixerim,manib[9] protin[9] materiā interpretationis tractare?Nanque,nisi fallor,istæ præfationes & libētius nos ad lectionem propositę materiæ producunt * : & cùm ibi venerimus,euidentiorem præstant intellectum.

[10] perducunt.

11.*Pomponius libro singulari Enchiridij.*

ARGV

ARGVMENTVM.

Historiam & originem non solùm iuris, sed vniuersi status Romani, Pomponius, incredibili quadā grauitate describit posteritati: vt magistratus cuiuslibet seculi discant, in administrāda Republica,quid amplecti,quid item vitare deleant:quibus denique modis ea quæ corrupta sunt,emendari possint sine magna turbatione:& breuiter multis exemplorū præceptis docet artem boni & æqui:per quā,si cui princeps vrbis Roma olim ad sum mū honorem fastigium erecta fuit,ita tam nunc quoque imperia fœliciter propagari possint.

NEcessarium itaque nobis videtur ipsius iuris originem, atque processum demōstrare. Et quidem initio ciuitatis nostræ populus sine lege certa,sine iure certo primùm agere instituit,omniaque manu [a] à regibus gubernebantur.

Posteà aucta ad aliquem modum ciuitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes Curias [b] appellauit , propterea quod tunc Reipublicę cura per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipse curiatas ad populum tulit.tulerunt & sequentes [c] reges,

a Manu regis.

b His deinde addita sunt quinque, vt ait Festus. ita vt triginta quinque essent.

c Excepto. apparet eo tempore nullis desiisse distributum regis:possimè hæc quidam legunt,sequentes leges.

d Id est, ne pas nam filius fuit Tarquinij Prisci. si Liu. sequamur, aut potius nepos. si Halicarnass. Prisci autē qui & Lucumo dictus est, fuit filius Demarati. alij legunt quibus Tarquinius Demarati.

ges, quæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papirij, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthij filius d, ex principalibus viris. Is liber, vt diximus appellatur. Ius ciuile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquā ibi adiecit, sed quòd leges sine ordine latas in vnū cōposuit.

Exactis deinde regibus lege e Tribunicia omnes leges hæ exoleuerūt: iterumque cœpit populus Romanus incerto magis iure & consuetudine f aliquam per latam g legem: idque propè viginti annis passus est. Posteà ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decem h constitui viros, per quos peterētur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas i perscriptas pro Rostris composuerunt, vt possint leges apertius percipi, datumq; est eis ius eo anno in

e Quæ lata est non à Tribuno pleb. sed à Tribuno Celerū Tunis Bruto, qui ex magistratu fiebatur, cum regum ejicien-dorum auctor fuit. Liu. lib. 1. & 2. deca. lib. 1.

f Consuetudine aliqua vti. g Perlata lege. h Tres quidem legati missi sunt, sed decemviri postea constituti ad eas componendas. Liuius lib 3. deca. 1 & Gell. libr. 17. cap. 21. à quibus hæc historia peremenda est, non ab Accursij sumptantis commento potiusquam commentario.

i Halicarnassius libro 10. air fuisse aereas, quod discrimen non est magni momenti.

ciuitate summum: vti leges & corrigerent, si opus esset, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animaduerterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideóque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt. & ita ex accidentia k appellatæ sunt leges duodecim Tabularum, quarum ferendarum auctorem fuisse decemuiris Hermodorum l quendam Ephesium exulantem in Italia quidam retulerunt.

His m legibus latis cœpit, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentium n auctoritate necessariam esse disputationem fori. Hæc disputatio & hoc ius, quod sine scripto venit compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, (datis propriis nominibus cæteris partibus:) sed communi nomine appellatur Ius ciuile. Deinde ex iis legibus eodem tempore ferè actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent. quas actiones ne populus prout vellet institueret: certas solennésque esse voluerunt. & appellatur hæc

k Ex accidentia. rectius.

l Cicero 5. Tusc. init hunc exulare iussum, quod vir probus esset, cuius statua Romæ posita fuit Plin. lib. 34. & Stra. li. 4. m Hi legibus lati cœpit, (vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideret prudentium auctoritatem) necessaria esse disputatio fori. Goa ita legit li. 1. Iustl. c. 23.

n Prudentiū auctoritatem necessariamque disputationem fori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pars iuris legis actione. [id est, legitimæ actiones.] Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata sunt: leges duodecim tabularum: ex his fluere cœpit ius ciuile: ex eisdem legis actiones compositæ sunt.

Omnium tamen harum, & interpretandi scientia, & actiones, apud o collegium Pontificum erat, ex quibus constituebatur quis quoquo anno præesset priuatis. p & ferè populus annis propè centum hac consuetudine vsus est.

Posteà cùm Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Gnæus Flauius scriba eius, libertini filius subreptum librum populo tradidit: & adeò gratum fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & senator, & ædilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum, sicut ille, q ius ciuile Papirianum. nam nec Gnæus r Flauius de suo quicquam adiecit libro.

Augescente ciuitate, quia s decrant quædam genera agendi, non post multum temporis spacium Sextus t Ælius

o Cic. 1. de Orat. & 2. de legib.

p Priuatus, quæ lecto sibi ipsi repugnat. vult enim eidem præesse, & priuatum esse, quod fieri non potest.

q Idem.

r Valerius lib. 2. cap. 1. Gellius lib. 6. cap. 9. & Cic. pro Muræ. Sane Plin. ait hoc fuisse Senatûs tanta indignatione exarcisse, vt annuli ab eo abiecti fuerint. Eli. li. 33. ca. 1. s Et qui præerant deinde post verbum agendi, adijcitur nec post. &c.

t Cicero in Orat. & 1. Tusc.

alias actiones composuit: & librum populo dedit, qui appellatur *Ius Aelianum*.

Deinde cũ esset in ciuitate lex Duodecim tabularum, & ius ciuile, essent & legis actiones: euenit, vt plebs in discordiam cum Patribus perueniret, & secederet: sibique iura cõstitueret: quæ iura plebiscita vocantur. mox cum reuocata est plebs: quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari, lege Hortensia, u & ita factũ est vt inter plebis scitum, & legem, species constituendi interesset, potestas [autem] eadem esset.

u Lata ab Hortensio dictatore. Gell. lib. 15. cap. 27. quã prius L. Valerius & M. Horatius consules tunc erant. Liu. lib. 3. decis. 1.

Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus (certè) multò difficilius in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipublicæ ad senatũ deduxit. Ita cœpit senatus se interponere, & quidquid cõstituisset, obseruabatur: idque ius appellabatur *Senatusconsultum*.

Eodem tempore & magistratus iura reddebant, & vt scirent ciues, quod ius de quaque re quisque dicturus esset, seque præmuniret: edicta proponebant. Quæ edicta prætorũ *ius honorarium* constituerunt. Honorarium dicitur, quòd ab honore prætoris venerat.

Nouissimè sicut ad pauciores iuris

constituendi via transisse, ipsis rebus dictantibus, videbatur: per x partes euenit, vt necesse reipublicæ per vnum consuli. nam senatus non perinde omnes prouincias probè gerere poterant. y Igitur constituto principe, datū est ei ius, vt quod constituisset, ratū esset. Ita in ciuitate nostra aut iure, id est, Lege constituitur: aut est propriū Ius ciuile, quod sine scripto in sola prudētium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formā agendi continent: aut Plebiscitū quod sine auctoritate patrum est constitutū: aut est magistratuū Edictum, vnde Ius Honoratiū nascitur: aut Senatusconsultum ꝙ solùm senatu constituente inducitur sine lege: aut est *principalis constitutio*, id est, vt quod ipse princeps constituit, pro lege seruetur.

Post originē iuris, & processum cognitum, consequens est, vt de magistratuum nominibus, & origine cognoscamus: quia, vt exposuimus, per eos qui iuri dicundo præsunt, effectus rei accipitur. quātum z est enim ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere a possint? Post hoc dein de auctorum successione dicemus: quòd constare non potest ius, nisi sit aliquis iurisperitus, per quem possit

x *Intellige filiones Sylla, Mary, Cæsaris, Pompeij, y Poterat.*

z *Parum est.* a *Reddere.*

possit cottidie in melius produci.

Quod ad Magistratus attinet, initio ciuitatis huius constat *reges* omnem potestatem habuisse, Iisdem temporibus & a *tribunum celerum*, fuisse cōstat: is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiiciendi.

Exactis deinde regibus, *consules* constituti sunt duo: penès quos summum ius vti esset, lege rogatum est. dicti sunt ab eo, quòd plurimùm reipubl. consulerent. qui * tamen ne per omnia regiā potestatem sibi vindicarent, lege b lata factum est, vt ab eis prouocatio esset: néve possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. solùm relictum est illis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent.

a *Liuius li. 1. scribit Romulum trecentos armatos ad custodiā corporis, quos Celeres appellauit, nō in bello sed in pace habuisse. Festus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerunt quos nunc Equites dicimus: à Celere interfectore Remi.*

* *quia tamen.* b *Publicola cōsul eam tulit. Liu lib. 2. decisio. 1. eam deinde restituerūt L. Valer. & M. Valer. consules. Liuius lib. 3. quam legem*

CENSOR *ait Varro de ling. 4. Ad cuius censionem, id est arbitrium, deferetur populus.*

POst deinde cùm census iam maiori tempore agendus esset, & consules non sufficerent huic quoque oneri vnicum libertatis præsidium.

ficio, *censores* constitui sunt.

Populo deinde aucto, cùm crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdũ re exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui, itaque *dictatores* [a] proditi sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas vltra sextum mensem retinere. & his dictatoribus *magistri equitum* iniungebantur [b], sic quomodo regibus tribuni celerum, quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. Magistratus tamen [c] habebantur legitimi.

Isdem temporibus cùm plebs à patribus secessisset, anno ferè septimodecimo post reges exactos: tribunos [d] sibi in monte Sacro creauit, qui essent plebeij magistratus. dicti *tribuni*, quod olim [e] in tres partes populus diuisus erat, & [f] ex singulis singuli creabantur. vel quia tribuum suffragio creabantur.

[a] *Dictatoris primũ creandi mentio orta ob tumultum Sabinorũ. & primus creatus est T. Larcius, cuius magister equitum Sp. Cassius. Liu. li. 2. decad. 1.*

[b] *Iungebatur.*

[c] *Enixi habebantur.*

[d] *Primi fuerunt. C. Sicinius & L. Iunius. Liu. lib. 2. Dionys. Ascon. in Corneliana.*

[e] *Tunc.*

[f] *Creati sunt tantum initio duo: deinde Valerius, Tribuno plebis ferente, vt tribuni essent plebi magistratus fierent, id est, viritim & promiscuè ex omnibus iure, additi sunt tres. & ita est accipiendus locus Aul. Edyl. 13.*

Ire-

Itémq; vt essent qui ædibus præessent, in quibus omnia scita [sua] plebs deferebat: duos ex plebe constituerunt, qui etiam *ædiles* appellati sunt.

Deinde cùm ærarium populi * auctius esse cœpisset: vt essent qui illi præessent, constituti sunt *quæstores*, [qui pecuniæ præessent] dicti ab eo (quod) inquirendæ, & conseruandæ pecuniæ causa creati erant. Et quia, vt diximus, de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum cõsulibus ius dicere: propterea quæstores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent. hi appellabantur *quæstores parricidij*, quorum etiam meminit lex Duodecim tabularum.

Et cùm placuisset leges quoque ferri latum est ad populum, vt omnes magistratus se abdicarent. quo § decemuiri constituti [h] anno vno cùm magistratũ prorogarent sibi, & cùm [i] iniurioſè tractarent, neque vellent deinceps sufficere [k] magistratibus, vt ipsi & factio sua perpetuò rempublicam occupatam retineret [l]: nimia, atque aspera dominatione eò rem perduxerant, vt exercitus à republica secederet.

Initiũ fuisse secessionis dicitur Ver-

* *al. auctis se populi esse cœpisset ærariũ.*

§ *Et Decemviri.*

[h] *Constituti sunt.*

[i] *Rem.*

[k] *Magistratus.*

[l] *Retinerent.*

ginius quidam, qui cum animaduertisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiæ suæ à se abdixisse [m]; & secundũ eum, qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: captúmque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse, indignatus, quòd vetustissima iuris obseruãtia in persona filiæ suæ defecisset, vtpote cùm Brutus, qui primus Romæ cõsul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis [n] Vitelliorũ serui qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat: & castitatem filiæ vitæ quoque eius præferendã putaret: arrepto * cultro de taberna lanionis filiã interfecit: in hoc scilicet, vt, morte virginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens à cæde, madentéque o adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit, qui vniuersi de Algido [p], vbi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis, signa in Auentinum transtulerunt, omnísque plebs vrbana mox eodem se contulit. [populique

m *Abiudicasse.*

n *Ita vocant Plutarchus & Dyon. Itaque legendum est quinq; quod Liu. li. 2. Vindicii non Vindicio.*

* *Cultro quasi ereptu elatéque ad vulnerandum.*

o *Male sine.*

p *Dyonysius Halicarn. vocat* Ἀλλίαν. *Strabo lib. 5.* Ἀλλίχιον. *Itaque fallitur Augustinus lib. 2. contra Gaudentium, dum putat fallitur Nebrissensem quod oppidũ esse dixerit.*

Credit autem esse montem, quod fluuius Eutropius. Ego sanè existimauerim montem esse, in quo vrbs quæque sit eiusdem nominis Scripsimus ἐπὶ τοῦ.

q consensu partim in carcere necati.] ita rursus respublica suum statum recepit.

q *Ita populi consensu partim Decemuiris in carcere necatis, partim in exilium aliis rursus Respub. suum statum recepit, Liu. li. 3. c. 20.* παρεμ.

Hæc quoque fuit mutatio Romani status, quantum ad magistratus pertinet: quia pro consulibus tribuni cœperunt eligi.

DEinde cum post aliquot annos (quam) duodecim Tab. latæ sunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellet ex suo quoque corpore consules creare, & patres recusarent: factum est, vt *tribuni militum* crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, consulari potestate. híq; constituti sunt vario numero: interdum enim viginti [r] fuerunt, interdum plures, nõnunquam pauciores. *Post Tribunos militum redit ad consularem magistratum, cuius nomen etiam augustius Respub. videbatur. Quo tempore Aediles Curules cœperint. Item prætores, Centum viri, Quatuor viri, Triumuiri mentales, Triumuiri capitales.*

DEinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules, cœperunt ex vtroque corpore constitui. Tunc, vt aliquo pluris patres haberent [s], placuit duos ex numero patrum constitui. ita facti sunt *ædiles curules.*

r *Bud. senio. Sane locus est mihi suspectus quod ait quam viginti tribunos militum consulari potestate creatos legerim. Liu. li. 3. & 6. fere semper sex creatos fuisse refert: initio libri quinti, etc.*

s *Haberentur.*

Cúmque consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset: factum est, vt *prætor* quoque crearetur, qui *vrbanus* appellatus est, quòd in vrbe ius redderet.

Post aliquot deinde annos non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret: creatus est & alius *prætor*, qui *peregrinus* appellatus est ab eo, quod plerunque inter peregrinos ius t dicebat.

t Ius reddebat.

Deinde cùm esset necessarius magistratus, qui u hastæ præessent *decemuiri* x in litibus iudicandis sunt constituti eodem tempore & *quatuor-viri*, qui curam viarum * gererent: & *triumuiri monetales* æris, argenti, auri flatores, & *triumuiri capitales*, qui carceris custodiam haberent: vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret.

u Qui hastæ præssit, centumuiri litibus, &c.

x Gouernus manuit decëuiri, quòd centumuiri magistratus non essent; sed coercerentur & coercerentur à decëmiris li. 1. lect. cap. 23.

Qua necessitate Quinque viri propter alios magistratus fuerint introducti.

Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat, *quinqueuiri* constituti sunt eis Tiberim, & vltis y Tiberim, qui possint pro magistratibus fungi.

y Et trans.

Originem ostendit Prætorum prouincialium.

Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia: totidem *prætores* quot *prouinciæ* in ditionem venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent.

De variis Prætorum generibus agit quæ temporum ratio paulatim videbatur postulare præsertim succedentibus Principibus, quorum arbitrio pleraque mutabantur.

Deinde Cornelius Sulla quæstiones publicas constituit: veluti de falso, de parricidio, de sicariis a: & *prætores quatuor* adiecit. Deinde b Gaius Iulius Cæsar duos *prætores*, & duos *ædiles*, qui frumento præessent, à Cerere *Cerealeis* constituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Diuus deinde Augustus c sedecim prætores constituit. Post deinde Diuus d Claudius duos prætores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus vnum Diuus Titus detraxit: & adiecit Diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ita *decem & octo prætores* in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quotiens in republ. sunt magistratus, obseruantur: quotiens autem proficiscuntur, vnus

a De sicariis, de iniuriis.
b Suetonius in Iulio.
c Suetonius in Aug.
d Suetonius in Claud.

relinquitur, qui ius dicat. is vocatur *præfectus vrbi*. qui præfectus olim [e] constituebatur, postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis obseruatur. nam *præfectus annonæ & vigilum*, non sunt magistratus, sed extra ordinem vtilitatis causa constituti sunt: & tamen hi, quos Cistiberes [f] diximus, posteà ædiles senatusconsulto creabantur.

[e] Olim ita.

[f] Ut Tiberim.

Epilogus est omnium magistratuum Romanorum qui successu temporis varij extiterunt.

ERgo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem & octo prætores, sex ædiles in ciuitate iura reddebant.

Postremo nunc loco tractat Pomponius successionem Prudentium, professorúmque Iuris.

IVris ciuilis scientiam plurimi & maximi viri professi sunt. sed qui eorum maximæ dignationis apud populũ Romanum fuerunt (eorum) in præsentia mentio habẽda est, vt appareat à quibus, & quibus, hæc iura orta, & tradita sunt. Ex quidẽ ex omnibus qui scientiam nacti sunt, ante Tiberium [a] Coruncaniũ publicè

[a] Titium Coruncanũ, vel Titum.

licè professum neminem traditur, cætera autem ad [b] hunc vel in latenti iure ciuile retinere cogitabant, solumque consultatoribus [vacare:] potius quàm discere volentibus se præstabant.

[b] adhuc.

Fuit autem in primis peritus Publius Papirius, qui leges regias in vnum contulit. ab hoc Appius Claudius vnus ex decemuiris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. post hunc Appius Claudius eisdem generis maximam scientiam habuit. hic Centemmanus [d] appellatus est, Appiam viam strauit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in Vrbe non recipiendo sententiam tulit. hunc etiam actiones scripsisse traditum est, primum de vsurpationibus, qui liber non exstat. Idem Appius Claudius, qui [e] videtur ab hoc processisse, R. literam inuenit: vt pro Valesij [f] Valeri essent, & pro Fusijs Furijs.

[c] Sextus Papirius.

[d] Cæcus. Cic. 3. offi. loquitur de T. Claudio Centimalo.

[e] vsu qui videtur.

[f] Quintil. lib. 1. c. 6.

Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem populus Romanus [g] sapiẽs appellauit: nec quisquam ante hunc, aut post hunc hoc nomine cognominatus est.

[g] Cuius sapè meminit Liuius in bello Macedonico.

Gaius Scipio Nasica, qui optimus à senatu appellatus est, cui etiam publicè

cè domus in sacra via data est, quod Fabius Alc. lib. 4 annal. c. 6. Cilius consuli posset. Deinde Quintus Mucius qui ad Carthaginenses missus legatus, cum essent duæ resseræ positæ vna pacis, altera belli, arbitrio sibi datæ vtram vellet referre Romam, vtramque sustulit, & ait, Carthaginenses pacem debere, vtram mallent accipere.

i Titus Coruncanius. Post hos fuit Tiberius i Coruncanius, vt dixi, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura, & memorabilia eius fuerunt.

Deinde Sextus Ælius, & frater eius Publius Ælius, & Publius Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt: vt duo Ælij etiam consules fuerint. Atilius k autem primus à populo sapiens appellatus est. Sextum Ælium etiam Ennius laudabit, & exstat illius liber, qui inscribitur l Tripertita: qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim Tabular. præposita, iungitur interpretatio, dein subtexitur legis actio. Eiusdem esse tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant eiusdem esse. hos sectatus ad aliquid est [Cato.

k Cic. in Lælio vbi legitur Acilius.

l Cic. 1. Tusc. & 2. de leg.

Deinde] Marcus Cato princeps Porciæ familiæ, cuius & libri exstant: sed plurimi filij eius, ex quibus cæteri oriuntur.

Post hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres, & exstant volumina scripta. m Manilij monumenta illi duo consulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius autem Mucius etiam pontifex maximus. Ab his profecti sunt Publius Rutilius Rufus, qui Romæ consul & Asiæ proconsul fuit; Paulus Verginius, & Quintus Tubero ille Stoicus Panætii n auditor, qui & ipse consul. Etiam Sextus Pompeius Cnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & Cœlius Antipater, qui historias conscripsit: sed plus eloquentiæ, quam scientiæ iuris operam dedit. etiam Lucius Crassus frater Publij Muci, qui Mucianus o dictus est hunc Cicero ait iurisconsultorum disertissimum.

m Inscripta.

n Panetij.

o Mucianus de P. Crasso Muciano mātio fit etiam sæpe apud Ciceronem.

Post hos Quintus Mucius Publij filius pontifex maximus ius ciuile proximus cōstituit, generatim in libros decem & octo redigendo. Mucij audito

res

res fuerunt complures: sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gaius Iuuentius, ex quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuisse Seruius dicit. omnes? tamen hi à Seruio Sulpicio nominantur: alioquin per se eorum scripta non talia extant, vt q ea ad omnes adpetant, denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum, sed Seruius libros suos compleuit, procuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.

p Omnes enim.

q Vt ea omnes.

Seruius r cùm in causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcũ Tullium obtinere. Traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amica sui peruenisse. cumque s eum sibi respõdisse de iure Seruius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, & à Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita obiurgatum esse à Quinto Mucio. Namque eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili, & causas oranti ius, in quo versaretur ignorare. ea velut contumelia Seruius tractatus, t operam dedit iuri ciuili & plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiuit. instructus autem à Balbo Lucilio, maxi-

r Seruius autem Sulpicius.

s Cumque eum de iure respondentem parum intellexisset, & iterũ quintum Mucium interrogasset &c.

t Tradtur.

maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures eius exstãt Cercinæ confecti. Hic cùm legatione perisset, statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit, & hodiéque u exstat pro Rostris Augusti. huius volumina complura exstant: reliquit autem propè centum & octoginta libros.

u Et Hostia Cic. 9. Philip.

Confert studia optimorum auctorum, vt discamus quid Iurisprudentia potissimum requirat.

Ad hoc plurimi profecerunt, ferè tamen hi libros conscripserunt: Alfenus Varus, Gaius, Aulus Ofilius, Titus Cæsius, Ausidius Tucca, Ausidius Namusa, Blasius Priscus, Gaius, Ateius, Pacubius, Labeo Antistius Labeonis Antistij pater, Cinna, Publicius, Gellius. Ex his decem, libros octo conscripserunt, quorum omnes qui fuerunt libri digesti sunt ab Ausidio Namusa in centum quadraginta x libros.

x Quadringenta.

Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius, ex quibus Varus & consul fuit Ofilius in equestri ordine perseuerauit. is fuit Cæsari familiarissimus & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent reliquit. nam de

de legibus Vicensimæ primus conscripsit, de iurisdictione: idem edictum prætoris primus diligenter composuit. nam ante eum Seruius duos libros ad edictum perquàm breuissimos ad edictum subscriptos reliquit.

Fuit eodē tempore & Trebatius, qui a idem Cornelī maximi auditor fuit. Alius Cascelius, Quintus Mucius Volusij auditor: b denique in illius honorem testamento Publium Mucium nepotem eius reliquit hæredem. fuit autem quæstorius: nec vltrà proficere c voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret: ex his Trebatius peritior Cascelio. Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius vtroque doctior. Cascelli scripta non exstant, nisi vnus liber de dictorum. Trebatij complures: sed minus frequentatur.

Post hoc d quoque Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius, & transit à causis agendis ad ius ciuile: maximè postquam Quintum Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Gaium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cùm Africæ oram teneret, Tubero firmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire quo nomine cum

a Quinti Cornelij. Id quod constat ex epist. ad Trebatium, cuius extat liber. Ex his literis Gellius l. 1. noct. cap. 25.

b Auditor qui deinde.

c Procedere.

d Post hoc.

est accusauit & Cicero defendit. exstat eius oratio [satis] pulcherrima, quæ inscribitur, pro Quinto Legato. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici, & priuati: & complures vtriusque operis libros reliquit. sermone etiam antiquo vsus e affectauit scribere, & ideo parum libri eius grati habentur.

Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium secutus est, & Antistius Labeo qui omnes hos audiuit: institutus est autem à Trebatio. Ex his Ateius consul fuit. Labeo noluit, cùm offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, (& f) honorem suscipere, sed plurimū studijs operam dedit & totum annum ita diuiserat, vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operā daret. Itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur.

Hi duo primū veluti diuersas factas fecerunt. nā Ateius Capito in his, quæ

e Versus.

f Eum honorem suscipere. Augustus enim creare Labeonem Consulem in locum de mortui Cons. volebat: quia quod tam honorifice erat, & odisset Labeo recusauit. Cic. ad Attic. hoc esset in demortui eorum vocari. Liu. lib. 3. ab vrbe condita, C. Iulius cēso deceßit, in eius locum Sp. Cornelius suffectus. Quæ res postea vehementer grauis fuit: quia 40 lustro Romanorum est, nec deinde vnquam in demortui locum Censor suffectus. Gellius lib. 1. noct. cap. 23. Deprehendi quoque duos similes locos apud Liu. lib. 6. & lib. 9. in oratione P. Semproni tribunitia habita aduersus Appium censorem.

ei tradita fuerant,perseuerabat. Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ g qui & cæteris operis sapientiæ operam dederat,plurima innouare instituit. & ita Ateio Capitoni Massurius Sabinus h successit.Labeoni Nerua adhuc k eas dissentiones auxerunt. [Hic etiã] Nerua Cæsari familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, & publicè primus hscripsit,posteaque l hoc cœpit beneficium k [dari] à l Tiberio Cæsare.Hoc tamen illi concessum erat, vt,vbiter sciamus, ante tempora Augusti publicè respondendi ius non a Principibus dabatur: sed qui fiducia studiorum suorum habebant,consulentibus respondebant.neque respõsa signata dabant:sed plerũque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui consulebant, Primus Diuus Augustus, vt maior iuris auctoritas haberetur.constituit,vt ex auctoritate eius responderent.& ex illo tempore petere hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus Princeps Hadrianus , cum ab eo vir prætorij peterent,vt sibi liceret respondere,rescripsit eis, Hoc non petit sed præstari solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet,delectari se: populo ad re-

g Doctrinæ fretus, quod præcæteris.

h Al. qui adhuc.

k Respondit.

l Posteaquam. & Beneficio. l A Tiberio enim Cæsare hæc inceptum.

spondendum se præpararet.Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, vt populo responderet. qui in equestri ordine iam grandis natu,& ferè annorum quinquaginta receptus est:huic nec amplæ facultates fuerunt,sed plurimùm à suis auditoribus sustentatus est.

Huic successit Gaius Cassius longinus natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideo proauum suum Seruum Sulpicium appellat. hic consul fuit cum Quartino temporibus Tiberij.sed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit,eousque donec cum m Cæsar ciuitate pelleret, expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano, diem suum obit.

Neruæ successit Proculus. n fuit eodem tempore & Nerua filius.fuit & altus Longinus ex equestri quidem ordine:qui postea ad præturam vsque peruenit:sed Proculi auctoritas maior fuit. nam etiam plurimum potuit, appellatique sunt partim Cassiani, partim Proculeiani,quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat.Cassio Cælius Sabinus successit, qui plurimùm temporibus Vespasiani potuit. Proculo Pegasus, qui temporibus Vespasiani præfectus

m Forte Claudiat. nam eo imperante Cassius Syriæ præfuit. Tac. lib. 12. Annal.

n Floruit temporibus Othonis & Vitellij.

vrbi fuit. Cælio Sabino Prisus Ia Volenus, Pegaso Celsus, o patri Celso Celsus p filius, & Priscus q Neratius: qui vtrique consules fuerunt. Celsus quidem & iterum. Ia voleno Prisco Aburnus s Valens, & Tuscianus. item Saluius Iulianus.

a Tempore Traiani.
p Tempore Hadriani.
q Tempore Traiani. l. vlt. si apparuerit. quis manu fec.
r Huius consulatus mentio est. l. vlt. C. de sacr. reciprub. manum quo loco Celso attribuitur collega Neratius Marcellus, qui fuit Neratij Prisci frater. l. quæsitum. 3. denique de fideic. libr.
s Aburnius, Diuis Patribus amicus fuit. l. 17. de iure patr.

TITVLVS PENVLTIMVS PANDECT.

De verborum significatione.

DE verborum significatione & de regulis iuris, hi duo tituli communes sunt omnium partium & titulorum Iuris. nullam enim ferè partem vel quæstionem iuris paulo latiorem habemus, ex qua oratio aut verbum hoc titulo non exponatur. a l. 22. liquad. Sed & ex partibus iuris antiqui m libros b l. 40. Diversi sit minime relatu, veluti Ostentum n detestatio, c l. 39. subsignatum & alia plerasque inscriptiones cum de verborum significatione, vt erat in Florentino, quæ obseruauimus quantum potuimus debuimusque ex. Res. ligissimè. Commendationem tituli adfectauit quæ adiecit. Et verum, nunquam quòd verba sint rerum vestimenta caret exemplo. Citatur enim à Gellio lib. 13. libri rerum verborumque veterum, & ita quæque inscripta est codicis. lib. 6.

Vlpianus

1. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

VErbum a hoc, siquis, tam masculos quàm fœminas complectitur.

II. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

VRbis b appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet. Cuiusque c diei maior pars est horarum septem d primarum diei, non supremarum.

III. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum*

ITinere e faciendo f viginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus quàm viginti millia supersint, integrum diem occupent veluti & viginti vnum millia sunt passus. h. Viduum eis attribuetur, quæ dinumeratio ita demum facienda i erit, si de die non conueniat. Eius qui apud hostes decessit, dici hæreditas non potest, qui k seruus decessit.

IIII. PAVLVS l *libro primo ad Edictum.*

NOminis m appellatione n rem significari o Proculus ait.

VLPIANVS *libro secundo* p *ad Edictum.*

a Ex tit. si quis ius dic. nō obtempera.
b Ex tractatu de iurisd.
c De diuisione dici Mac. l. 1. Satu. c. 3. Gell. li. 3. noc. Attic. ca. 2.
d Aprima ad vltimā non à quinta ad duodecimam.
e Itineri.
f Ex tit. Si quis caut. vide l. 1. qua Cass est eod. tit.
g Veluti si.
h Præstatur.
i colligenda.
k quia.
l Caius li. 2. ad Edictū Prætoris in Fecuniæ.
m Nomine. n Ex tractatu de iurisdictione vbi de formula.
o Significare. p Lib. 2 quinto.

REi p appellatio latior est quàm pecuniæ: qua r etiam ea quæ extra computationē patrimonij nostri sunt continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. Opere locato, conducto: his verbis Labeo significari ait id opus quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, [non ἔργον] id est ex opere facto corpus aliquod perfectū.

p Ex eodem tractatarum & hæc ad formulas pertinet.
q Quia.
r Cuiacius l. 1. de opt. ser.
s Legato.

VI. VLPIANVS *libro tertio ad Edictum.*

NOminis a & rei appellatio ad omnem contractū & obligationem pertinet verbum EX LEGIBVS sic accipiendum est, tam ex legum sententia quàm ex verbis.

a Videtur hoc caput ad formulas pertinere.

VII. PAVLVS *libro secundo ad Edictum.*

SPonsio b appellatur non solùm quæ per sponsum c interrogationē fit, sed omnis stipulatio, promissioque.

b Sponsiones fiebant in iudicijs de quibus tractabatur in ea parte.
c Per sponsi.

VIII. IDEM *lib. iij d ad Edictum.*

VErbum e OPORTET tam præsens quàm futurum tempus significat. Actionis verbo nō continetur exceptio.

d Lib. 4.
e Ex eadem parte digestorum.

IX. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

MArcellus apud Iulianum notat, verbo PERISSE f & scissum & fractum

f Rapuisse. Rectior est Flor.

fractum contineri, & vi raptum.

X. IDEM *libro sexto ad Edictum.*

CReditores g accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili sint vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario h, siue pure, siue in diē, vel sub conditione, q̄ si natura debeatur, non sunt loco creditorum, sed si nō sit mutua pecunia, sed cōtractus: creditores accipiuntur.

g Ex tit. qui satisd. cog. & ex tit. quibus ex causis in pos. eatur.
h Vel extraordinario. al. vel ordinario.

XI. CAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

CReditorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniā crediderunt: sed omnes quibus ex qualibet i causa debetur.

i Aliqua. k Lib. 9.

XII. VLPIANVS *libro sexto k ad Edictum.*

[VT] si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio l vllo debetur: sed & si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi quòd si ex populari causa, ante litis contestationem rectè dicetur creditoris loco non esse m, postea esse. Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

l Vel ex alio contractu. al. vel alio contractu ville.
m Non esse potuisse, al. deesse. postea Rectior est Flor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

n Caius.

XIII. IDEM n *libro septimo ad Edictum.*

MVulieris o appellatione eiam virgo viripotens continetur. Res abesse videtur, vt Sabinus ait & Pedius probat, etiam hæ quarum corpus manet p, forma mutata est, & ideo si conruptæ redditæ sint vel transfiguratæ, videri abesse: quoniã q plerunq; plus est in manus r pretio, quàm in re. Desinere autẽ abesse res tunc videtur, cum sic redit in potestatem, ne amittere [eius] possessionem possimus: ob hoc quòd furto pridem subtracta est. Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

o Cuiacius l. cum quid. §. vlt. de regul. iuris.

p Et forma, al. sed forma.

q Legendum esse quamquã manet doctissimus Hotm. hoc sensu, quamuis ita rei forma mutata sit, vt recens forma pluris sit quam vel ipsius rei corpus, tamen abesse. l. vlt. de vsu & habi.

r Manus pro artificio. Scalig. Ea ædes manus Dædali ostendebat. s Lib. 1.

XIIII. PAVLVS *libro septimo ad Edictum.*

LAbeo & Sabinus existimant, sive stimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura videri rẽ abesse: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. item si dominus rem quę furto sibi abe rat, ignorans emerit: rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse, sciuerit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

Rem

Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

XV. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

BOna t ciuitatis abusiue publica dicta sunt: sola enim ea u publica sunt, quæ populi Romani sunt.

t Ex titul. quod cuiusque vniuersi.

u Ea proprie publica dicenda sunt.

XVI. CAIVS *libro tertio ad Edictum [prouinciale]*

EVm x qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: *nam * publica appellatio in compluribus cautis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

x Eod. tit.

XVII. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

INter y publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vsibus destinata sunt: sed si qua sunt b ciuitatium velut bona: sed c peculia seruorum ciuitatium proculdubio publica habentur. Publica vectigalia intellege re debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum & metallorum. & picariarum d.

y Ex eodem tit.

a Velut ciuitatum bona.

c Seu al. sed &.

d Et piscariarum.

XVIIII. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

e *Ex eod. tit.*

MVnus[e] tribus modis dicitur: vno donum, & inde munera dici dari mittive. altero onus, quod cum remittatur, vacationem militiæ muneriſque præſtat. inde immunitatem appellari. tertio officium: vnde munera militaria, & quoſdam milites munificos [f] vocari. igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant

f *Munificos.*

XIX. VLPIANVS *libro vndecimo* [g] *ad Edictum.*

g *Libr. 20.*

LAbeo [h] lib. 1. Prætoris vrbani deſinit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem generale verbũ eſſe, ſiue verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel [i] numeratione. Contractum autem vltro citróque obligationem quod [k] Græci συναλλαγμα vocãt, veluti emptionem: venditionem, locationem, conductionem, ſocietatẽ. Geſtum [l] rem ſignificare ſine verbis factam.

h *Ex tit. de minor. l. ait. prætor.*

i *Vel in numeratione.*

k *Quam.*

l *Geſtum autem.*

XX. IDEM *libro duodecimo* [m] *ad Edictum.*

m *Ex titu. de capitis minutione.*

VErba contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius.

XXI.

XXI. PAVLVS *libro vndecimo* [n] *ad Edictum.*

n *Extra actu reſtitutionem.*

PRinceps bona concedẽdo videtur etiam obligationes concedere.

XXII. GAIVS *libro quarto* [o] *ad Edictum prouinciale.*

o *Continetur.*

PLus eſt in reſtitutione, quàm in exhibitione: nam exhibere eſt præſentiã corporis præbere. reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere, fructúſque reddere. pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

XXIII. VLPIANVS *libro quartodecimo* [p] *ad Edictum.*

p *Ex tit. de pet. hær.*

REi appellatione & cauſæ & iura continentur.

XXIIII. GAIVS *libro ſexto* [q] *ad edictum prouinciale.*

q *Similis de finitio apud Cic. in Topicis in loco à definitione.*

NIhil [r] eſt aliud hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit.

r *Ex titu. de rei vind. vel uſufructu.*

XXV. PAVLVS *libro* [s] *viceſimoprimo ad edictum.*

s *Cuius.*

RECtè [t] dicimus eum fundũ totum noſtrum eſſe, etiã cum [u] vſusfructus alienus eſt: quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit vt via & iter. nec falsò dici [x] [totum] meũ eſſe, cuius non poteſt vlla pacis dici alterius eſſe

t *Dictum eſt.*

u *Cuius.*

x *Dictum eſt.*

esse.hoc & Iulianus.& est verius. Quintus [u] Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari.nam quod pro diuiso [x] nostrum sit,id non partem sed totum esse.Seruius non inelegantèr partis appellatione vtrunque significari.

u *Quod Quintus.*

x *Indiuiso.*

y *Lib. 4.* XXVI. VLPIANVS *libro sextodecimo ad Edictum.*

Partum [z] non esse partem rei futuræ Scæuola libro vndecimo quæstionum,scribit.

z *Ex tit. de Publicia. in rem act. Continge l. si aliena. de vsur.*

XXVII. IDEM *libro septimo decimo ad Edictum.*

Ager est locus,qui sine villa est. Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes,id est modica æra colligatur.Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. & sanè appellatur ab intributione [a] tributum: vel ex eo quòd militibus tribuatur.

aa *Lib. 6.*

a *Contributione.*

b *Iib. 12.*

XXVIII. PAVLVS *libro vicesimo primo ad Edictum.*

Alienationis [c] verbum etiam vsucapionem continet:vix est enim, vt non videatur alienare qui patitur vsucapi.Eũd quoq; alienare dicitur [d], qui non vtendo amisit seruitutes. Qui occasione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.Oratio quæ neque coniunctionem neque disiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

c *Ex tit. de rei vendicat.*

d *Ib.*

e *Dicimus.*

XXIX. IDEM *libro sexagesimo [f] sexto ad Edictum.*

f *Lib. 17.*

Coniunctionem [g] enim nonnunquam pro disiunctione accipi Labeo ait:vt in illa stipulatione, *mihi hæredémque tuum.*

g *Fortè ex tit. quod vi aut clam.*

XXX. GAIVS *[h] libro septimo ad edictum. [provinciale.]*

h *Paulus.*

Silua cædua est, [i] quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. Stipula illecta [k] est spicæ in messe deiectæ, nec dum lectę, [l] quas rustici cum vacuerint colligunt. Noualis est terra proscisa, [m] quæ anno cessauit, quã Græci νεάτην vocant. Integra autem est, in qua nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.Glãs caduca est, quæ ex arbore cecidit.Pascua silua est, quæ pascuæ [n] tempore eudum destinata est.

i *Ex tit. de vsufr. l. ex silua.*

k *Illecta sunt.*

l *Proscissa.*

m *νέατον Alciatus inuenit libr.*

n *Pratermiss.*

o *Pascuis.*

XXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXXI. VLPIANVS *libro octauodecimo ad edictum.*

a *libro 8.*

PRatum p est, in quo ad fructum percipiendũ falce duntaxat opus est: eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

p *Extitu. ad legem Aquil.*

XXXII. PAVLVS *libro vicensimo quarto [ad Edictum]*

q *libro 23.*

MInus solutum intelligitur, cui si nihil esset solutum.

XXXIII. VLPIANVS *libro vicensimo primo ad Edictum.*

r *lib. 23.*

PAlam est coram plurib⁹.

XXXIIII. PAVLVS *libro vicensimo quinto [ad Edictum]*

ACtionis verbo etiã persecutio continetur.

s *libro 14.*

t *Consunge l. 6. de vi arma.*

XXXVIDEM *libro XVII. [ad Edictum]*

REstituere t autem is intelligitur, qui simul & u causam actoris recipit, quã is habiturus esset, si statim litem contestatus fuisset: id est, si ab eo tempore, quo ei res reddita fuisset, cij accepti tẽpore res ei reddita fuisset. id est & vlucapionis causam, & fructum.x

u *Et rem & causam.*

x *Fructum.*

XXXVI. VLPIANVS *libro vicensimo tertio [ad Edictum.]*

y *libro 22.*

LItis nomen [omnem] actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

XXXVII. PAVLVS *libro vicensimo sexto [ad Edictum.]*

VErbum z OPORTERE zz non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur.

z *Extitu. de lit. tur. vide l. 1. eod. tit.*

zz *Quod inseribatur, formulis actionum in personam.*

XXXVIII. VLPIANVS *libro vicensimo quinto [ad Edictum.]*

OStentum a Labeo definit omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. duo genera [autem] sunt ostentorum: vnum, quotiens quid contra naturam nascitur: tribus manibus forte aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria est. alterum, cum quid prodigiosum videtur, quæ Græci θαυμασία b vocant.

a *Extitu. de religio. vbi quæritur de sepultura in hoc casu.*

b *φάσματα, al. φάσματα ταῦτα. vide A. Gel. 5. c. 6.*

XXXIX. PAVLVS *libro quinquagensimo c tertio [ad Edictum.]*

c *Li. eo 37. de Extraordinaria acquirend.*

SVbsignatum d dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione vti solebant. Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt.

d *ff. f.*

e *Subscriptione.*

f *Attestari.*

DEtestatio f est absenti denuntiare. Incertus possessor est, quem ignoramus.

g *libro 6.*

h *Extitu. vide top.*

XL. VLPIA. *libro quinquagensimo sexto.*

DEtestatio est denuntiatio facta cũ testatione. Serui appellatio etiam

ad ancil

ad ancillam refertur. Familiæ appellatione liberi quoque continentur. Vicus seruus i familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem familiam faciunt.

i Cuniunge l. Vlp. 193. hoc titul.

XLI. GAIVS *libro vicesimo primo ad Edictum prouinciale.*

ARmorum k appellatio nō l vtique scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.

k Ex titu. de vacca. vbi de pass. & vi. l Non tantum vtique.

XLII. VLPIANVS *libro quinquagesimo m septimo ad Edictum.*

PRobrum n & opprobrium id o est probra quædā natura turpia sunt quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis. vt puta furtum, adulterium, natura turpe est: enimuero tutelæ damnatio non natura probrum est, sed more ciuitatis: nec enim natura probrum est quod potest etiā in hominem idoneum incidere.

m libro 51. n Ex iis de iniuriis. vide l. item apud Labeonem. cod. titu. o Idem est.

XLIII. IDEM *libro quinquagesimo octauo [ad Edictum.]*

VErbo VICTVS p continentur quæ esui potuique q cultuique corporis, quæq; ad viuendum homini necessaria sunt. vestem quoque victus habere vi cem Labeo ait.

p Ex iis de re indic. sicut & capita sequentia. vide l. si victū. eo. tit. q Potui.

XLIIII. GAIVS *libro vicesimo secundo [ad Edictum prouinciale.]*

ET r cætera quibus tuendi s, curandive corporis nostri gratia vtimur ea appellatione significantur.

r lib. 72. s Cætera quoque al. Et cætera quoque. t Si viuendi.

XLV. VLPIANVS *[libro quinquagesimo * octauo * ad Edictum.]*

INstratum u omne vestimētum contineri, quod inijciatur Labeo ait, neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium x περιστρωμα. In victum y ergo vestem accipiemus, non stragula z: instratu a omnem stragulam vestem.

u In strato. x Quod Græci. a Vestu. b Stragulum. c In stratum. d Lib. 34. e Idem dici potest.

XLVI. IDEM *libro quinquagesimo quarto [ad Edictum.]*

PRonuntiatum & statutū idem e potest, promiscuè enim & pronunciasse & statuisse solemus dicere eos qui suos habent cognoscendi. Matrem familias f accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit g. matrē enim familias à ceteris fœminis mores discernunt, ancillas separāt, proinde nihil interierit, nupta sit an vidua: ingenua sit, an libertina, nam neq; nuptiæ neq; natales faciūt matrem familias h, sed boni mores.

e Vide Oc. in Topic. in loco à persona genere. f Varro. g Virg. h Matres familiæ.

XLVII. PAVLVS *libro quinquagesimosexto ad Edictum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

i Ex tit. de reiudic. et Conjunge. l. sol. tionum et de solution.

LIberationis i verbum eandem vim habet, quam solutionis.

XLVIII. GAIVS *libro ad Edictum prætoris verbum titulo Qui neque* k *sequantur neque ducantur.*

SOlutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

k Id est, qui tametsi vocantur sequuntur, invitis tamen in ius duci non possunt: Duar. libr. 1. disput. cap. 1. Idas. 31. in Bracidiffi (ait Varro in 4. de L.L.) qui multa bona possident. Vide Plaut. in Pœn. lo. Bonam ego quæ beatam primò dici mauolo. Cuil ter bona dicuntur quia de illi ex ea res æstimantur ac denominantur.

XLIX. VLPIANVS *libro quinquagesimo nono ad Edictum.*

BOnorum appellatio aut naturalis aut ciuilis est, naturaliter bona ea dicuntur, quòd beant, hoc est l beatos faciunt, beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solũ quæ dominij nostri sunt: sed & si bona fide à nobis possideantur, vel superficiaria sint. Æquè bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, nam hæc omnia in bonis esse videntur.

l Vide Plaut. in Pœn. lo. Bonam ego quæ beatam primò dici mauolo. Cuil ter bona dicuntur quia de illi ex ea res æstimantur ac denominantur.

L. IDEM m *libro sexagesimo primo ad Edictum.*

NVrus n appellatio etiam ad proauum, & vltra porrigenda est.

m lib. 34.

n Ex tit. de reb. auth. iud. poss.

LI. GAIVS *libro vicesimo tertio ad Edictum prouinciale.*

Appellat

APpellatione o parentis non tantum pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

o Ex tit. de reb. auther. iud. poss.

LII. VLPIANVS *libro sexagesimo* p *primo [ad Edictum.]*

PAtroni q appellatione & patrona continetur.

p lib. 63.

q Ex tit. de reb. auth. iudic. poss.

LIII. PAVLVS *libro quinquagesimo nono [nono] ad Edictum.*

SÆpe ita comparatum est, vt r coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdũ soluta pro separatis, nam cùm dicitur apud veteres ADGNATORVM s GENTILIVMQVE t pro separatione accipitur, at cũ dicitur SVPER PECVNIAE TVTELAEVE SVAE, tutor separatim sine pecunia dari nõ potest, & cum dicimus QVOD DEDI AVT DONAVI vtraq; continemus, cùm verò dicimus QVOD EVM DARE FACERE OPORTET, quoduis eorum sufficit præstare. cũ verò dicit prætor SI DOMINVM, MVNVS, ORERAS REDEMERIT, si omnia imposita sunt, certũ est omnia u redimenda esse, ex re ergo pro coniunctis habentur, si a quædam

r vt &.

s Gentiles qui dicãtur, Cic. in Topic. in loco à definitione.

t gentilium. que pro.

u pecuniæ tutelave suæ.

u omnia imposita.

a & si.

imposita sunt, cætera non desiderabuntur. Item dubitatũ, illa * verba * OPTIO CONSILIO, quemadmodum accipienda sunt: sententiæ [b] coniungentium, aut separantium. Sed verius est quod & Labeo ait, separatim accipienda: quia aliud factum est eius qui opem, aliud eius qui consilio furtum facit, licet enim alij condici potest, alij non potest. * & * sanè post veterum auctoritatem eo peruentum est, vt nemo [c] videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

b Verum ex sententia. Rectior est Flor. quod & Acc. vidit.

c Furtum videatur.

IIII. VLPIANVS *libro sexagesimo* [d] *secundo* [*ad Edictum.*]

d Libr. 72.

COnditionales [e] creditores dicuntur & hi quibus nondum competit actio, est autem competitura, vel qui spem habent vt competat.

e Extit. de

LV. PAVLVS *libro sextodecimo breuium Edicti.*

CReditor [f] autem is est, qui exceptione perpetua summoueri non potest, qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

f Ex tit. de reb. author. iudi. possid. vide l. qui in nam eod. tit.

LVI. VLPIANVS *libro sexagesimo secundo* [*ad Edictum.*]

COgnoscere [g] instrumenta, est legere & recognoscere, dispungere est conferre accepta & data. Liberorum appellatione continentur non tantùm qui sunt in potestate: sed omnes qui sui iuris sunt, siue virilis, siue fœminini sexus sunt, exve fœminini [h] sexus descendentes.

g Ex l. eo de re. a. iu. iud. possid.

h Fœminini al. masculini sexu. & quibus.

VII. PAVLVS *libro quinquagesimo* [i] *nono* [*ad Edictum.*]

CVi [k] præcipua [l] cura rerum incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt debent, hi magistri appellantur, quin etiã [m] ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores Magistros appellari [n] à monendo, vel monstrando. Persequi videtur & qui satis accepit.

i Et tit. de reb. auct. iud. possid. vbi de magistris, qui adscribebantur rebus vendendis: vt ait Theoph. in Instit.

k & ipsi.

l appellantur.

LVIII. GAIVS *libro vicensimo* [o] *quarto ad Edictum prouinciale.*

LIcet [p] inter [q] gesta & facta videtur quædam esse subtilis differentia: attamen ναυαγμαῖς nihil inter factum & gestum interest. Paternos liberos recte videmur dicere nostros libertos: li-

o lib. 32.

p Extitu. de curat. bon.

q Alciat. l. 6. disp. cap. 2.

berorum [r] libertos non rectè nostros libertos dicimus.

r Liberorum verò nostrorum.

LIX. VLPIANVS *libro sexagesimo octauo [ad Edictum.*

POrtus [t] appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eáque nihilominus statio est conclusa, atque munita, inde angiportum dictum est.

t lib. 66. u Ex tit. de seruitib.

LX. IDEM *libro sexagesimonono [ad Edictum.]*

LOcus [u] est non fundus, sed portio aliqua fundi, fundus autē integrum aliquid est, & plerunque sine villa locum accipimus, ceterum adeo opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, vt & modicus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus, non etiam [x] magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio, & quælibet portio fundi poterit fundus dici, si animo hoc cōstituerimus, necnon & fundus locus constitui potest, nam si cum alio aditum removerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationem non solùm ad rustica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo scribit, sed fundus quidē suos habet fines: locus verò latere

u Ex interdictione quid in loco publ. Vide l. 2. eod. tit.

x non ratio.

y Fundus dicitur constanter. Accurs. & Vilta l. 11. §. qui fundum. ff. de leg. 1. l. 30. ff. de offic. leg.

latere potest, quatenus determinetur, & definiatur.

LXI. PAVLVS *libro sexagesimo quinto [ad Edictum.]*

SAtisdationis [a] appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

a Ex tit. vti possideat. Vbi fit satisdationis mentio.

LXII. GAIVS *libro vicesimo [b] sexto ad Edictum prouinciale.*

TIgni [c] appellatione in lege duodecim Tab. omne genus materiæ, ex qua ædificia conitant significatur.

b lib. 21. c Inst. adeo. §. cum in fine de acq. rer. dom. eadem est interpretatio eiusdem auctoris. Hunc autem Cuiacius apud significari ab Vlp. l. gemma. supra ad exhib.

LXIII. VLPIANVS *[libro septuagesimo primo ad Edictum.]*

PENES [d] TE amplius est, quam APVD TE. nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te est, quod quodammodo [e] possidetur.

d Extra. de lib. exhib. e Atque possidetur. f lib. 30. g lib. 30. ad Senatusconsultum.

LXIIII. PAVLVS *libro sexagesimo septimo [f] ad Edictum.*

INtestatus est non tantùm qui testamentum non fecit: sed etiam cuius ea testamento hereditas adita non est.

LXV. VLPIANVS *libro septuagesimo [g] secundo ad Edictum.*

HEredis [h] appellatio non solùm ad proximum heredem, sed & ad vl-

h Ex l. Pomponius. de acquir. poss.

teriores refertur, nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

i lib. 66.

LXVI. IDEM *libro septuagesimo quarto ad Edictum.*

MErcis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

k Veluti vinum, oleum, frumentum. l. vlt. de condictit. vide l. 207.

LXVII. IDEM *libro septuagesimo sexto ad Edictum.*

l libro 77.

ALienatum [m] non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicetur. Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

m Extitu. de litigios.

LXVIII. IDEM *libro septuagesimo septimo ad Edictum.*

n Extitu. de pract. stipul.

ILla [n] verba ARBITRATV LVCII TITII FIERI, ius significant, & in seruum non cadunt.

o lib. 73.

LXIX. IDEM *libro septuagesimo octauo ad Edictum.*

p Extitu. de pract. stipu.

HÆc [p] verba CVI REI DOLVS MALVS [AVERIT, AVE RIT] generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque ad hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

LXX.

LXX. PAVLVS *libro septuagesimo tertio* [q] *ad Edictum.*

q lib. 77.

SCiendum [r] est heredem etiam per multas successiones accipi: nam [s] paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO [t] HERES ESTO: vbi heredis heres non continetur, quia incertus est. item in lege Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum vt ingratum accusare, non etiam si heredi heres extiterit. idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non ex successione effectus. Verba IS AD QVEM EA RES pertinet, sic intelliguntur, vt qui in vniuersam dominium [u] vel iure ciuili [x] vel iure prætorio succedit, contineatur.

r Ex titu. de pract. stip.

s Nam in paucis.

t filio meo.

LXXI. VLPIANVS *libro septuagesimo nono ad Edictum.*

u Ex titu. de pract. stipu. continge. l. 2. si cui plus quàm per legem Falc.

ALiud [u] est capere, aliud accipere. Capere, cum effectu accipitur, accipere, & si quis non [x] accepit vt habeat, ideóque non videtur quis capere quod erit [y] restituturus. sicut [z] peruenisse propriè illud dicitur quod est re-

x non sic.

y est restituturus.

z sic &.

mansurum. Hæc verba HIS REBVS RECTE PRAESTARI, hoc significant, ne quid [a] periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

a ne quod.

LXXII. PAVLVS *libro septuagesimo sexto [ad Edictum.]*

APpellatione [b] rei pars etiam continetur.

b lib. 73. c Ex tractatu de prætor stip. Exempl. sunt in cap. sequentibus, & duobus superioribus. d Caius li. 30. e contineri.

LXXIII. VLPIANVS [d] *libro octogesimo [ad Edictum.]*

HÆc verba in stipulatione posita EAM REM RECTE RESTITVI, fructus cõtinent RECTE enim verbum pro viri boni arbitrio est.

LXXIIII. PAVLVS *libro secundo ad Edictum ædilium curulium.*

SIgnatorius [f] anulus ornamenti appellatione non continetur.

f Exemplum est petendum ex l. ædiles aiunt, de ædil. edict.

LXXV. IDEM *libro quinquagesimo [ad Edictum.]*

REstituere is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

g Idem lib. 2. ad Edictum Ædilium Curulium.

LXXVI. IDEM *libro quinquagesimo primo ad Edictum.*

DEdisse [i] intelligendus est etiam is qui permutauit, vel compensauit.

h Ex ciuit. de lib. caus. i Vlpianus.

LXXVII. IDEM [*libro quadragesimo nono ad Edictum.*] Fru-

FRugem [k] pro reditu appellari, non solum * quod * fruméti, aut leguminibus: verum [m] & * quod * ex vino, [n] syluis cæduis, cretifodinis lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse: nemo enim carnem, [o] aut aues, ferásve, aut poma fruges dici. frumentum autem id esse, quod arista [p] se tenear, rectè Gallum definisse lupinum verò & fabam fruges potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

k Ex ide aqua plu. arc. l quod ex frumento al. pro frumento. m Verum & pro eo. n Vel ex syluis. o Carnes. p In se. q lib. 4.

LXXVIII. PAVLVS *libro tertio ad Plautium*

INterdum proprietatem quoque verbum possessionis significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset, respondum est.

r lib. 31.

LXXIX. IDEM *libro sexto [r] ad Plautium.*

IMpensæ [s] necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Veiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non [t]] deteriorem esse non siuant: ex quibus reditus mulieri adquiratur, sicuti arbusti palinationes vltra quàm

s Ex l. 29. de iure dot. t Malè in aliis deest hæc negatio.

quàm necesse fuerat: item doctrinam puerorum. quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. in his impensis & pistrinum & horreum insulæ dotali adiectum plerumque dicemus. Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent. vt sunt viridia[v] & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ[x].

Vide Vlp. ea. Instit. vt. & Gaium in li. 50. ff. de pec. dota.

v Viridiaria. al. viridaria.

x & pictura.

LXXX. IDEM *lib. nono ad Plautium.*

IN generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim Tabularum.

LXXXI. IDEM *libro decimo ad Plautium.*

CVm prætor dicat, vt opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo [y] restitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

y Coniunge l. 22. & l. vlt. ff. vsufr. hab.

LXXXII IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

VErbum[z] AMPLIVS ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: excuti ex contrario minus solutum videtur, etiam si nihil esset exactum.

z Ex l. amplius. rem rat. hab.

LXXXIII.

LXXXIII. IAVOLENVS *libro quinto ex Plautio.*

PRopriè bona dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent.

LXXXIIII. PAVLVS *libro secundo [a] ad Vitellium.*

FIlij appellatione omnes liberos intelligimus.

LXXXV MARCELLVS *libro primo Digestorum.*

NEratius Priscus tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est.

LXXXVI. CELSVS *libro quinto Digestorum.*

QVid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter [c] se habent, vt bonitas, salubritas, amplitudo?

LXXXVII. MARCELLVS *libro duodecimo [d] Digestorum.*

VT Alfen. ait, vrbs est Roma, quæ muro cingitur. Roma est etiam qua continentia ædificia essent, nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine eo Tidiana posse intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra vrbem habitaremus.

a lib. 3.

b Ex l. 9. de seruit. l. 8. quæ a modum seruit amitt. Hic similiter dicitur qualiter se habens in l. 12. eod. tit. Duar.

c Idest, qualitatib. quibus dam affecta & prædita. Ita quoque locutus est l. qui fundum quæ admo. seru. amis. Male ergo reposuit Alc. equaliter.

d lib. 5.

LXXXVIII.

2 qua

LXXXVIII. CELSVS *libro octauo decimo Digestorum.*

f *Propemodũ tantum.* g *sic enim.*

TAntũ[f] quisque pecuniæ relinquit quantum ex bonis eius reliqui potest. sic[g] dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in prædiis cæteris{que} similibus rebus habeat. non idem est in fundo alieno legato quamquam is hereditaria pecunia parari potest, neque quisquam eum qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari[i] potest.

h *quamquam in fundus.*

i *comparari.*

LXXXIX. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

k *ad senatusconsultum.* l *genere al. nomine.*

BOues magis armentorum quàm iumentorum generis[l] appellantur. Hoc sermone DVM NVPTIARVM primæ nuptiæ significantur. interedere & reddi[m] rationes, multum interest, nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, [n] etiam si quod reliquum sit apud eum non soluat.

m *reddere.*

n *iubetur.*

XC. VLPIANVS *libro vicensimo septimo ad Sabinum.*[o]

o *ad senatusconsultum,* p *Cuiuncge l. 6. cõmun. præd.*

QVi[p] vti optimæ maximæque sũt, æ{que} les tradit, non hoc dicit seruitutem illis deberi: sed illud solùm, ipsas ædes liberas esse, hoc est nulli seruire.

XCI.

XCI. PAVLVS *libro secundo Fideicommissorum.*

q *Cuiunge l. 13. ad Trebel.*

MEorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

XCII. IDEM *libro septimo [Quæstionum.]*

PRoximus est, quem nemo antecedit, rr supremus est, quem nemo sequitur.

r r *Etiamsi solus sit. l. 155 hic. quamuis proprie explurib⁹ dicatur. l. 1. §. proximus, ff. Vide eg. l. 34 ff. de verb. & rer. sign. Lib 24.*

XCIII. CELSVS *libro nonodecimo Digestorum.*

MOuentium[s] item mobilium appellatione idem significamus. si tamen appareat, defunctum animalia dimittere, quia se ipsa mouerent, mouentia vocasse, quod verum est.

s *Mouentia proprie dicuntur, quæ per se mouentur, vt animalia, sicut & l. 1. ff. de adil. edict. Mobilia vero quæ anima carent, vt vasa tamen ple-*

XCIIII. IDEM *libro vicensimo Digestorum.*

VErbum[t] reddendi quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

t *Vsurpantur confunduntur. l. 2. ff. de supp. l. 5. §. acta per se ipsa mouentur.*

XCV. MARCELLVS *libro quartodecimo Digestorum.*

u *Cuiunge l. cum quidam 22. de legib. & lib. 20.*

poteſt

POtest reliquorum appellatio & vniuersos significare.

XCVI. CELSVS *libro vicensimo quinto Digestorum.*

[a] Cic. in Top. in loco à definitione per translationē verbi.

LItus [a] est quousque maximus fructus à mari peruenit, idque Marcus Tullius aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse. Prædia dicimus aliquorum esse, non vtique communiter habentium ea, sed [vel] alio aliud habente.

XCVII. IDEM *libro trigensimo secundo Digestorum*

[a] Lucij Titij.

CVm stipulamur, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE TITII AD TE PERVENERIT? res ipsas quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videmur.

XCVIII. IDEM *libro trigensimonono Digestorum.*

[b] Lib. 22.

[c] Conuenge l. 3. §. minorem de minor. supra. [d] Bisextus. [e] Calendas. [f] Sexto.

CVm [c] bisextum Calendis [d] est, nihil refert, [vtrum] priore, an posteriore die quis natus sit: & deinceps sextum [e] Calendas eius natalis dies etiam id Viduū pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalarum non est, sexto Calendas natus, cum bisextum Calendis est, priorem diem natalem habet. Cato puta mensem intercalarem additicium

ticium esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Februarij adtribuit Quintus Mucius. mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

XCIX. VLPIANVS *libro primo de officio consulis.*

[a] Præconsulis Ciceronis. l. 1. oratione, de prouis. [b] debemus.

NOtionem [b] accipere possumus, [i] & cognitionem & iurisdictionem. Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ iunctæ sunt: vt puta Galliam. sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur. Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficile erit separare. quæ enim proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde [k] dignoscemus, si impræsentiam [l] personæ quæ instruere possit, dilatio petatur. puta quia actum gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus: putem [m] videri instrumentorum causa per dilationem.

[k] Vide dignoscimus. [l] in præsentia potissimus. [m] Proco Iulio. [n] Carissimi dicebatur, qui ordinis Senatorij erant. Dua 2. Dissens.

C. IDEM [n] *libro secundo de officio consulis.*

SPeciosas personas accipere debemus clarissimas [o] personas vtriusq;

sexus.item eorum, quæ ornamentis ornatoriis vruntur.

p Lib. 1.

CI. MODESTINVS *libro nono* P *Differentiarum.*

INter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur, sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vritur. Discrimen inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium verò sponsæ remitti videtur.quod & in vxoris persona non absurdè cadit. Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium verò perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum exciderit, nam q & luscus, * itaque vitiosus est. Sed uis r legatis etiam ancillas deberi quidam putant: quasi commune nomen vtrunque sexum contineat.

a Ita & vtique.

r Coninge l. seruo. 11. de leg. 3.

CII. IDEM *libro septimo Regularum.*

DErogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cum pars detrahitur. abrogatur legi, quum prorsus tollitur.

CIII. IDEM *libro octauo Regularum.* Licet

LIcet [a] capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur,tamen [b] appellatio capitalis, mortis vel amissionis ciuitatis intelligenda est.

a Hæc inscriptio ostendit sumptum esse hoc ex tractatu de Publ. iu. & de Panis. sicut l. 33. de adult. l. 6. de vi priuat. l. 23. de sicariis l. 13. de panis fortasis & ex l. 9. de iur. patron.

b Alij non tam mortalij pœna tamen Sequere Flor. c Alc. lib. 4. Disp. c. 22. d Coninge l. 2. de excus. tut.

CIIII. IDEM *libro secundo Excusationum,*

[c] Τῶν ἐπιτίμων προσηγορία καὶ τὰς ἐγγόνους ὑπεκτίθησιν. Id est, *Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.*

e Lib. 12.

CV. IDEM *libro vndecimo* [c] *Responsorum.*

MOdestinus respondit, his verbis LIBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS, libertum libertæ testatoris non contineri.

f Extit. de a Em. leg.

CVI. IDEM *libro singulari* [f] *de Præscriptionibus.*

DImissoriæ literæ dicuntur, quæ vOlgo Apostoli dicuntur,dimissoriæ autem dictæ, quòd [g] causa ad eum qui appellatus est,dimittitur.

g Lib. 12. h quòd per eas causa

CVII. IDEM *libro tertio Pandect.*

ADsignare libertum hoc est, testificari cuius ex liberis libertum eum esse voluit.

CVIII. IDEM *libro quarto Pandectarum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEbitor[i] intelligatur is, à quo in tempore exigi pecunia potest.

CIX. IDEM *lib. v. Pandectarum.*

BOnæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse, aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.

CX. IDEM *lib. VI. Pandectarum.*

SEquester[k] dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod cum currenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.

CXI. IAVOLENVS *libro sexto ex Cassio.*

CEnseri[l] est constituere, & præcipere. vnde etiam dicere solemus, censeo hoc facias: & semel[m] aliquid censuisse inde censoris nomen videtur esse tractum.

CXII. IDEM *libro vndecimo ex Cassio.*

LItus publicum est earenos, quam maxime fluctus exæstuat[o]: idémque iuris est in lacu, nisi is totus privatus est.

CXIII.

[i] *Supra l. 10. Iurisc. huius vocis significationem ostendit: hic strictius rem: vt qui sub conditione vel in diem debeat proprie debitor nõ sit. & Tertull. in lib. de restitut. carn. Hinc sequester Dei & hominum appellatus ex vtriusque parte depositum remisse sibi. Idē lib. de pœnitent. Adeò sanctis id dictum pœnitentiæ sequester est deus, & inimicum deposueris penes eum, vbi est. Vide Gel. lib. 20. ca. 1.*

[l] *Censere. Item & senatus. Item Quatenus. [m] exæstuat, & æstuat.*

CXIII. IDEM *libro quartodecimo ex Cassio.*

MOrbus sonticus est, qui cuique rei nocet[p].

CXIIII. IDEM *libro quindecimo [ex Cassio.]*

SOluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

CXV. IDEM *libro quarto Epistularum.*

QVæsio est, fundus à possessione vel agro vel prædio quid differat. Fundus est omne, quidquid solo tenetur[q], ager est, [si] species fundi[r] ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. quidquid enim adprehendimus cuius proprietas ad nos nõ pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. possessio ergo vsus, ager proprietas loci est. Prædium vtriusque suprascripta[s] rei generale nomen est, nã & ager & possessio huius appellationis species sunt.

CXVI. IDEM *libro septimo Epistularum.*

QVISQVIS MIHI ALIVS FILII FILIVSVE HAERES ESSET, Labeo ait non videri filiã continere. Proculus contra: mihi Labeo vide-

[p] *Vel qui cuiusque rei agẽdi impedimento est ait Marcellus. l. 6. de reiud. Sunt qui omnes res significari, hoc nomine, & dicam esse oportere causam quamobrem per alium mulierem. Festus.*

[q] *Continetur. Fundus nomẽ iuris est l. cog. 16. §. quæritur. ff. ad Trebel.*

[r] *Qui ad vsum. al. quæ ad vsum.*

[s] *Suprascriptarei.*

[t] *Alt. Labeo.*

tur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis respondit, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit.

a Libr. 1.

CXVII. IDEM *libro nono a Epistularum.*

NOn potest videri minus solui isse, si in b quem amplioris summæ actio non competit.

b Minus aut amplius.

CXVII. POMPONIVS *libro secundo ad Quintum Mucium.*

HOstes * hi sunt, qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus: cæteri latrones, aut prædones sunt.

* Ergo non vt ab hostibus capti, ita qui à latronibus detinentur statũ mutant. l. 13. ff. qui testã. fac. l. 19. §. à piratis ff de cap. & p. fil.

CXIX. IDEM *libro tertio* [*ad Quintum Mucium.*]

HÆreditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hæreditatem. iuris enim nomen est, sicut bonorum possessio.

c Vtiquisque.

CXX. IDEM. *libro quinto* [*ad Quintum Mucium.*]

VErbis legis duodecim tabularum his, VT c LEGASSET SVAE REI, ITA IVS ESTO, latissima potestas tributa videtur & heredis d instituendi, & legata & libertates dãdi, tutelas quoque constituendi: sed ide interpre

d Heredis.

pretatione coangustatũ est vel legum, vel auctoritate iura constituentium.

e Sed id vel auctoritate legum coangustatum est, vel interpretatione iura constituentium.

CXXI. IDEM *libro sexto* [*ad Quintum Mucium.*]

VSura pecuniæ, quam percipimus in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione.

CXXII. IDEM *libro octauo ad Quintum Mucium.*

SErmus f ait, si ita scriptum sit, FILIO, FILIIS QVE MEIS NOSCE TVTORES DO, masculis duntaxat tutores datos: quoniam singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum quem singularis prior positus habuisset. hoc facti, non iuris habet quæstionem: potest enim fieri, vt singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. quod magis rationabile esse videtur.

f Coniunge l. 4. de le. 3. §. 2.

CXXIII. IDEM *libro vicesimo sexto ad Quintum Mucium.*

VErbum ERIT interdũ etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat, quod est nobis necessarium scire, & codicilli ita confirmati

testamento fuerint, QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT vtrum ne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scripros codicillos quis reliquat. quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. quemadmodum autem hoc verbum EST non solùm præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc verbum ERIT non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat. nam cum dicimus, LVCIVS TITIVS SOLVTVS EST [AB] OBLIGATIONE & præteritum, & præsens significamus sicut hoc [h], LVCIVS TITIVS ALLIGATVS [i] EST. & idem fit, cum ita loquimur, TROIA CAPTA EST. nō enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

CXXIII. PROCVLVS *libro secundo* [k] *Epistularum.*

HÆc verba ILLE AVT ILLE non solùm disiunctiua: [l] sed etiam subdisiunctiuæ [m] orationis sunt, disiunctiuum est, velunti cum dicimus, AVT DIES AVT NOX EST, quorum posito altero, necesse est tolli alterū. item sublato

§. Articulus est, præsentis temporis in se demonstratione tantum cōtinere traditur. l. 34 ff. de damno. Glandibus rhasticis, quibus interdictis præteritum vtrique, vtrunque tempus completur. l. 3. §. deinde ff. ne quid in loco pub. l. 1. ff. de Fluminib. Hjr.

h Obligatus.

k Libro 5.

l Disiunctiua.

m Subdisiunctiua.

sublato altero, ponī alterum. ita simili figuratione verbum potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiui [n] autem genera sunt duo: vnū, cum ex propositis finibus ita non potest vtrq; esse, vt [p] possit neuter esse: veluti cū dicimus, AVT SEDET, AVT AMBVLAT. nam vt nemo potest vtrūque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, vt possit vtrumq; esse: veluti cum dicimus, OMNE ANIMAL AVT FACIT, AVT PATITVR. nullum est enim quod nec faciat nec patiatur. at potest simul & facere & pati.

n Subdisiunctiuorum.

o Vtrunque.

p Neutrum.

CXXV. IDEM *libro quinto* [q] *Epistularum.*

NEpos Proculo suo salutem ab eo qui ita dotē promisit, CVM COMMODVM ERIT, DOTIS FILIAE MEAE TIBI ERVNT AVREI CENTVM, putasne protinus nuptiis factis dotem peti posse: quid si ita promisisset, CVM POTVERO, DOTI ERVNT, quòd si aliquā vim habeat posterior obligatio, POSSIT verbum quomodo interpretaris? verum ere alie-

q Libro 5.

r Erunt tibi centum?

no deducto, an extante? Proculus: cum dotem quis [ita] promisit, CVM DOTI TVERO DOTI TIBI ERVNT CENTVM: existimo ad id quod actum est, interpretationem redigendam esse. nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his quæ significantur, sensit, proprius est tamen, vt hoc cum sensisse existimẽq; deducto ære alieno patero. potest etiam illa accipi significatio, cum salua dignitate mea potero. quæ interpretatio eo magis accipienda est, si ita promissum est, CVM COMMODVM ERIT, hoc est, cum sine incommodo meo potero.

a Doti erunt aurei centũ: putasne proximum.

t Quod deducto.

CXXV. IDEM *libro sexto Epistularum.*

SI cum fundum tibi darem, legemve dixi, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE ESSET, & adieci ius fundi deterius factũ non esse, per dominum præstabitur. amplius eo præstabitur. nihil: etiã si prior pars, qua scriptum est, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE SIT, liberum esse significat, eoque si posterior pars adiecta non esset, liberũ præstare deberẽ: tamen inferiore parte satis me liberatũ puto, quod ad iura attinet ne quid aliud præstare debeam.

u debere.

quàm

quàm ius fundi per dominum deterius factum non esse.

CXXVI. CALLISTATVS *x libro quarto de Cognitionibus.*

x Paulus li. 2. Manualium.

VEstis appellatione tã virilis quàm muliebris & scænica, etiam si tragica aut citharœdica sit, continetur.

CXXVII. VLPIANVS [*libro primo*] *ad legem Iuliam & Papiam.*

SPadonum generalis appellatio est. quo nomine tam y hi qui natura spadones sunt, item thlibię, & blasię: sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

y Tum hi.

CXXX. PAVLVS *libro primo z ad legem Iuliam & Papiam.*

z libro 21.

QVi mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur: quia nũ quam liberi appellari potuerunt.

CXXX. VLPIANVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

LEge obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit & eam quę ex testamento defertur: quia lege decim tabularum testamentarię hereditates confirmantur.

CXXXI.

CXXXI. IDEM *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ALiud fraus[a] est, aliud pœna, fraus enim sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse non potest. pœna enim noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

§ Inter multam autem & pœnam multum interest: cùm pœna generalis sit nomen, omnium delictorum coercitio[b]: multa specialis peccati cuius animaduersio hodie[c] pecuniaria est, pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet. & multa quidem ex arbitrio ciuis venit, qui multam dicit, pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est, quinimo multa ibi dicitur, vbi specialis[d] pœna non est imposita. Item multam is dicere potest, cui[e] iudicatio[f] data est, magistratus solos, & præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est. Pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit.

CXXXII.

a Fraudem genus cõstituit: pœnam verò speciem.

b Coercitio.

c Cum ex lege 12. Tabu. pecuniaria esset: vt ex Festo in verbo, multa, & peculatus, intelligere est.

d Quia.

e Specialiter.

f Adiudicatio.

CXXXII. PAVLVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. & consuetudo loquendi id ita esse declarat. ANTE DIEM DECIMVM KALENDARVM, POST DIEM DECIMVM KALENDARVM * neque vtro enim sermone vndecim dies significantur[h].

§ Falsum est eam periisse, cui mortuus filius exectus est.

a uerò. g decimas. h significatur.

CXXXIII. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.* [i]

SI quis sic dixerit, vt intra diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

i Libro. 3.

CXXXIIII. PAVLVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo[k] sexagesimo quinto die dicitur incipiente plane, nõ exacto die: quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

k trecentesimo.

l monumenta. Melior est Florent.

CXXXV. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

QVæret aliquis, si portentosum, vel monstruosum, vel debile Mulier edide

ediderit, vel qualem [m] visu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat. & magis est, vt hæc quoque parentibus prosint. nec enim est quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, futuris obtemperauerunt: neque id quod fataliter accessit, matri damnum inuitæ gere debet.

m Aliàs inæqualem quem græci ἄτερας appellãt, quasi sine vlla qualitate dicas.

CXXXVI. IDEM *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam*

GEneri appellatione & neptis, & proneptis tam ex filio, quàm ex filia editorum [n], cæterarumque maritos contineri, manifestum est.

n Exteriarum. o Aliqui opinionem quam dã ad hæc legẽ reprehẽdit Duar. libr. 1. Disput. 30.

CXXXVII. PAVLVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

TEr [o] enixa videtur etiam, quæ trigeminos [p] peperit.

p Tergeminos peperit. Trigemini sicut tres vno partu editi: quales fuere Horatij tempore Tullij Hostilij regis Romæ. l. 7. ff. de reb. dub. l. 3. ff. si pars hæred.

CXXXVIII. IDEM *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

HÆreditatis appellatione bonorũ quoque possessio continetur. [q]

q Hæcnãque etiam vniuersitatem successionis iure Prætorio demonstrat. ll. 8.

CXXXIX. VLPIANVS *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

ÆDificia Romæ fieri etiã ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiant, perfecisse ædificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

CXL. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

CEpisse [r] quis intelligitur, quamuis alij adquisiit.

r Coniunge l. senatus. de donat. causa mort. l. 30. de lib. leg.

CXLI. VLPIANVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

ETiam ea mulier cum moreretur creditur filium habere, quæ excisio vtero edere possit. necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore, non habuit, vt puta eum, qui ab hostibus [s] remeauit.

s hostibus captus.

CXLII. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

TRipici [t] modo cõiunctio [u] intelligitur: aut enim [x] re per se cõiunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum. nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominũ & rei complexus iungit: veluti *Titius & Mæuius ex parte dimidia hæredes sunto* vel [ita] *Titius*

t libro 7.

u coniunge l. re coniunctis. de legat. 3. & coniunctos intelligimus: al. intelligitur.

x Explic. gratia. Re coniuncti sunt, quibus separatim res eadem legatur. Titio fundum T. do lego eidem fundum Mæuio do lego.

y Verbis coniuncti, qui eadem oratione partibus definitis coniuncti sunt. vt Titio & Sæio fundum æquis partibus lego. verbis coniuncti sunt, Titio & Sæio hunc fundum lego.

Mæuiusque

Mæuiúsque hæredes sunto. vel *Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes sunto.* videamus autē ne etiā si hos articulos detraxerit, *& quæ.cū* interdū tamē coniunctiones accipi oporteat, veluti *Lucius Titius, Publius Mæuius ex parte dimidia hæredes sunto.* velut, *Publius Mæuius, Lucius Titius hæredes sunto. Sempronius ex parte dimidia hæres esto.* vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia hæres esto. Seius ex parte qua Lucium Titium hæredem instituit, hæres esto.* Iulian[a] dubitauit posse ait, an tres semisses facti sint, ac Titi[b] in eūdē semissem cū Caio Seio institutus sit, sed eo q̄ Sēpronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verissimum esse [c] in eundē semissem duos coniectos & coniunctim hæredes scriptos esse.

a Iuuentius Celsus.
b Titium ait Festus: eā antiquī proprie nuncupabant quæ vxor ea habent nubebatque generi vel alterius etiam paenā constituta est.
c Numa Pompil. vide Gel. lib. 4 cap. 3.

CXLIII. VLPIANVS *libro nono [ad legem Iuliam & Papiam.]*

IDapud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim quod peti potest.

CXLIIII. PAVLVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

LIbro memoralium [a] Massurius scribit, pellicem [b] apud antiquos eam habitam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viBebat: quam [c] nunc verò nomine amicam paulo honestiore concubinam appellari, Granius [d] Flaccus in libro de iure Papiriano scribit. pellicem nunc vOlgo vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat, quosdam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quàm παλλακὴν Græci vocant.

c Eam, quæ nunc.
d Gaius.

CXLV. VLPIANVS *libro decimo [ad legem Iuliam & Papiam.]*

VItius [e] appellatione interdū etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

e Ex tit. de iur. patr. vbi disputatur de lege Papia.

CXLVI. TERENTIVS CLEMENS *libro secundo [ad legem Iuliam & Papiam.]*

SOceri, socrus appellatione auum quoque & auiam vxoris vel mariti contineri respondetur.

CXLVII. IDEM [f] *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi in continentibus * vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur.

f Herennius lib. 3. ad Edictum.
* Continentia pro suburbiis accipiuntur. l. 2. hoc tit.

CXLVIII. GAIVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOn est sine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est, hæc enim

enũtiatio HABET LIBEROS, [NON HABET LIBEROS] semper [g] pluratiuo numero proferuntur: sicut & pugillares & codicilli. [g] pro pluratiuo.

CXLIX. IDEM *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NAm quem sine liberis esse, dicere non possumus: hunc necesse est dicamus liberos habere.

CL. IDEM *libro nono* [h] *ad legem Iuliam & Papiam.* [h] lib. 1.

SI ita à te stipulatus fuero, QVANTO MINVS A TITIO, CONSECVTVS FVERO, TANTO DARI SPONDES? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

CLI. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

DElata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.

CLII. GAIVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

HOminis [i] appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri non dubitatur. [i] Fortè ex l. 13. de suis & legit. hær.

CLIII.

CLIII. TERENTIVS CLEMENS *libro vndecimo* [k] *ad legem Iuliam & Papiam.* [k] lib. 12.

INtelligendus est mortis tẽpore fuisse, qui in vtero relictus est.

CLIIII. MACER *libro primo ad legem vicesimam.*

MIlle passus non à miliario [l] vrbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt. [l] mico.

CLV. LICINIVS RVFINVS *libro septimo* [m] *Regularum.* [m] lib. 6.

PRoximi appellatione etiã ille continetur, qui solus est.

CLVI. IDEM *libro decimo Regularum.*

MAiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiã si duobus mensibus possederit: si modo aduersarius eius aut paucioribus * diebus * aut nullis possederit.

CLVI. AELIVS GALLVS *libro primo de verborum, quæ ad ius pertinent significatione.*

PAries est, siue murus siue maceria est. Item via est, siue semita, siue iter est.

CLVIII. CELSVS *libro vicesimo* [n] *quinto Digestorum.* [n] lib. 31.

IN vsu iuris frequenter vti nos Cascellius ait singulari appellatione cum plura generis eiusdem significarentur vellemus: nam multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede [a] cauere, *si ea res secundum me heredémve meum iudicata erit.* & rursus, *quod ob eam rem te heredémve tuum*, nempe æquè si plures heredes sint, continentur stipulatione.

[a] Heredem.

[p] Seneca de benef. lib. 3. Res alienum habere dicitur & qui ea reus debet, & qui eorum forma publica percussit æquale apud Lacedæmonios fuit, &c.

CLIX. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

ETiam aureos nummos æs dicimus. [p]

CLX. IDEM *libro secundo ad Sabinum.*

CÆterorum [q] & reliquorum appellatione etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit [r] circa eum, cui optio serui legata est, ceteri Sempronio: nam temptat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

[q] Coniunge. l. 1. de opt. leg.

[r] Marcellus ait.

CLXI. IDEM *libro septimo ad Sabinum.*

NOn est pupillus, qui in vtero [s] est.

[s] Sed vide an mater quæ dotem portia est. Videtur hic Vlp. lata significatione pupillum accipere pro quocunque infante.

CLXII. POMPONIVS *libro secundo ad Sabinum.*

IN vulgari substitutione, qua ei, qui supremus morietur, heres substitutus

tur, rectè substitutus etiam vnico intelligitur: exēplo duodecim Tabularum, ex quibus proximus adgnatus & solus habetur. §. Si quis ita in testamēto scripserit, *si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto:* mortuo filio Damas liber erit, licet enim accidant [t] & viuis, sed [u] vulgi sermone etiam mors significatur.

[t] Accidat al. aliqua accidant.

[u] Sed tamen vulgi.

CLXIII. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

ILla verba, OPTIMVS, MAXIMVSQVE, vel in eum cadere possunt, qui solus est, sic & circa edictum prætoris suprēmæ tabulæ habentur & solæ.

[a] Aureos al. aureos.

[b] Appellant al. appellar.

[c] Senatusconsultorum.

[d] Coniunge l. 3. de testam. tut. l. 17. de legat. 1. l. de oper. lib. l. 3. de assig. libe.

[e] Non bene calere.

[f] Portionis. de hac autem partitione vide §. sed quia de fideic. hared. Tollit.

[g] Iuberi.

§ Pueri appellatione etiam puella significatur. nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον [a] communiter appellatur [b].

CLXIIII. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum* [c].

NOmen [d] filiarum & in postumam cadere, quæstionis non est. quamuis postumæ non cadere in eam, quæ iam in rebus humanis sit, certum sit.

§ Partitionis [f] nomen semper diminutum significat: sed prout est adiectum: potest enim iuberi [g] aliquis & maxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam [h] partiri: posse & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

§ Habere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

CLXV. POMPONIVS *libro quinto* [i] *[ad Sabinum.]*

VEnisse [k] ad heredem nihil intelligitur nisi deducto ære alieno.

CLXVI. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

VRbana [l] familia, & rustica nō loco, sed genere distinguitur, potest enim aliquis dispensator non esse seruorum vrbanorum numero: veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispensēt, ibique habitet, non multum [m] abest à villico. Insularius [n] autē vrbanorum numero est, videndum tamen est, ipse dominus, quorum loco quemque habuerit: quod ex numero [o] familiæ, & vicariis apparebit.

§ Pernoctare extra vrbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. PER enim totam noctem significat.

CLXVII. VLPIANVS *libro vicesimo quinto ad Sabinum.*

CArbonum [p] appellatione [q] materiam * non cōtineri, sed an lignorum: & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorū gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna coacta, ne fumum faciant, vtrū ligno, an carboni an suo generi adnumerabimus? & magis est, vt proprium genus habeatur. [r] Sulpurata [s] quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionem, ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit voluntas, idem [t] & de nucleis oliuarū sed & de balanis est, vel si qui alij nuclei: de pinu autē integri strobili ligni appellatione continebuntur.

CLXVIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

PAli [u] & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

CLXIX. IDEM *libro quinto ad Sabinum.* [x]

NOn tantùm [y] in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulatio-

h Partē partiri.

i lib. 16.

k Peruenisse. l. Cuiacius monuit ad titu. de seruit. Instit. hanc l. esse conferendam cum l. seruit. vrbanis. 99. de leg. 3. & legendum esse vbique pro ibique & cibariis, pro vicariis.

m Male quibusdam. tamen multum abest.

n Insularius, seruus insulæ, id est separatæ domus custos, Pomponius. l. 16. §. 1. de vsu & habitat.

o Numerus ordinem etiam significat: Serui ordinarii quibus dominus peculium concessit, negociarique finit. l. si seruus 17. de peculi. Vicarii sunt qui ordinarii vices gerebant quasique subsiderent.

p Ex tit. de penu legata: nam hic errarum est.

q ait Ofilius materiam.

**Materia rei appellatione quæ ex ea cōficitur non venit.*

r Habeant.

s Sulphurata.

t Aleiat. lib. 2. Prater.

u Ex l. 56. de l. 3.

x Ad Senatusconsultum.

y Coniunge. l. in traditionibus. cum pra. l. si aquæ ductus, de contrab. empt. l. si tibi libera. de act. empt.

nibus, & testamentis adiectio hæc ni optimus maximúsque est, hoc significatur vt liberum præstetur prædium, non vt etiam seruitutes ei debeantur.

CLXX. VLPIANVS *libro tricesimo*[a] *tertio ad Sabinum.*

a Libro tricesimo ad Senatusconsultum.

HEredis appellatione omnes significari successores credendum est etsi verbis non sint expressi.

CLXXI. POMPONIVS *libro sexto decimo ad Sabinum.*

PEruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit[b], vt in hereditate à liberto per patronum filium familias patri eius adoptiuo adquisita responsum est.

b Peruenerit.

CLXXII. VLPIANVS *libro trigesimo octauo ad Sabinum.*

c Coniunge. l. 3. de legit. hered. Lib. 38. e Collegæ aut Varrò lib. 1. dicuntur qui vna lecti sunt. Quin & coheredes collegæ dicuntur, l. 101. ff. de solut. & qui eadem legatione funguntur. l. 2. C. de lega. lib. 12.

LIberti[c] appellatione etiã libertam contineri placuit.

CLXXIII. IDEM *libro trigesimo*[d] * *nono* * *ad Sabinum.*

COllegarum[e] appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem potestatis. §. Qui extra continentia verbis est, abest. Ceterum vsque ad continentia non abesse videbitur.

CLXXIIII. IDEM *libro quadragesimo* [*secundo ad Sabinum.*]

ALiud[f] est promittere furem non esse, aliud furto noxáque solutum. qui enim dicit furem non esse, de hominis * proposito loquitur, qui furtis noxáque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

f Coniunge. l. non impossibile. de pactis cum aliis. * Id est, de hominis moribus: & ideo hoc præstare debet quod nunquã furtum commiserit. l. quod si nolit. §. 1. ff. de ædil. ed.

CLXXV. POMPONIVS *libro vicesimo secundo* [*ad Sabinum.*]

FAciendi, verbo, reddendi etiã causa continetur.

§ Lib. 23.

CLXXVI. VLPIANVS *libro quadragesimo quinto ad Sabinum.*

SOlutionis verbo, satisfactionem quoque omnem accipiẽdam placet. soluere dicimus eum, qui fecit quod facere promisit.

h Alcia. lib. 2. Praterm. i Coniunge. cap. 65. de reg. iur. * Quã antiqui collectionẽ hic γενίαν habent, quæ pro quacunque strande, videtur posse accipi, alii ὀλόκληρα. k Lib. 48.

CLXXVII. IDEM *libro quadragesimo septimo ad Sabinum.*

NAtura[h] ea Billationis[i], quã Græci ὑφετὸν * appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

l Coniunge. l. 2. de hared. vend.

CLXXVIII. IDEM *libro quadragesimo nono* [*ad Sabinum.*]

PEcuniæ, verbum[m], non solùm numeratam pecuniam complectitur:

m De hac dictione vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 15.

verùm [n] omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. nam corpora quoque [o] pecuniæ appellatione contineri, nemo est, qui ambiget. [p]

§ Hereditas iuris nomen est, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. hereditas autem vel maximè fructibus augetur.

§ Actionis [q] verbum, & ſpeciale eſt & generale: nam omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio. ſed plerunque actiones perſonales ſolemus dicere, petitionis autē verbo in rem actionis ſignificari videntur. perſecutionis [r] verbo, extraordinarias perſecutiones puto contineri: veluti putà fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.

§ Hoc verbum, DE BVIT, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi [s] fuit perſecutio.

CLXXIX. IDEM *libro quinquagesimo primo ad Sabinum* [t].

INter [u] hæc verba, *quanti ea res erit, vel quanti eam rem eſſe paret*, nihil interest: in vtraque enim clauſula placet veraz rei æſtimationem fieri.

CLXX.

n *Verum etiam.*
o *quæque.*
p *ambigat.*
q *Actionis.*
r *Perſecutionis autem.*
s *Fideicommiſſaria.*
t *Ad Edictum.*
u *Ex l. 1. de iudicium tut.*

CLXXX. POMPONIVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

TVgurij appellatione omne ædificium, quod ruſticæ [x] magis cuſtodiæ [y] conuenit, quàm [z] vrbanis ædibus ſignificatur. Oſilius ait tugurium à tecto, tanquam tegularium, eſſe dictum vt togā, quòd ea tegamur.

CLXXXI. IDEM *libro trigenſimo quinto* [ad Sabinum.]

VErbum illud PERTINERE, [b] latiſſimè patet: nam & eis rebus pertendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſint: & eis, quas iure aliquo poſſideamus, quamuis non ſint noſtri dominij pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint.

CLXXXII. VLPIANVS *libro viceſimo ſeptimo ad Edictum.*

[PAterfamilias] liber peculium [c] nō poteſt habere, quemadmodū nec ſeruus bona.

CLXXXIII. IDEM *libro vicenſimo octauo ad Edictum.*

TAberna [d] appellatio declarat omne vtile ad habitādum ædificium

x *ruſticæ rei.*
y *cuſtodiendæ.*
z *quā quod.*
a *lib. 29.*
b *Pertinere. vel iure domini vel iure poſſeſſionis, vel quo alio iure res dicitur.*
c *Rectè itaque in Lexicis Latino-græc. peculium definitur* Κτῆσις τῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄν τος τυτ-σιν ὑπὲ, ἢ ἀρχὴν. *BB.*
d *Extit. de Inſtitor. act. vt & ſequent. c. ex quibus tabernam negotiatoriam caupeniam & purpurariam habemus.*

non

e In Nouic. nō po ex eo.
f claudatur.
g lib. 23.
h Vnde.

non [e] ex eo, quod tabulis cluditur.[f]

CLXXXIIII. PAVLVS *libro trigensimo* g [*ad edictum.*]

INde,[h] tabernacula & contubernales dicti[i] sunt.

CLXXXV. VLPIANVS *libro vicensimo octauo ad Edictum.*

INstructam autem tabernam sic accipiemus,[k] quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis[k] constat.

i accipimus.
k parata.

CLXXXVI. IDEM [*libro trigensimo ad Edictum*]

COmmendare[l] nihil aliud est, quam deponere.

l Extit. de deposito.

CLXXXVII. IDEM *libro trigensimo secundo* [*ad Edictum.*]

VErbum,[m] *exactæ pecuniæ*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam ad legationem.

m Extl. de hæred. vend.

CLXXXVIII. PAVLVS *libro*[n] *trigensimo tertio ad Edictum.*

n Idem libro.

HAbere[o] duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero obtinere sine interpellatione, id, quod quis emerit.

o Extit. de euictio.

§. Cautum intellegitur, siue personis siue rebus cautum sit.

p lib. 24.

CLXXXIX. IDEM *libro trigensimo quarto* [*ad Edictum.*] Face-

FAcere[q] oportere & hanc significationem habet, vt obtineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret: & curaret ne fiat.

q Male in nonnullis non oportere.

CXC. VLPIANVS *libro trigensimo quarto ad Edictum.*

r lib. 26.

PRouinciales eos accipere debemus qui in prouincia domicilium * habent: * non eos, qui ex prouincia oriundi sunt.

CXCI. PAVLVS *libro trigensimo quinto* [*ad Edictum*]

INter[s] diuortium & repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: non rectè autem sponsa diuortisse dicitur. quod[t] diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas eunt, qui discedunt.

s Extit. de diuor.
t Quando. a lib. 38.
b Extitul. de fur. Cuicunque l. Cum furti.

CXCII. VLPIANVS *libro trigensimo*[a] *septimo ad Edictum.*

HAec adiectio, PLVRIS VE, nō infinitam pecuniam continet, sed modicam: vt taxatio[c] hęc SOLIDOS[d] DECEM PLVRIS VE ad minutulam[e] summam referatur.

de in litem iu. c dumtaxat adiectio hæc. d solidorum. e minusculam

CXCIIII. IDEM *libro trigensimo*[f] *octauo ad Edictum.*

f lib. 2.

HAec[g] verba QVANTI EAM REM PARET[h] ESSE, non ad quod

g Extitul. de fur. h patet.

Universidad de Deusto Biblioteca

quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

CXCIIII. VLPIANVS *libro quadragensimo tertio ad Edictum.*

INter[i] donum & munus hoc interest quod inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo à donando dictum, munus speciem. nam munus esse donum cum causa, vt puta natalicium nuptalicium.[k]

CXCV. IDEM *libro quadragensimo sexto ad Edictum.*

PRonuntiatio[l] sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexum plerumque porrigitur.

§. FAMILIAE appellatio qualiter accipiatur, videamus. & quidem variè accepta est: nam & in res & in personas diducitur. in res, vt puta in lege duodecim Tabularum his verbis, ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM[m] HABETO. ad personas autem

i Alciat lib. 3. Disp. ca. 15

k nuptarum. al. nuptiarum al. natalium l Ex tit. vnde legit.

m Familia quum de personis intelligitur, quinque modis potest accipi: 1. vt certas personas puta liberum contineat 2. vt corpus quoddam, cuius caput iure proprio membra subiecta habet: vt filiorum & nepotum qui in patris familias potestate sunt. 3. corpus in quo non praeeminet alicuius potestas, sed communi omnes iure [...] tur, vt agnati inter se. 4. seruientium turba, qui vetustissimus huius vocis significatus est: antiqui enim Famul. seruum: vnde familiaris, a quo familia. 5. nec ad ius proprium, nec ad commune, neque ad ser[...] uos refertur, sed ad originem & memoriam, vt quum dicimus, [...] est ex Iulia familia, id est, originem à Iulio traxit, A. Alc.

refertur

refertur familiæ significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex: EX EA FAMILIA[n], inquit, IN EAM FAMILIAM[o]. & hic de singularibus personis legem loqui constat. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiā dicimus, plures personas quæ sunt sub vnius potestate, aut natura, aut iure subiectæ, vt puta patremfamilias, matrem familias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, vt puta nepotes, & neptes, & deinceps: pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet. rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. denique & pupillum patremfamilias appellamus: & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamiliarū nomen subeunt. idemque eueniet & in eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris effectus propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus

n familia.
o in ea familia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicimus omnium adgnatorum. nam et si patrefamilias mortuo singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, recte eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. Scitutium, p quoque solemus appellare familias, vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum: sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur, huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa, alia autem parte edicti omnes serui continentur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum. item exhibitoria, si deterior res reddatur eaptoris opera. aut familiæ eius & interdicto vnde vi familiæ appellatio omnes seruos comprehendit: sed & filius continentur. Item appellatur familia plurium personarum quæ ab eius sanguine vltimi genitoris proficiscuntur. sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ. mulier autem familiæ suæ & q caput & finis est.

p Scuticium.

q Caput id est, principium: nam mulier filii earum nomina non seruat, sed patrum vnde ei eis nulla origo familia propagatur, sed cum iis extinguitur.

CXCVI. GAIVS *libro sextodecimo ad Edictum prouinciale.*

Familiæ

FAmiliæ r appellatione & ipse princeps familiæ continetur.

§. Fœminarum liberos in familia earum non esse, palam est: quia qui nascuntur, patris * non matris * familiam sequuntur.

r Ex tit. vnde legit. Sic appellatione militum, Imperator appel. populi, Senatus continebitur. l. 6. de testa. mil. §. plebi. Inst. de testa. nat. seru.

CXCVII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

INdicasse s est detulisse, arguisse, accusasse, t & conuicisse.

s Ex ti. de Senatuscon. Silaniano species est apud Aursium Al. legitur in dicasse rem.

t Vulgo deest accusasse. errat ur in interpunctione.

CXCVIII. IDEM *libro secundo de omnibus tribunalibus.*

VRbana prædia omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si u prætoria voluptati tantùm deseruientia: quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. proinde horum quoque si qui sunt in ædificijs constituti, dicendum sit vrbanorum appel-

u & si.

x Prætorium domus imperatoria est, quæ quocunque milituum imperatorem, aut qui prætorem diceb ant. l. officium. in fi. ff. de re mil. hinc prætorij vocabantur pro senatorij domo accipi cœpit in qua pater familias habitat. Tripartito enim villa dividitur. Prima Vrbana qua & Prætorio inuocatur Palladio, Franc. & Turnebo. 2. Rustica quam villici operæ atque rustica incolunt. Vrbanam & Locat. 3. Fructuaria inquam fructus deuehuntur. vnde & a vehendo villa dicta, Colum. A. Ure.

y Horto.

latione contineri. planè si plurimum horti in reditu sunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij, magis hæc non sunt vrbana.

CXCIX. IDEM *libro octauo de omnibus tribunalibus.*

a *Ex l. 6. de iure. & cura.* b *in eo loco.*

ABsentem[a] accipere debemus eum qui non est[b] eo loci, in quo loco petitur. non enim trans mare absentem desideramus, & si fortè extra continentia vrbis sit, abest. ceterum vsque ad cõtinentia, non abesse videbitur, si non latiter. Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est: sed qui à latronibus detinetur.

CC. IVLIANVS *libro secundo Digestorum.*

c noxiam.

HÆc stipulatio NOXIS SOLVTVM PRAESTARI non existimatur ad eas noxas[c] pertinere, quæ publicam exercitionem, & coertionem capitalem habent.

d *lib. 31.*

CCI. IDEM *libro octogensimo*[d] *primo Digestorum.*

e *respondimus*

IVsta interpretatione recipiendũ est, vt appellatione filij, ficuti familiam familias contineri sæpe respondebimus,[e] ita & nepos videatur comprehendi.

hendi, & patris nomine auus quoque demonstrari intellegatur.

CCII. ALPHENVS VARVS *libro secundo Digestorum.*

f *hæredes.*

CVm in testamento scriptum esset, vt hæres[f] in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret: non licet minus cõsumere. si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

CCIII. IDEM *libro septimo Digestorum.*

g *libro. 8.* h *Conunge. l. in lege locari* i *Cæsar. de publica. & vectigal.* k *domum.*

IN lege censoria portus Siciliæ ita scriptũ erat, *seruos quos domum*[k] *quis duceret suo vsu, pro his portorium ne dato.* quærebatur, si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa: vtrum pro his hominis[k] portorium[l] dare deberet, necne. respondit duas esse in hac scriptura quæstiones: primam, quid esset DOMVM ducere: alterã, quid esset SVO VSV ducere. Igitur quæri solet[m] vtrum vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an duntaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè dicitur? sed de ea re constitutum esse, eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas haberet, suarumque rerum con-

k *hominibus. al. omnibus.* l *Portorium vectigal. est quod pro his mercibus quæ in portu sunt datur: cuius exactor, portitor vocatur.* m *solere.*

stitutionem fecisset. Quid[n] autem esset VSV SVO, magnam habuisse habitationem, & magis placet, [o] quod victus * cui causa paratum est, tantùm contineri. Itémque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent: vtrum dispensatores, insularij vilici, atrienses, textores, operarij quoque rustici, qui agrorum[p] colendorum causa haberentur, ex quibus [agris] paterfamilias fructus caperet, quibus seto leraret: omnes denique seruos, quos quisq; emisset vt ipse haberet * atq; eis ad aliquā rem vteretur, * neque ideo emisset, vt venderet. Et sibi videri eos demum vsus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destinatique essent, quo in genere iunctores, * cubicularij coci, ministratores, atque alij qui ad eiusmodi vsum parati essent numerarentur.

n Cuiuncge l. eum in rem. 21. de auro & arg. leg.
o placere.
* sui.
p alterei.

CIIII. PAVLVS *libro secundo Epitomarum* [*Alfeni*]

PVeri appellatio [q] tres significationes habet: [r] vnā cum omnes seruos pueros appellaremus: alterā, cū puerum cōtrario nomine puellę diceremus: [s] tertiā, cum ętatē puerilē demonstraremus

q appellationem.
r habere.
s dicimus.

CCV.

CCV. IDEM *libro quarto Epitomarum Alfeni.*

QVi [t] fundum [v] vendidit pomum recepit, nuces, & ficos [x], & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius[y] generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci [z] ἀμπελίνας ap pellarent, recepta videri.

t Alcia. lib. 6. Paret. cap. 2.
v Cuiuncge l. qui fundum. de fenit. rustic. prad.
x Ficus.
y Eiusdem.
z Sed est cum meliori lect. al. ἀμπελίτιδας Alcia. libr. 2. Praterm.

CCVI. IVLIANVS *libro sexto ex Minicio.*

VInaria vasa propriè vasa torcularia esse placet: dolia autem & serias tandiu in ea causa esse, quādiu vinum haberent. cum fine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniā ad alium vsum transferri possent, veluti si frumentum in his addatur [a] eādem causam amphorarum esse: vt cū vinum habeant, tum in vasis vinariis: cum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint: quia alius in his addi [d] possit.

a Abdatur. al. condatur.
b Abdi. al. condi.
c Libro 4.
d Ex l. cum quis. de obl. & act.

CCVII. AFRICANVS *libro tertio Quæstionum.*

MErcis [d] appellatione homines nō contineri Mela ait: & ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarios * appellari ait & rectè.

* Qui à mercatoribus mancipia emunt vt rursus vendant venaliciarii sunt: vt mangones seruos vendales expositos ipsi emere præsecupant, vt cariùs vendant: vulgo remendatores dicuntur.

CCVIII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

[a] Bonorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam actius successionis & non singula RES demonstrat.

[a] *Extat l. 4. de collat. bonor. iuncta l. 2. §. 1.*

CCIX. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

[*] Coram Titio aliquid facere iussus non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat: itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat, nō videtur corā eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit quod iussum est.

[*] *Corā Epicharmus aiebat mentem eam esse quæ videat, non autem oculos. qui igitur animo non adest, abesse videtur. Vide notarius si simpliciter scribat rem corā illo & illo gestam, nisi intellexerint puniri pōt. Bald. in l. 1. C. de err. cal.*

CCX. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

[f] Is qui natus est ex mācipiis vrbanis & missus est in villam nutriendus, in vrbanis seruis constituetur.

[f] *Coniunge l. 6. §. de legat. 3. & libro 7.*

CCXI. FLORENTINVS *libro octauo Institutionum.*

Fvndi appellatione omne ędificium & omnis ager continetur: sed in vsu vrbana ędificia, ędes, rustica, villę dicuntur. Locus verò sine ędificio, in vrbe area: in rure autem ager appellatur, idemque ager cum ędificio fundus dicitur.

CCXII. VLPIANVS *libro primo de Adulteriis.*

Præuaricatores [e] eos appellamus qui causam aduersariis suis donant & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicando enim præuaricatores dicti sunt.

[e] *Varices nocua venula sunt in cruribus, quæ propter atram bilem turgescunt. Graci Ixias vel ictus vocant: qui eo morbo laborant resta ire nequeunt.*

CCXIII. IDEM *libro primo Regularum.*

Cedere [h] diem significat incipere deberi pecuniā: venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit, Vbi rutè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies: vbi in diē, cessit dies, sed nondum venit: vbi sub conditione, neq; cessit neque venit dies pendente adhuc conditione.

[h] *Cedit dies cis incipit ea dies res efficaciter ad ius alicuius accedere, licet pendatur alicuius exercitium vt præmodico reparare humanitatis causa indulta. §. fin. inst. de inutil. stip. aut arbitratu iudicis l. 1. & de iure delib. Venit dies quando & obligatio & actio verè & efficaciter orta est. i Rectius scriptum fuisset: ad nostrum: nisi eā verba ex aliqua lege desumpta credamus quam hic Iurisconsultus interpretatur vt dev operumve sic apposita sint, vel (vt Acc. solet loqui) materialiter. k In eo igitur quod soli excellentes intelligunt, erit leuis culpa: vide mox legem 223. eod tit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CCXIIII. MARCIANVS *libro primo Publicorum iudiciorum.*

MVnus [l] proprie est, quod necessarie obimus, lege, more, imperioue eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris [m], officij [n], sed sponte præstantur, quæ si non præstetur, nulla reprehensio est. & si præstentur, plerùque laus inest, sed in summa in hoc vertum est, vt non quodcunque munus, id est, donum accipiatur. at quod donum fuerit, id munus [o] rectè dicatur.

[l] Agitur de duplici muneris significatione: 1. oneris officique quod necessarium subimus: 2. largitionum, quæ ex causa aliqua non tamen necessaria fiunt.

[m] Iure.

[n] Officio.

[o] Latius accepit nomen muneris, vt & dona complectatur & munera, quibus in ciuitate meritis, aut legibus, aut magistratus imperia ciues fungantur. Angustius autem accipitur in l. inter domum 194. ff. de V. S. Quod autem attinet ad verba l. Cincia, censeo munus & donum ita esse accipienda vt accipiuntur d. l. inter vt. donum generale sit, munus vero species, cum quid officii causa datur, quale parentum fuerit Turneb. in locis Cic.

CCXV. PAVLVS *libro de singulari ad legem Fusiam Caniniam.*

POtestatis [p] verbo plura significatur, in persona magistratuum, imperium in persona liberorum, patria potestas, in persona serui, dominium. at cum agimus, de noxæ deditione eũ eo qui seruum nõ defendit, præsentis corporis copiam facultatémque significamus. In q lege [r] Atinia in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, & si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

[p] Quinque potestatis significationes hic enumerantur.

[q] Ex lege.

[r] Gell. libr. 14. noct. Attic. capit. vlt. & li. 17. cap. 7.

CCXVI. VLPIANVS *libro primo ad legem Aeliam Sentiam.*

VErum est eum qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

CCXVII. IAVOLENVS *libro primo ex Posterioribus Labeonis.*

INtet illam conditionem, *Cùm fari potuerit: & Postquam fari potuerit*, multum interest. * nam * posteriorem scripturam vberiorem esse constat: *Cùm fari potuerit*, arctiorem, & id tantummodo tempus significari [s], quo primùm fari possit.

§ Item ita data [t] conditione, *Illud factio in diebus*, si nihil præterea fuisset adiectum in biduo [u] conditionem impleri oportet.

CCXVIII. PAPIANVS *libro vicensimo* [a] * *septimo* * *Quæstionum.*

[s] Significare.

[t] Datam conditionem.

[u] Nam pluralis elocutio duorum numero contenta est l. libertas §. fin. ff. de manumiss.

[a] Libro. 37.

VErbum FACERE omnem omnino faciendi causam complectitur: dandi,[b] soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi [c].

[b] Demandi.
[c] Iter facere dicitur qui ambulat. vnde & stipulatio, Iter fieri. l. 1. ff. de his qui deiect.

CCXIX. IDEM *libro secundo Responsorum.*

IN conuentionibus contrahentium voluntatem potius quàm verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem [d] municipes locauerint: vt ad hæredem eius qui susceperit pertineret: ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.

[d] Vectigales agri ciuitatum, locari solerent. docet Alexander disputat. lib. 3. c. 12. ex Hygino. Sed & quibus casibus appellatio hæredis ad singulares successores pertineat, vide eundem, in l. hæredis. sup. hoc tit.

CCXX. CALLISTRATVS *libro secundo Quæstionum.*

LIberorum [e] appellatione nepotes & pronepotes, cęteriąue qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes [f] appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. totiens enim ges necessarium ducunt [g] cognitionē [h]

[e] Continge l. si dotali soluat matr. Nomen liberorum cum sit collectiuum, plurium gradium, qui fratrem, & eius liberos instituit, ordine successiuo vocari se videbitur: quasi non esset receptum si filius dixisset. l. Gallus. §. 1. de lib. & posth.
[f] Liberorum, [g] Dicunt. [h] In cognitione. al. cognationem

singulorum [i] nominibus vti, veluti FILII, NEPOTES [k], PRONEPOTES, cæterorumque qui ex his descendunt: quotiens non omnibus qui post eos sunt, præstitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. at vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodē genere orti sunt: liberorum appellatione comprehendantur.

[i] Singulatim.
[k] Nepotis pro neptis.

§ Sed & Papirius Fronto libro tertio responsorum ait, prædio eum vilico & contubernali eius & filiis legato, repotem quoque ex filiis cōtineri: nisi voluntas testatoris aliter [l] habeat. filij enim appellatione sępe & nepotes accipi, multifariam placere.

[l] Aliter se habeat.

§ Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum hæredem reliquit.

§ Prętęr hæc omnia natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt: filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, contineri. nec enim dulciore nomine possumus, nepotes nostros, quàm filij, appellare, idcirco filios, filiásve concepimus, atque

atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam ęuum relinquamus.

CCXXI. PAVLVS *libro decimo Responsorum.*

PAulus respondit, falsum tutorem [m] eum verè dici, qui tutor nō est. Qui habenti tutor datus est, siue nō, sicut falsum testamētū quē testamētum non est, & modius iniquus, qui modius nō est.

[m] *Argumentum hinc petēt accipi, tutorem inutiliter datū, propriè tutorē non dici l. 3. de test. tut. sic & testamentū nullū non est propriè testamentū l. 2. §. 1. & quemadmodū test. aper. A. A.*

CCXXII. HERMOGENIANVS *libro secundo Iuris Epitomarum.*

PEcuniæ [n] nomine non solùm numerata pecunia: sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corporales quàm iura continentur.

[n] *Augustinus in lib. de doct. Christ. Totū, inquit, quod homines in terra habent, quarūmque domini sunt, pecunia dicitur, quia antiqui quod habebant in pecoribus habebant. q. 3. c. totum.*

CCXXIII. PAVLVS *libro secundo Sententiarum.*

LAtę culpæ finis est, non intelligere id quod omnes intelligunt.

§ Amicos [o] appellare debemus non leui notitia cōiunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

[o] *Amicitia proprie non hic describitur, quam Græci explicant σύμπνοιαν, ἕξιν ἐν προαιρέσει. sed ea qua honesta consuetudine introducta est. Et quòd prudentum est leges accipiendas esse, quæ causa amicitiæ adsignandæ indulgent. l. sciendum §. si alicuius ff. de legatis.*

CCXXIII.

CCXXIIII. VENVLEIVS *libro septimo Stipulationum.*

VInculorū [b] appellatione, vel priuata vel publica vincula significamus. [c] custodiæ verò, tantùm publicam custodiam.

[a] *libro 5.*

[b] *Quicquid vinctus est, in vinculis esse dicitur, siue publicè à magistratu siue priuatim, vt seruus à domino.*

[c] *Significantur. al. significari.*

CCXXV. TRYPHONINVS *libro primo Disputationum.*

FVgitiuus [d] est, nō is qui solùm consilium fugiēdi à domino susceperit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso [e] ipsō facto fugæ initium mente deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset, vt etiam [f] is, qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam mœremfamilias corruperit, si modo eius mentis sit, vt occasione data id committurus fuerit. tamen oportere [h] eadem hæc crimina adsumpto actu intelligi: & ideo fugitiuum quoque, & errorem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu [i] intelligi constat.

[d] *Extitul. de fugit.*

[e] *In ipsum factum.*

[f] *Manlius.*

[g] *Etiam hunc.*

[h] *Oportet.*

[i] *Facto.*

CCXXVI. PAVLVS *libro primo Manualium.*

Magna

MAgna negligentia culpa est, magna culpa dolus est.

CCXXVII. IDEM *libro secundo Manualium.*

EX illa parte edicti *Tum* [k] *quem heredem esse oportet*, hæredis hæredibus bonorum possessio non defertur. Item in substitutione in his verbis *Quisquis mihi hæres erit*, proximus hæres tantùm significatur, imò non tantùm proximus hæres, sed etiam scriptus.

[k] *Male nonnulli eũ quæ hic legunt.*

CCXXVIII. IDEM *libro singulari de Cognitionibus.*

MVnicipes intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt.

CCXXIX. IDEM *libro singulari de Tacitis fideicommissis.*

TRansacta finitáve intelligere debemus non solùm [l] quibus cõtrouersia fuit, sed etiam quæ sine controuersia sint possessa.

[l] *De quibus.*

CCXXX. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Orficianum.*

VT [m] sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

[m] *Ex l. 1. & 6. ad Tertu.*

CCXXXI. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.*

Quod

QVod [n] dicimus eum qui nasci speratur, pro superstite esse, tunc verum est, cum de ipsius iure quæritur. aliis autem non prodest nisi natus [o].

[n] *Commnge. l. aquisitiuũ. ad Tertul.*

[o] *Natus sit.*

CCXXXII. CAIVS *libro primo de verborum obligationibus.*

HÆc [p] enunciatio, *Quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

[p] *Ex l. si à 112. de fideicommiss.*

CCXXXIII. IDEM *libro primo ad legem duodecim tabularum.*

SI CALVITVR [q] ET MORETVR ET PRVSTRETVR, inde & calumniatores appellati sunt: quia [r] per fraudem & fruitrationem alios vexarent litibus, inde & caBillatio dicta est.

[q] *Calumniatur. al. cauillatur. Retiter est Flo. id est frustratur.*

[r] *qui per.*

§ Post Kalend. Ianuarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.

§ Telum vOlgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur, dicumque ab eo quod in longinquum mittitur: Græca voce figuratum [s] ἀπὸ τοῦ βάλλειν, & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine; nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, eoque nomine vOlgo quidem

[s] *Aleiat. li. 2. Praterm.* [t] παλίδρομος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

demid significatur, quod ab arcu mittitur: sed nō minus omne significatur quod [eō] mittitur manu, [ἀπὸ τοῦ βάλλειν]. Admonet nos Ἕνιοχος, nā ita scribit, ἡ γὰρ βιλὰ ὁ μονοιὸ ἱρινὰ λέγεται, τὰ δὲ βέλεμνα, σφενδόναι· πλῆθει δὲ ἡ λίθοι.

id quod ab arcu mittitur apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

CCXXXIIII. IDEM *libro secundo ad legem duodecim tabularum.*

QVos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabāt, per ejus adiectionem indicantes cum quibus bellum esset.

§ Locuples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.

§ Verbum viuere quidam putāt ad cibum pertinere. sed Ofilius ad Atticū ait his verbis & vestimenta & stramenta contineri. sine his enim viuere neminem posse.

CCXXXV. IDEM *libro tertio ad legem duodecim tabularum.*

FEtri propriè dicimus, quæ quis suo corpore VaiOlat. portari ea quę quis

u Vt ἀκόντιον & id. x & telum. y Locupletem, antiqui locerum, id est, agrorum plenum appellabant. Eum hic intelligimus qui satis & idonee habet, in rebus tamen immobilibus pro magnitudine rei, in qua fideiussor adhibetur. z Hoc nomine significatur omne quod sola sternendæ causa quiescendi, vt storea, phormintes, palea & matta. A.

quis iumento secum ducit, agi ea quæ animalia sunt.

§ Fabros a [lignarios dicimus non eos duntaxat qui] tigna dolarent: sed omnes qui ædificarent.

CXXXVI. IDEM *libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

QVi venenum b dicit, adIcere debet verum malum, an bonum, nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius cui adhibitum esset, mutat, cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον c dicunt. apud illos quoque tam medicamenta, quām quæ nocent, hoc nomine d continentur, vnde adiectione alterius, nomine distinctio e fit. admonet nos summus apud eos poëtarū Homerus. nam sic ait:

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Venena multa quidem, multa bona mixta, multa autem noxia.

a Videtur in specie Faber accipi pro lignario seu materiario tantum, qualem Græci τέκτονα vocant: cuius vocis meminit Papinia. l. pen. ff. de via pub. 4. dum licitum esse teston tradit, trochos, id est, rotas extra ergastorium proponere, (ignariorem) ligna. b Vox hæc media est. vnde Virgil. malum virus, dixit, vt ostenderet esse quæ aliquod virus quasd & alibi dixit malum non sit. Ve sus Hom. hic citatus est Odyss. 4. φάρμακα ἀνθ' ἑφέοντο.

c Alc. lib. 2. Præterm. d nominis. e Distinctionem fieri.

§ Glandis appellatione omnis fructus cõtinetur, vt Iauolenus ait, exemplo Græci sermonis [f], apud quos oẽs arborum species ἀκρόδρυα [g] appellantur.

f Δρῦς apud.

g Ἀπὸ τῆς δρυός, id est, à quercu: vnde eadem fossa & δρύχαρα omnes arbores fructus dicuntur.

CCXXXVIII. IDEM *libro quinto ad legem duodecim tabularum.*

DVob[us] negatiBis [h] verbis quasi permutit lex magis quàm prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit.

h NegatiBis: Vide Vallam elegant. lib. 3.

CCXXXVIII. IDEM *libro sexto ad legem duodecim tabularum.*

PLebs [i] est ceteri ciues sine senatoribus.

i Tribus ordinibus constabat Pop. Rom. plebe, equite & senatu.

§ Detestatum [k] est testatione denunciatum.

k Detestari in iure est cum testatione denunciare, id est, sententia sua aliquem per denunciationem admonere: quod & protestari dicimus. l Quod quidam in Noxa. n Libro singulari de tacitis Fideicommissis.

§ Pignus appellatum à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. vnde etiam videri potest verum esse, quidam [l] putant, pignus proprie rei mobilis constitui.

§ Noxiæ [m] appellatione omne delictum continetur.

CCXXXIX. POMPONIVS *libro singulari* [n] *Enchiridij.*

PVpillus est, qui cùm impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione.

§ Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores [nostri] captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent.

§ Incola [o] est, qui aliqua [p] regione domicilium suum cõtulit, quem Græci παροίκους [q] appellant, nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in [r] eum se quasi in aliquam sedem recipiant.

o Ael. lib. 2. Parerg. c. 7.

p In aliquam regionem.

q Ael. lib. 2. Præterm.

r Intra eum.

§ Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuersósque ciues, rémque eorum imperio magistratus extraordinarium [s] peruenit.

s Extraordinario, al. extra ordinem.

§ Aduena, quem Græci ἐπήλυτον [t] appellant.

t ἐπήλυδα Imposuit Alci. qui libr. 2. Præterm. dixit in Florilegi ἔπηλυν. quasi sine domicilio.

§ Decuriones quidam dictos aiunt, ex eo quòd initio cum colonię deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur [u], consilij publici gratia conscribi solita sit.

u Deducerentur.

§ Vrbs ab vrbe appellata est, vrbare ei aratro definire. & Varus ait, vrbum appellari curuaturã aratri, quòd in vrbe condenda adhiberi solet.

Opidum ab ope dicitur, quòd eius rei causa mœnia sint constituta.

§ Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis, quod ab eo quidam dictum aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines ius habent. [a] dicendi, id est, summouendi ius habet. [a]

§ Verbum *suum* ambiguũ est, verum de toto, an de parte significat: & idcirco qui iurat suum non esse, adhiberi debet, neque sibi communem esse.

[a] *Hæc verba sola. mat. generaliter accipi in materia subiecta poterunt, siue retro solutum sit, siue in futurum soluetur: respectu futuri, conditio est, non autem respectu præsentis præterritiue. A. A.*

CCLX. PAVLVS *ex libris sex libro primo Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.*

CVm quærebatur, an verbum *soluo matrimonio* [a] *dotem reddi*, non tantùm diuortium, sed & mortem contineret, hoc est an de hoc quoque casu contrahentes sentiant: & multi putabant hoc sensisse. & quibusdam aliis contra videbatur: secũdum hoc mortem Imperator pronuntiauit, id actum esse pacto, vt nullo casu remaneret dos apud maritum.

[a] *ἄωρον, id est notatione, & certa de re aliqua sententiarum. al. ὥρων, id est horarum: vel etiam annalium. A.*

CCXLI. QVINTVS MVCIVS SCAEVOLA *libro singulari* * ΟΡΩΝ.

IN rutis cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili aut ictorióve non continentur.

CCXLII.

CCXLII. IAVOLENVS *libro secundo ex posterioribus Labeonis.*

MAlum nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait [b], quia pleræque naues sine malo inutiles essent. ideóque pars nauis habetur, artemo [c] autem magis adiectamẽto [d], quàm pars nauis est.

§ Inter proiectum & immissum hoc interesse ait Labeo, quòd proiectum esse id quod ita proueheretur, vt [e] nusquam requiesceret: qualia mæniana & suggrunda [f] essent. immissum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes quæ in muros immitterentur.

§ Plumbum quod [g] tegulis poneretur, ædificii esse ait Labeo: sed id quod hypethri [h] tegendi causa [i] poneretur, contrà esse.

§ Viduam non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo, quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset. similiter viduũ dictam esse sine duitate.

§ Straturam [k] loci alicuius ex rabulis factis [l], quæ [m] æstate tollerentur, &

[b] *Labeo ait, & verius est.*
[c] *Artemon.*
[d] *Additamento.*
[e] *Vt &*
[f] *Suggrunda.*
[g] *Pro tegulis.*
[h] *Bud. ad le. ex sylua. de vsufruct. al. ἰσαιθρίου.*
[i] *ἐπιτίθεται. ponerentur.*
[k] *Stratum.*
[l] *Factum.*
[m] *Contunge l. fun. l. Labeo. de alt. empt.*

hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus [n] parata essent. neque ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.

[n] Vsus causa.

CCXLIII. SCAEVOLA *libro octauodecimo Digestorum.*

SCæuola [o] respondit semper, acceptum [p] est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè is, à quo peterentur [q], contra defuncti voluntatem doceret peti.

[o] Coniunge l. alimenta. de alimentis leg. [p] Acceptum esse. [q] Peteretur.

CCXLIIII. LABEO *libro quarto pithanon à [r] Paulo epithomatorum.*

SI qua pœna est, multa est. si qua multa est, pœna est. Paulus, vtrunque eorum falsum est. namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quòd de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est, eius maleficij, cuius pœna est statuta, statim ea debetur. At multæ prouocatio est: nec antè debetur, quàm aut non est prouocatum, aut prouocator victus est, nec aliter quàm si is dixit, cui dicere liceret. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quòd pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt:

[r] Ex Pauli epistola.

sunt: multæ contrà, quia eius iudicis potestas est, quantam dicat, * nisi cum lege est constitutum, quantam dicat. *

CCXLV. POMPONIVS *libro decimo Epistularum.*

STatuæ adfixæ basilibus structilibus, aut tabulæ relEgatæ catenis, aut ergà parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni [a], non sunt ædium: ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem [b] Labeo ait, prothyrum quod in ædibus iterum [c] qui fieri solet, ædium est.

[a] Lychnis. [b] Item. [c] interdum.

CCXLVI. IDEM *libro sexto decimo [d] Epistularum.*

APud [e] Labeonẽ [f] pithanon ita scriptum est: exhibet, qui præstat eius de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit, præstat eius de quo agitur præsentiã: nec tamẽ [eum] exhibet. [&] qui [g] mutum aut furiosum aut infantem exhibet, non [h] potest videri eius præstare præsentiam: [i] nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest.

§ Restituit non tantùm qui solùm corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionémque reddita causa præstet, & tota restitutio iuris est interpretatio.

[d] Lib. sexto. [e] Alc. lib. 2. Prætor. [f] Libris Pithanon. [g] In aliis exemplaribus longe aliter hic interpungitur. [h] Nun enim potest. [i] Cum nemo ex.

DECLARATIO PER M. Odum dispositionis superioris tituli de Verborum Signif. ex M. Vesemb. V. C. scriptis.

ALciatus lib.1.quem de verb.signifi. inscripsit, verba, inquit, quatuor modis accipiuntur, ex Proprietate, Improprio, Vsu, & Interpretatione.

Proprietas. Proprietas verborũ non tantũ ad nomẽ, sed ad vim significãdi referẽda est: quare appellatio per metaphorã aliamve figuram sumpta propria nobis erit, dũmodo nihil significantius dici possit.

Improprietas. Improprium est quod non suo nomine dicitur: vt vendere pro locare, Bart. in l.Corem.§.qui maximos.D.de Public. dare pro tradere l. 94. hoc tit. Aut per fictionem dicitur.

Vsus. Ex Vsu communi loquendi verba significationem accipiunt: nam vsus etiã proprietati præscribit, l. Cùm de lanionis.§.asinam, De fundo instruct. vt meritò de illo dixerit Horatius: Quem penes arbitriũ est & vis & norma loquendi. Per interpretationem vel extensionem, quum de similibus ad similia proceditur, vt videre est in l.1.hoc tit. Verbi autẽ appellatio hic tam nomina quàm verba

verba aliásque orationis partes atque *Verba.* ipsam adeò orationem comprehendit. de omnibus enim videmus hic agi.

De nominibus aut vim nominis ha- *Nomina.* bentibus, vt quum exponitur quid sit Dies l.2. & 3.h.t. iter dici d.l.3.h.t. Mille passus l.154.h.t. Annus, Annus bissextilis,l.98.h.t. anniculus l.132. Mensis.l.98. Quæ anni maior pars l.156. Quid subsignatorum l.39. Probrum. opprobriũ l. 42. & 224. Auxilium.cõsilium l.53. Gestum ll.19.& 20.& 58. Factũ l.59. Magister 57. Intestatus l. 64. Arbitratus l. 68. Dolus malus l.69. Impensæ l.79. Optimus Maximus ll.90.& 126. & 161. & 169. Proximus ll.92.& 155 Supremus l.92. Reliqui ll.95.& 160. Cæteri l.160. Meum,tuum, ll.25 & 91. & 205. Suum l.239. Aliquorũ l.96. Terenixa l. 157. Pellex l. 144. Ille aut ille l.224. Speciosus l.100. Stuprum. *Nomina hæc* l.101.Adulteriũ.l.101. Furtum ll. 229. & *fuse quibus*- 230.Diuortium ll.101.& 191.Repudium *que legibus* ll.101.& 191. Morbus.101. Morbus sonticus l.103. Vitiũ corporis l. 101. Hostes *explicantur.* l.118. Vsura l.121.Fraus l.131. Pœna l.131. mulcta ll.131.& 244. Portio l.164. Portio virilis.l.145.Cõiunctio l.142. Cauillatio ll 177.& 233.Donum, munus ll.18 & 194 & 214. Munus publicum l.139.

Absens l.199. Mangones l. 207. Mercatores l.207. Venalitiatij l. 207. Pluris l. 192. & 232. Dolus l. 226. Lata culpa ll. 213.& 223.& 226. Negligẽtia l.226. Potestas l.215. Vincula l.216.& 224. Carcer l. 216. Custodia 224. Nomina pluralis numeri,l.217.Falsum testamentũ l. 221 Amici l.223.Fugitiuus d.l.225. Erro 225 Noxa l. 237. Transacta finita l. 229. & 230.Locuples l.239.ruta cæsa ll.241.

Verba. De verbis, vt Quid significet verbũ Oportebit l.8.Oportere l.37. Rapuisse l. 9. Restituere l. 22. 35. Detestari l. 39. & 237. Solui vinculis l. 48. Persequi l. 57. Pertinere ll.70.181. Capere,l. 6. Accipere,Præstare l.71.Dare l.761.Cognoscere, recognoscere l.56.Dispũgere l.56. Rationes edere:reddere ll.89. & 94. Derogare,abrogare l.102. Assignare libertum l. 107.Censere l.111. Debere l.114.Soluere 176.Ligare l.120.Est l.123. Erit l.123. Peperisse l.131.& 171.Perficere l.139.Capere l.140.Habere l.143.164.& 188.Habere filiũ l.141. Pernoctare l.166. Abesse l. 173.& 199.Facere l.175.& 218.Cõmendare l.186.Exigere l.187. Cauere l.188. Iudicare reũ l.197.Cedere diem l.213.Calũniari,frustrari,morari l.233. Viuere ll. 234.Ferri,Portari l.235.Exhibere l.fi.h.t.

De

Præpositionet. De Præpositionibus & consimilibus orationis partibus : vt, Quid significet Penes & Apud l.63.Ante l.132.Post l.132. Cum l.219.Coram l.209.Palam l.33. Rectè l.2. Amplius 82. Dum l. 189. Minus l.130.Duntaxat l.202.Postquam l.219.

Oratio. De Oratione, Quã vim habeat coniuncta,disiuncta,disiunctiua, subdisiunctiua separata ll.28.29.52.Itẽ hæc,Cùm erit cõmodum l.125. Cùm potero. l.125. Intra diem mortis l.134.Furem esse aut furto noxáq; solutũ l. 174.& 200.Quanti ea res erit,vel eam esse apparet l.179. & 193. Soluto matrimonio l. 240. Qua in parte etiã obseruandũ est, singulare *Sing. pro plur. vsurpatum.* sæpe vsurpari pró plurali l. 158. Et Duas negatiuas valere affirmatiuam l. 238.

Res. Quod ad Res attinet,tenendũ est Rei nomen esse vocabulũ, vt dialectici appellant Transcendẽs,ꝙ oĩa quæ in toto vniuersó existũt, vno significatu cõprehẽdit l.5. Nec vllo ꝑdicamẽtorũ ordine aut gradu coercet.Sed res oẽs in doctri na iuris, ad tres ordines redigi solẽt: Ad *Personæ. Actiones.* personas,videlicet, Res & Actiones.nã hæc sunt obiecta Iuris ꝓpria.Quare significationes earũ dũtaxat rerũ q̃ ad ea obiecta ptinẽt hoc ĩ titulo inuestigant.

Ac quia triplex est ꝓsonarũ respectus,

quorum

quorũ vnus est ex Iure naturæ, alter ex Iure gẽtiũ, tertius ex Iure ciuili desumitur: Primò quo ad naturalẽ hominũ respectũ hic q̃ritur, Quis hõis appellatione cõtineat. l.151. An mõstra l.135. An is qui in vtero est ll.133.& 162.& 231. Qui mortuus nascitur l.129. Spado l.128. An noie virili veniat mulier ll.1.101.in §. fi. & 195. Mulieris, virgo l.13. Virgines, Viduæ l.242.in §. viduũ. Qui cõprehẽdantur noie Parentũ l.51. Liberorũ ll.56.& 148 & 149.& 220. Filiorũ ll.84.& 116.& 122. & 201. Filiarum l.164. Natorum l.104. Posthumorum l.64. Puerorũ l.165 & 204 Fratrum l.201. Socerl.146. Generi l.136. Nurus l.50. Nuptis l.156.

Personarum respectus.

De respectu pſonarũ iuxta Ius gentiũ hęc exponũtur, Quinã sint liberi q̃ serui ll.40.&239. Et inter hos q Vrbani, Rustici, Villici, &c. l.203. q Patroni l.12. Liberti ll.59.& 105.& 172.&184. Quis vere possessor l.39. Locuples. l.134. Rupeor. l. 110. Debitor l.108 Creditor ll.10.& 11.& 12.& 54.&55. Hostes pduelles l.234.&c.

Respectus iuris.

Circa respectũ iuris Ciuilis hęc tradũtur. Quid sit Ciuis, Municeps l.218. Incola l.219. Paterfamilias l.195. Materfamilias l.46. Familia ll.40 & 166. & 195. & 196. Testator, Intestat⁹ l.64. Heres ll.65.& 170. & 170.& 227. Tutor l.221. Pupill⁹ l.239. Secũster l.109. Plebs l.237. Collegiũ 285. Collegæ l.172. Contubernales l.184. Decuriones l.239. Prouinciales l. 190. &c.

Res in genere.

De Reb⁹ primũ in gñre q̃ritur, Quid sit Res ll.5.&6.& 23.& 72. Opus l.5. Totum l.25.§.1. Pars ll. 25. & 26. Deinde speciatim de reb⁹ corporalibus & incorporalib⁹. Corporalia aut publica sunt aut priuata. In publicis ostẽdit q̃d sit Vrbs, Oppidum l.239. Vrbs Roma ll.87.& 139. & 147. Bona ciuitatis seu Reip. publica ll. 15.& 16.& 17. Publica vectigalia l.17. Ostentũ l.38 De Priuatis Quid sit res mobilis aut soli l.93. Deinde i Mobilib⁹, Quid merx ll.66.& 207. Pecunia ll.4.& 97. & 178.& 222. Æs l.159. Æs alienũ: Suũ l.213 Peculiũ l.182. Stip. l.30. Fruges, frumẽtũ l.77. Glans caduca l.30. & 236. Pomũ l. 205. Victus ll.43.44.& 234. Vestimenta. Vestis ll.45.& 127. Toga l. 180. Instratũ. stragula l.45. Ornamenta l. 74. Boues l. 89. Carbones l.167. Ligna. ll.167. & 168. Vinaria vasa l.206. Dolia, Serię, Amphoræ l.206. Ruta cęsa l. 143. Telum l. 135. Arma l. 41. Venenum l.236. Malum nauis, artemon l.242. Tabernacula l.84.

Res soli. Corporalia.

De Rebus soli Quid fũd⁹ ll.660.& 111. &115. Ager ll.27.&111.&115. Sylua cędua l.30. terra noualis. Integra l.30. Cõtinẽs

l.99.Litus ll.96.& 112.Pascua l.30.Prædi l.31.Portus 59.Locus l.60.Area l.111.Prædia vrbana,rustica l. 198. Aedificium l. 242.& 245.Aedes,domus l.203. Tugurium.l 180. Taberna l. 183. Taberna instructa l.186.Proiectũ immissum l.242.

Incorporalia De Incorporalib⁹, Quid sit & conueneat hereditas ll. 5.& 24.& 119.& 138.& 165.& 178.vide l.63.inf.tit. seq Hereditar l.obueniẽs l.130. Hereditas delata l. 151.Spõsio l.7. solutio pfecta impfecta ll.12.& 132.& 82.& 117,& 176.Act⁹ l.19. Cõtract⁹ ll.19.& 20.Gestus ll. 19. & 20. Dõatio l.67.Bona ll.21.& 39.& 83.& 88. & 182.& 208.Et ea quotuplicia l.44.Restitutio ll.21.& 35.& 73.& 75.& 81.& 246. Exhibitio l.22.Possessio l 7.Iura prædiorũ l.86.Fruct⁹ vsusfruct⁹ ll.25.& 26.Vs⁹ l.230.Via l.157. Stipendiũ, tributũ l. 27. Alienatio ll.28. & 67. Detestatio l.40. Liberatio l. 46. & 47 Substitutio l.163.

Actiones seu Iudicia. De Actionibus seu Iudiciis.Quid sit lis l.36.Actio ll.8.& 78.Persecutio ll.34. &18.Petitio.l.178.Causa capitalis l.103. Notio l.99.Prquaricatio l.112.Satisdatio leg.61.Pronunciatum,statutum leg.46. Transactum,finitum ll.219.& 230.

FINIS LEGVM ET EXPLIcationis Tituli de Verb.sig.

TIT. XVII. PANDECT.

DE [DIVERSIS] REGVLIS Iuris antiqui.

EX omnibus partibus iuris variæ Sententiæ & regulæ hoc titulo proponuntur,id est multarum rerum quæ eodem se habent modo comprehensiones breues: vel ex eo quod plerumque fit rerum definitiones breues. Et inde Antiquũ vocat quo tamdiu populus vsus est: minime abrogatum Constitutionibus Iustiniani: nec enim hic inuenias regulam illam antiquam, Actiones ab heredibus & contra heredes non incipere. Sed neque omnes regulas quæ manent adhuc:non illam, Noxam caput sequi: quæ dicitur regula iuris antiqui. Nec. Marciani quadam: non illam quæ veterũ iuris definitio & regula in l. 1. C. Tho. de fide inst. Petitori incumbere necessitatem probandi rem ad se pertinere:non quæ veterum regula l.1.§. veteres De adq. poss Per seruum hæreditarium non posse adquiri quod sit eiusdem hereditatis Possim recẽsere cõplures alias sed neque debeo neque volo. Præterea ius antiquum vocat non quod leges vel constitutiones induxerunt, sed antiquam prudentiam iuris Auctorum, vt est in lege 21 C. de fur. & consonam

a Differt lex à regula, quod illa dicitur quã populus certo & cogni to omnibus in re constituit: Regula verò, quam Iurisconsulti ex pluribus legum capitibus, notatis, inter se que comparatis elicuerunt: vt non omnino incommodè dicere possimus, Leges esse tanquam voces, & sonos singulos: Regulam verò esse tanquã harmoniam & cãcentum. Vide plura apud F. Hotom. lib. Obser. 2. cap. 4.

consonam Iurisconsultorum definitionem, ut l. vlt. C. Th. de diu. reſ. qualis eſt regula Cæciliana & quæ certiſſima iuris regula. §. non autem, Inſtit. de per. & temp. act. Ex delictis pœnalibus actionibus hæredes non tenetur: & quæ retuli in §. ſi verò. Inſt. de ſatiſ. Nemo enim rei alienæ defenſorem idoneum eſſe ſine ſatisdatione. & quæ veteribus Iurisconſ. adſcribitur. l. veteribus. de pact. In ambiguis contra venditorem interpretationem fieri. & cætera quæ habentur hoc titulo. Illud non omittam l. 28. & 62. & 63. & 101 & 191. ab hoc titulo alieniſſima videri: nam quod eſt in l. 28. Conſtitutio eſt D. Pij, non regula iuris: nam ſi ea conſtitutio eſt regula, & qualibet Conſtitutio igitur alia. eadem cauſa Conſtitutionis relata. l. 101. & Reſponſi Neratij l. 191. Ex autem 62. definitio eſt hæreditatis. & lxv. ſervites, fruſtra repetita ex titulo ſuperiorem: ſi hæreditatis & ſortis definitio eſt regula, & qualibet igitur alia.

* * *

Paulus

PAVLVS [libro ſexto decimo ad Plautium]

Regula[a] eſt, quæ rē[b] quę eſt breuiter enarrat. nō p[c] ex regula ius ſumatur ſed ex[d] iure quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerū[e] narratio traditur, & vt ait Sabinus, quaſi cauſæ coniectio[f] eſt quæ ſimul acſi in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

a Alc. lib. 1. Paref. cap. 1. & Duar. 1. Diſp. ca. 46.
b Id eſt, ius de rebus conſtitutum.
c non vt ex.
d quæ iure cōſtituta ſunt.
e Hæc erat breuis explicatio cauſæ, ac veluti ſumma comprehenſio, quam actor in iudicio faciebat, antequam ad aduocatos, & ampliorem diſceptationem deueniretur.

IL. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

Feminæ[g] ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intercedere, nec procuratores[h] exiſtere. Item impubes omnibus officijs ciuilibus debet abſtinere.

IL. IDEM [libro tertio ad Sabinum.]

f Id eſt, in breue coactio: Aſc. Ped. 3. Verr. Nam cauſam coniicere, eſt argumentum rei breuiter & ſummatim Iudici exponere: Cic. ad Herr. lib. 2. Gell. lib. 17. cap. 5. & lib. 5. cap. 10. & Aſconius præal. Cic. Vt igitur coniectio cauſæ ſummam continet: ita Regula earum rerum quæ iure conſtitutæ ſunt, breuiaria atque ſummas complectur. al. habent coniunctio.
g Conferre l. 2 tit. de ſtatu hominum. l. 7. de bon. poſſ.
h Curatores: al. procuratrices.

ELius[1] est [non] nolle, qui potest vel le.

IIII. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

VElle[k] nō creditur, qui obsequitur imperio patris [l] vel domini.

V. PAVLVS [*libro secundo ad Sabinum.*]

IN[m] negotijs cōtrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorū qui fari possunt, quamuis actum rei nō intelligerent. nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia tutore auctore agere potest.

VI. VLPIANVS [*libro septimo ad Sabinum.*]

NOn[n] vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

VII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

IVs nostrum non patitur eundem inpaganis & testato[o] & intestato decessisse. eatumque rerum naturaliter inter se pugna est, Testatus, & Intestatus.

VIII. IDEM [*libro quarto ad Sabinum.*]

IVra[p] sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

IX. VLPIANVS [*libro quintodecimo ad Sabinum.*]

Semper

i Coniunge l. a cde acq. ha. ex qua potest cognosci vera haec lectio.

k Ex l. 6. de acquir. haer. l partir.

l Coniunge l. 9. de acqu. haer.

n al. Coniunge l. fuit qua. de acquir. haer.

o & testatum & intestatum.

p Coniunge l. 4. de suis & legit.

SEmper[q] in obscuris quod minimum est sequimur.

X. PAVLVS [*libro tertio ad Sabinum.*]

SEcundum[r] naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi[s] quem sequuntur incommoda.

XI. POMPONIVS [*libro quinto ad Sabinum*]

IQuod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

XII. PAVLVS [*libro tertio ad Sabinum.*]

IN[t] testamentis plenius voluntates testantium interpretantur[v].

XIII. VLPIANVS [*libro nonodecimo ad Sabinum.*]

NOn videtur cepisse, qui per exceptionem à petitione remouetur.

XIIII. POMPONIVS [*libro quinto ad Sabinum.*]

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur[x], præsenti die debetur.

XV. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

IQui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

q Ex l. si ita scriptum 14. de legat. 1.

r Teren. in Hec. act. 1. scen. pen.

s consequi.

t Coniunge l. fundi de vsu & hab.

v interpretantur.

x deponitur.

y Coniunge l. eandem 72. de legat. 3.

XVI. VLPIANVS [a] [libro vicensimo primo ad Sabinum.]

a Idem.

IMaginaria venditio non est pretio accedente.

XVII. IDEM [libro vicensimo tertio ad Sabinum.]

b Coniunge l. 10. & 13. quando dies legat. cod.
c additur.

CVm [b] tempus in testamento adiicitur, [c] credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adiicitur.

XVIII. POMPONIVS [libro sexto ad Sabinum.]

d coniunge l. 72. de verb. oblig.
e hæredes nostros.

QVæ [d] legata mortuis nobis ad hæredem [e] nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiamsi liberatis nobis potestate [f] domini conditio existat.

f libertate. g præstita à dominis.

XIX. VLPIANVS [libro vicensimo quarto ad Sabinum.]

h hæredi autem eius.

QVi cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius. heredi [h] autem hoc imputari non potest, cùm non sponte cum legatariis contrahit: Non solet exceptio doli

doli nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur.

XX. POMPONIVS [libro septimo ad Sabinum.]

QVoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.

XXI. VLPIANVS [libro vicensimo septimo ad Sabinum.]

NOn [i] debet, cui [k] plus licet, quod minus est, non licere.

i Coniunge l. si legato xi. de manum. testa. k cui quod plus.

XXII. IDEM libro vicensimo octauo ad Sabinum.

l Coniunge l. 7. hæc venditio de contra. em.

IN personam seruilem nulla cadit obligatio. Generaliter [l] probandum est vbicunque in bonæ fidei iudiciis conferatur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

XXIII. IDEM libro vicensimonono ad Sabinum.

m Coniunge l. 1. depositi.

COntractus [m] quidam dolum malũ duntaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam, dolum tantùm, depositum & precariũ. dolum & culpã mandati, commodatum, venditum pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. in his quidem & diligentiam [n], societas [o] & rerum com-

n diligentia. o Sed & societas.

munio & dolum & culpam recipit. sed hæc ita, nisi si quid nominatim eo nomine, vel plus vel minus, in singulis contractibus nã hoc seruabitur, quod in
p contractus. tio conuenit. Legem enim contractui dedit, excepto eo quod Celsus putat non valere si conuenerit ne dolus præstetur: hoc enim bonæ fidei iudicio cõ-
q al. esse. trarium est q. & ita vtimur. Animalium verò casus, mortes, quæque sine culpa accidunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

XXIIII. PAVLVS [*libro quinto ad Sabinum.*]

r cuiusque. QVatenus cuius r interfit, in facto non in iure consistit.

XXV. POMPONIVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

s in rem. t in personam. PLus cautionis in re s est, quàm in persona t.

XXVI. VLPIANVS *libro tricesimo ad Sabinum.*

v Inuitis aliquibus. QVi potest inuitis v alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

x Paulus. XXVII. POMPONIVS x *libro sexto decimo ad Sabinum.*

NEc ex prætorio nec ex solemni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causæ pactione possint immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus vel lege vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

XXVIII. VLPIANVS [*libro trigensimo sexto ad Sabinum.*]

a Sumpta est ex l. si extraneus. de iure dot. & coniunge l. si quis crediderit. ff. de pactis. & l. mariti. ff. solmatri. DIuus a Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id facere possunt, condemnandos.

XXIX. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

b Coniunge l. qui a quo liber. de contraben. empt. ff. & l. 5. de auth. tut. ff. & l. penult. huius tit. QVod b initio vitiosum est, non potest tractu tẽporis conualescere.

XXX. VLPIANVS *libro trigensimo sexto ad Sabinum.*

c Coniunge l. 13. de condit. & demonst. NVptias c non concubitus, sed cõsensus facit.

XXXI. IDEM [*libro quadragesimo secundo ad Sabinum.*]

d Coniunge l. 30. de pact. cum aliis. VErum d est, neque pacta, neq; stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest comprehen-

e Paltum. di,vt vtilem actionem aut factum eſſe cere poſſit.

XXXII. IDEM *libro quadrageſimo tertio ad Sabinum.*

QVod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habẽtur,non tamen & iure natural i:quia quod ad ius naturale attinet,omnes homines æquales ſunt.

XXXIII. POMPONIVS *libro vicenſimo ſecundo ad Sabinum.*

f Lucri cauſa. INeo, quod vel is qui petit, vel is à quo petitur,lucri f facturus eſt,durior cauſa eſt petitoris.

XXXIIII. VLPIANVS [*libro quadrageſimo quinto ad Sabinum.*]

g Quid ſi iũ apparet. al. vnde ſi non pareſ. SEmper in ſtipulationibus & in cęteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt,aut g ſi non pareat quid actũ eſt, erit cõſequẽs vt id ſequamur,quod in regione,in qua actum eſt frequentatur.Quid ergo ſi neque regionis mos appareat,quia varius fuit? ad id, quod minimum eſt,redigenda ſumma eſt.

XXXV. IDEM [*libro quadrageſimo octauo ad Sabinum.*]

h Ex l. ſan inutilis. de acceptil. NIhil h tam naturale eſt, quàm eo genere quicquid diſſoluere, quo colligatum eſt. ideo verborum obligatio verbis tollitur:nudi conſenſus obligatio

gatio contrario conſenſu diſſoluitur.

XXXVI. POMPONIVS [*libro vicenſimo ſeptimo ad Sabinum*]

CVlpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti.

XXXVII. VLPIANVS [*libro quinquageſimo primo ad Sabinum.*]

i Conunge l.eũ qui. de iur.dictione. l.a ſi locus de iud. l. ſi iudex. de re iudica. & Coninge l.12. de obligat. & act. NEmo i qui condemnare poteſt, ab ſoluere non poteſt.

XXXVIII. POMPONIVS [*libro vicẽſimonono ad Sabinum.*]

k pœna ex delicto defuncti hęres teneri nõ debeat,ita nec lucrum facere,ſi quid ex ea re ad eum peruenieſſet. SIcuti k pœna ex delicto defuncti hęres teneri nõ debeat,ita nec lucrum facere,ſi quid ex ea re ad eum peruenieſſet.

XXXIX. IDEM *libro trigenſimo ſecundo ad Sabinum.*]

l mora fit. al. perhorreſcit. Hac ſola vitioſa eſt. INomnib⁹ cauſis pro facto accipitur id,in quo per alium morę l fit, quominus fiat.

XL. IDEM [*libro trigenſimo quarto ad Sabinum.*]

m Coniunge l.2a. de aqua plun. arc. FVrioſi m, vel eius cui bonis interdictum ſit,nulla voluntas eſt.

XLI. VLPIANVS *libro vicenſimo ſexto ad Edictum.*

NOn debet actori licere, quod reo non permittitur.

In re obscura melius est fatere te petitioni, quàm aduentitio lucro.

XLII. GAIVS [*libro nono ad Edictum prouinciale.*]

QVi in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ an id quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoque non minus quàm hæredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agetur [n]: non etiam si agat. nam planè qui agit, certus esse debet, cùm sit in potestate eius, quando [o] velit experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

n agitur.

o quomodo.

XLIII. VLPIANVS [*libro vicensimo octauo ad Edictum.*]

NEmo ex his qui negant se debere, prohibetur etiã alia defensione vti, nisi lex impedit. Quotiens concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna [p] quis experiri debet.

p vna tantum.

XLIIII. IDEM [*libro vicensimonono ad Edictum.*]

TOtiens in hæredem damus [q] de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex [r] dolo defuncti conuenitur, nõ quotiens ex suo.

q damus actionem.

r de dolo.

XLV. IDEM *libro trigensimo ad Edictum.*

NEque [s] pignus, neque depositum, neque precarium, neq; emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

s Ex titul. de pignor.

XLVI. GAIVS *libro decimo ad Edictum prouinciale.*

QVod [t] à quoquo [u] pœnæ nomine exactum est, id eisdem restituere nemo cogitur.

t Ex titul. de pignor.

u quoquam.

XLVII. VLPIANVS *libro trigensimo ad Edictum.*

COnsilij non fraudulenti nulla obligatio est. cæterũ si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio cõpetit. Socij mei socius, meus socius non est.

x Ex titu. mand. vide l. 2.

XLVIII. PAVLVS *libro trigensimo quinto ad Edictum.*

QVicquid [a] [in] calore iracũdiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia [b] apparuit iudicium animi fuisse: ideoque breui reuersa vxor nec diuortisse videtur.

a Ex tit. de donat.

b perseuerantis.

XLIX. VLPIANVS * [*libro trigensimo quinto ad Edictum.*]

ALterius circumuentio alij non præbet actionem.

* Gallus.

y Extrahatur de tutel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Vlpianus. L. PAVLVS d [libro trigensimonono ad Edictum.]

e Ex tit. de noxal. CVlpa e caret qui scit, sed prohiberi non potest.

LI. GAIVS. [libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.]

f Ex tit. de bon. poss. NOn f videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

LII. VLPIANVS [libro quadragesimo quarto ad Edictum.]

NOn defendere videtur non tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

g Ex tit. si quid in fraudem patr. h Ex ritul. vnde legit. i Idem libr. 3. de legatis ad Edictum vrbicum. LIII. PAVLVS [libro quadragensimo secundo ad Edictum.]

CVius g per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est.

LIIII. VLPIANVS libro quadragesimosexto ad Edictum.

NEmo h plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habere.

k Ex tit. si quis omissa caussa testa. l Gaius lib. 3. de testamentis ad Edictũ vrbicum. LV. GAIVS i libro secundo de testamentis ad Edictum vrbicum.

NVllus k videtur dolo facere, qui suo iure vtitur.

LVI. IDEM l libro tertio de legatis ad Edictum vrbicum.

Semper

SEmper in dubiis Venigniora præferenda sunt.

LVII. IDEM libro octauodecimo ad Edictum prouinciale.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur.

LVIII. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

m Ex tit. de pecul. EXm pœnalibus causis non solet in partem de peculio actio dari.

LIX. IDEM libro tertio Disputationum.

HÆredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

LX. IDEM libro decimo Disputationum.

SEmper qui non prohibet pro se intercenire, mãdare creditur: sed & si quis ratum habuerit quod gestum est obstringitur mandati actione.

LXI. IDEM libro tertio Opinionum.

n Coniunge l. 2. de oper. publ. DOmum n suam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

o Ex tit. de petit. haredit. Coniunge l. ei qui. eo. tit. & l. 24. de verb. signifi. LXII. VLIANVS libro sexto Digestorum.

HÆreditas o nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius quod defun

defunctus fuerit.

LXIIII. IDEM *libro septimo decimo Digestorum.*

QVi sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

LXIIII. IDEM *libro vicesimonono Digestorum.*

EA quæ rarò accidunt, non temerè [in]agendis negotiis computantur.

LXV. IDEM *libro quinquagesimoquarto Digestorum.*

q *Accipitur.*

EA est natura cauillationis, quam Græci συριτὸν[q] appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur[r].

r *producatur.*

LXVI. IDEM *libro sexagensimo Digestorum.*

MArcellus[s] definit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

s *Marcellus alii al. Martellus notat.*

LXVII. IDEM *libro octogensimo septimo Digestorum.*

QVotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur[t], quæ rei gerendæ aptior est.

t *Accipitur.*

LXVIII.

LXVIII. PAVLVS[u] *libro singulari de dotis repetitione.*

u *Paulus de assignatione libertorum.*

IN omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat: vbi verò genus actionis id desiderat, ibi ad quemuis persecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

LXIX. IDEM *libro singulari de assignatione libertorum.*

INuito beneficium non datur.

LXX. VELPIANVS *libro primo de officio Proconsulis.*

NEmo[x] potest gladij potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercitionis, ad alium transferre.

x *Coniunge l. solet de offic. Prat.*

LXXI. IDEM *libro secundo de officio Proconsulis.*

OMnia[y] quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellū expediri non possunt.

y *Coniunge l. ne quicquam. §. vbi decretum. de offi. Proconsul.*

LXXII. IAVOLENVS *libro tertio ex posterioribus Labeonis.*

FRuctus[z] rei est vel pignori dare licere.

z *Coniunge l. vltim. de vsuris.*

LXXIII. QVINTVS MVCIVS *Scæuol. libro singulari.* ΩΡΩΝ.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Et &

QVò tutela redit, eò[a] hereditas peruenit, nisi cùm feminæ heredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus cùm moritur, habuit, habiturusve esset si vixisset.

§ Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cùm prohibetur, fecit clã, quod quisque cùm controuersiam haberet, habiturúmve se putaret, fecit. Quæ in testamento ita sunt scripta, vt intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent. Nec paciscendo, nec legẽ dicendo, nec stipulando quisquam alteri cauere potest.

LXXIIII. PAPINIANVS[b] *primo libro Quæstionum.*

b Pomponius.

NOn debet alteri per alterum iniqua condicio inferri.

LXXV. IDEM *libro tertio Quæstionum.*

c Coninge. l. nonnunquã. de collat. bon.

NEmo[a] potest mutare consilium suũ in alterius iniuriam.

LXXVI. IDEM *libro vicesimo quarto Quæstionum.*

IN totum omnia quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

LXXVII. IDEM *libro vicesimo octauo Quæstionum.*

Actus

ACtus[d] legitimi[e] qui[f] recipiunt diem vel conditionẽ, veluti mancipatio[g] acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, datio tutoris: in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem, nonnunquã tamen actus suprà scripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa vitium adferunt. nam si acceptum feratur ei qui sub cõditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis cõditio exiterit. quæ[h] si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

d Coninge. l. l. de tut. & curat. distra. e Alc. lib. 3. Parerg. c. 4. & 5.

f Non recipiunt.

g Emancipatio.

h Quòd si.

LXXVIII. IDEM *libro trigesimo * primo * Quæstionum.*

GEneraliter cùm de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuerit considerandum est.

LXXXIX. IDEM *libro trigesimo secundo Quæstionum.*

FRaudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

i Exemplum est l. seruus de leg. 3.

k Idem Cic. lib. 2. de Inuent. Rhetorica, dum de contrariis legibus disserit.

LXXX. IDEM *libro trigesimo tertio Quæstionum.*

IN[i] toto iure generi per speciem derogatur; & [k] illud potissimum habe-

l Directum. Papinianum.

tur, quod ad speciem derectum [l] est.

LXXXI. IDEM [m] *libro tertio Responsorum.*

m Coniunge. l. 60. ff. mandat.

QVæ [n] dubitationis tollendæ causâ contractibus inseruntur, ius commune non lædunt.

LXXXII. IDEM *libro nono Responsorum.*

DOnari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

LXXXIII. IDEM *libro secundo Definitionum.*

o Non videtur.

NOn videntur [o] rem amittere, quibus [p] propria non fuit.

p Cuius.

LXXXIIII. PAVLVS *libro tertio Quæstionum.*

q Debetur.

CVm amplius solutum est quàm debebatur [q], cuius pars non inuenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur manente pristina obligatione. Is [r] natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.

r Coniunge. l. Iulianus, de condic. indeb.

LXXXV. IDEM *libro sexto Quæstionum.*

s Coniunge. l. in ambiguis. de iure dot. l. Cuius. sfl. matrim.

IN [s] ambiguis pro dotibus respondere melius est. Non est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere

capere non potuerunt. Quotiens æquitate [t] desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

t Æquitatem.

LXXXVI. IDEM *libro secundo Quæstionum.*

NOn solet deterior conditio fieri eorum qui litem cõtestati sunt, quàm si [u] non: sed plerunque melior.

u Non essent.

LXXXVII. IDEM *libro tertio decimo Quæstionum.*

NEmo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit: denique post litem [x] contestatam heredi quoque prospiceretur [y], & heres tenetur ex omnibus causis.

x Post litis contestationem.

y Prospicitur.

LXXXVIII. SCAEVOLA *libro quinto Quæstionum.*

NVlla [z] intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.

z Exl. si pupillus. de verbor. oblig.

LXXXIX. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

QVamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus [a] non admittitur.

a Legitimus hæres.

XC. IDEM *libro quintodecimo Quæstionum.*

IN omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas spectanda sit.

XCI. IDEM *libro septimodecimo Quæstionum.*

QVoties duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure, quod ante defertur, superetit vetus.

XCII. SCAEVOLA *libro quinto Responsorum.*

b Forte ex l. 54. de testam. nam hic errorum esse videtur.

SI b librarius in transcribendis stipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quo minus & reus & fideiussor teneretur.c

c Teneretur.

XCIII. MAECIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

d Coniunge. l. 18. de capt. pre.

FIlius familias d neq; retinere, * neque recuperare, * neq; apisci e possessionem rei peculiaris videtur.

e Adipisci.

XCIIII. VLPIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

NOn solent quæ abundant, vitiare scripturas.

XCV. IDEM *libro sexto Fideicommissorum.*

NEmo dubitat, soluēdo videri eum qui defenditur.

XCVI. MAECIANVS *libro duodecimo Fideicommissorum.*

IN ambiguis orationibus maximā sententia spectanda [est] eius qui eas protulisset.

XCVII.

XCVII. HERMOGENIANVS *libro tertio Iuris epitomarum.*

EA sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

XCVIII. IDEM *libro quarto Iuris epitomarum.*

QVotiens f vtriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucrum g causa rẽpore præcedit.

f In vtriusque.

g In lucro.

XCIX. VENVLEIVS *libro duodecimo Stipulationum.*

NOn potest improbus videri, qui ignorat quantum soluere debeat.

C. GAIVS *libro primo Regularum.*

OMnia, quæ iure cõtrahuntur, contrario iure h pereunt.

h Iud cio.

CI. PAVLVS *libro singulari de Cognitionibus.*

VBi lex duorũ mensum i fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imperator Antoninus cum Diuo patre k suo rescripsit.

i mensium.

k Frattr.

CII. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

QVi vetante Prætore fecit: hic aduersus edictum feciſſe proptiè dicitur. § Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

CIII. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

l Ex titu. de in ius voc.

NEmo [l] de domo sua extrahi debet.

CIIII. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum.*

SI in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est causa existimationis. vbi autem æquipErant [m] famosa iudicia, etsi summam imparem [n] habent, pro paribus [o] accipienda sunt.

m Æquiparantur.
n Disparem.
o Paribus tamen.

CV. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

p Ex prima parte, vbi de iurisdictione & potestate magistratuũ.

VBicunque [p] causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

CVI. IDEM *libro secundo ad Edictum.*

LIbertas inestimabilis res est.

CVII. CAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

q Ex tract. de iurisdictione.
r Seruis.

CVm [q] seruo [r] nulla actio est.

CVIII. PAVLVS *libro quarto ad Edictum.*

s Ex titu. de in ius voc. & titu. ne quis eum qui in ius vocat.

FErè [s] in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ succurritur.

CIX. IDEM *libro quinto ad Edictum.*

t Ex titu. de iis qui not. infa. Vide l. liberorum, & seq. eod. tit.

NVllum [t] crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere (non) poteſt.

CX. IDEM *libro sexto ad Edictum.*

IN eo quod plus fit, semper ineſt & minus. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, niſi cum ſatisdatione. Pupillus pati non poſſe intelligitur. Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.

Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur [u], non vt facilius calumnientur.

u Defraudentur.

CXI. GAIVS [x] *libro secundo ad Edictum prouinciale.*

x Paulus.

PVpillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ In [y] heredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

y Facienda conſtat.

CXII. PAVLVS *libro octauo ad Edictum.*

NIhil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

CXIII. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

IN toto & pars continetur.

CXIIII. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

a Solet.

IN obscuris inspici solere[a] quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet.

CXV. IDEM *libro decimo ad Edictum.*

b Ex titu. de calumniato. Coniunge. l. 2. eod. tit. quæ idem pœnæ principium habet.

SI[b] quis obligatione liberatus sit, potest videri cœpisse e. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoueri.

c Accepisse.

CXVI. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

d Ex titu. de iis quæ vi metusue causa.

NIhil[d] consensui[e] tam contrarium est, quàm ac bonæ fidei iudicia sustinet, quàm vis atq; metus: quem comprobare, contra bonos mores est. Non capitur, qui ius publicum sequitur. Non videntur qui errant, consentire.

e Consensu.

CXVII. PAVLVS *libro vndecimo ad Edictum.*

PRætor bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.

CXVIII. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

f Ex tit. quibus caus. maior. vbi de vsucapione multa.

QVi[f] in seruitute est, vsucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non videtur.

CXIX. IDEM *[libro tertiodecimo ad Edictum.]*

Non

NOn[g] alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

g Ex titu. de alienat. iud. mut. cau. facta. l. 4. §. 1. eo. tit.

CXX. PAVLVS *[libro duodecimo ad Edictum.]*

NEmo[h] plus commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

h Ex tractatu restitutionum.

CXXI. IDEM *[libro tertiodecimo ad Edictum.]*

QVi non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia nõ facit. & k qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iussus est.

i Quæ non.

k Ar qui.

CXXII. GAIVS *[libro quinto ad Edictum prouinciale.]*

LIbertas omnibus rebus fauorabilior est.

CXXIII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

NEmo alieno nomine lege agere potest.

§ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

l Idem.

CXXIIII. VLPIANVS *[libro sextodecimo ad Edictum.]*

VBi nõ voce sed præsentia opus est, murus, si intellectũ habet, potest videri respondere. idem in surdo. hic quidem [&] respondere[m] potest Furio-

m Responderi.

sus absentis loco est: & ita Pomponius libro primo epistularum scribit.

CXXV. GAIVS *libro quinto ad Edictum prouinciale.*

FAuorabiliores res potius quàm actores habentur [n].

n Idem Arist. in Prob. sectione particula, 19. de his quæ ad ius Ciuile pertinent.

CXXVI. VLPIANVS *libro quinto decimo ad Edictum.*

NEmo [o] prædo est, qui prætium numerauit LocOpletior non est factus, qui libertum, [p] adquisierit. Cùm de lucro duorum quæratur, melior est causa possidentis.

o Ex tit. de pet. her. lege etiam.

p Liberum.

CXXVII. PAVLVS *libro vicesimo ad Edictum.*

CVm [q] prætor in heredē dat actionem quatenus ad eum peruenit, sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

q Ex tit. de petit. her.

CXXVIII. IDEM *libro nonodecimo ad Edictum.*

IN [r] pari causa possessor potior haberi debet. Hi qui in vniuersum ius succedunt, heredis loco habentur.

r Ex tit. de Publiciana in rem act.

CXXIX. IDEM *libro vicesimo primo ad Edictum.*

NIhil dolo creditor facit, qui suum recipit.

s Coniunge. l. 118. infra, eod. tit.

§ Cum [s] principalis causa non consistit

sistit: [t] ne ea quidem quæ sequuntur locum habent.

t plerunque nec ea.

CXXX. VLPIANVS *libro octauo decimo ad Edictum.*

NVnquam [v] actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

v Ex tit. de leg. Aquil.

CXXXI. PAVLVS *libro vicensimo secundo ad Edictum.*

QVi [x] dolo desierit possidere, pro possidente [y] damnatur: quia pro possessione [z] dolus est.

x Ex tit. de noxa. actio.

y possessore

z Ex tit. ad l. Aquila.

CXXXII. GAIVS *libro septimo ad Edictum prouinciale.*

IMperitia culpæ adnumeratur.

CXXXIII. IDEM *libro octauo ad Edictum prouinciale.*

MElior conditio nostra per seruos fieri potest: deterior fieri non potest.

CXXXIIII. VLPIANVS *libro vicensimo primo ad Edictum.*

NOn fraudātur creditores, cum quid non adquiritur à debitore: sed cum quid de bonis deminuitur.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

CXXXV. IDEM *libro vicesimo tertio ad Edictum.*

EA quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

a Ex titu. de per. hær. aut de rei. vend.

CXXXVI. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

BOna[a] fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.

CXXXVII. VLPIANVS *libro vicensimo [quinto] ad Edictum.*

b Ex tit. de religios. l. si quis. §. sed si adita.

QVi[b] auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.

CXXXVIII. PAVLVS *libro vicensimo septimo ad Edictum.*

OMnis hæreditas, quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. Nunquam crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatio.

CXXXIX. GAIVS *libro ad Edictum Prætoris vrbani.*

OMnes actiones quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent.

§. Non videtur perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.

CXL. VLPIANVS *libro quinquagensimo sexto ad Edictum.*

Absen-

ABsentia eius qui reipublicæ causa abest, neque ei neque alij damnosa esse debet.

CXLI. PAVLVS *libro quinquagensimo quarto ad Edictum.*

QVod[c] contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentia.

c Ex tract. de vsucap. Vide etiam l. quod vero. de legib.

§. Vni duo pro solido hæredes esse non possunt.

CXLII. IDEM *libro quinquagesimo sexto ad Edictum.*

QVi[d] tacet, non vtique fatetur: sed tamen verum est eum non negare.

d Ex titu. de confessis.

e Vide Cic. in Catil. Quid expectas, inquit loquentium auctoritatem quorum voluntatem tacitorum perspicis?

CXLIII. VLPIANVS *libro sexagensimo secundo ad Edictum.*

QVod[e] ipsis qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstabit.

CXLIIII. PAVLVS *libro sexagensimo secundo ad Edictum.*

NOn[f] omne quod licet, honestum est. §. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

f Ex tit. de verb. auth. had. pos. & conium. & l. si filius familias 61. de verb. obli.

CXLV. VLPIANVS *libro sexagensimo sexto ad Edictum.*

NEmo[h] videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt.

h Ex tit. quæ in fraud. credi.

CXLVI.

CXLVI. PAVLVS *libro sexagensimo secundo ad Edictum.*

QVod quis dum seruus est, egit, pro facere libero facto non potest.

CXLVII. GAIVS *libro vicensimo quarto ad Edictum prouinciale.*

SEmper specialia generalibus insunt.

CXLVIII. PAVLVS *libro sexto decimo breuis Edicti.*

i Extra. de rebus auth. iud. possid. K. Vniuers.

CVius [i] effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes [k] pertinent.

CXLIX. VLPIANVS *libro sexagensimo septimo ad Edictum.*

EX qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

CL. IDEM *libro sexagensimo octauo ad Edictum.*

l Extrall. interdictorum.

PArem [l] esse conditionem oportet eius, qui quid possideat vel habeat: atque eius, cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret vel haberet.

CLI. PAVLVS *libro sexagensimo quarto ad Edictum.*

m Extra. ne quid in loc. pub. vbi mentio damni fit. n Extra. de vi armata.

NEmo [m] damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet.

CLII. VLPIANVS *libro sexagensimo nono ad Edictum.*

HOc [n] iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat aut in vis publicæ

blicę aut [in vis] priuatæ crimē incidat.

§. Delcit & qui mandat. §. In maleficio ratihabitio mandato cōparatur.

§. In contractibus quibus doli præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

CLIII. PAVLVS *libro sexagensimo quinto ad Edictum.*

m Coniunge l. quemadmodum de acquirend. poss.

FErè [m] quibuscunque modis obligamur, hisdem in contrarium actis liberamur cum [n] quibus modis acquirimus, hisdem in contrarium actis amittimus. vt igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum.

CLIIII. VLPIANVS *libro sexagensimo ad Edictum.*

n Extrall. interdictorum.

CVm [o] par delictū est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori, AVT PSI REI QVOQVE IN EA RE DOLO ACTVM SIT. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

p aut si non.

CLV. PAVLVS *libro sexagensimo quinto ad Edictum.*

Factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

q Ex tractatu interdictorum.

FActum q cuique suum non aduersario nocere debet. Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur.

§. In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

CLVI. VLPIANVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

r Ex tractatu interdictorum.

INuitus r nemo [rem] cogitur defendere.

§. Cui s damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit.

s Coniunge l. 3. de superficieb.

§. t Cùm quis in alij v locũ successerit, nõ est æquum ei nocere hoc quod aduersus eũ nocuit, in cuius locũ successit.

t Coniunge l. 3. de itin. act. priu. l. v alicuius.

§. Plerunque emptoris eadem causa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit actoris.

§. Quod cuique (pro eo) præstatur, inuito non tribuitur.

x Ex tractatu interdictorum l. is qui in puteum §. si tutoris. quid vi aut clam. y in his ignoscitur.

CLVII. IDEM *libro septuagensimo* * *primo* * *ad Edictum.*

ADx ea quę non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, y ignoscitur seruis, si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint.

§. Sæpe qui dolo fecit, quo minus haberet,

beret, pro eo habendus est, ac si haberet.

§. In contractibus successores eorum (quibus) successerunt, non tantùm in id quod peruenit, verum etiam insolidum tenentur, hoc est vnusquisque pro ea parte qua hæres est. a

a Hæres tit. partiatur.

CLVIII. GALVS. *libro vicensimo sexto ad Edictum prouinciale.*

CReditor b qui permittit rem venire, pignus dimittit.

b Ex titu. de migrando.

CLIX. PAVLVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

NOn c vt ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit d nostrum esse.

c Coniunge l. & an eadem §. alliani. de excep. rei iu. d Contrarium e Ex tit. de litigiosis.

CLX. VLPIANVS *libro septuagensimo sexto ad Edictum.*

ALiud e est vendere, aliud vendenti consentire.

§. Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem.

§. Absurdum est, plus iuris habere [eum] cui legatus sit fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem si viueret.

CLXI. IDEM *libro septuagensimo septimo ad Edictum.*

IN f iure ciuili receptum est, quotiens per eum, cuius interest conditionem non impleri, fiat quo minus impleatur:

f Ex tractatu. præter sup.

perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem & legata & ad hæredum institutiones perducitur, quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

CLXII. PAVLVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

QVæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

CLXIII. VLPIANVS *libro quinquagensimo quinto ad Edictum.*

CVius [g] est donandi eidem & vertendi, & concedendi ius.

[g] Ex tit. de liber. causa.

CLXIIII. PAVLVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

POenalia [h] iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt.

[h] Ex tit. de liberali causa hortigur.

CLXV. VLPIANVS *libro quinquagensimo tertio ad Edictum.*

CVm quis possit alienare, potest & consentire alienationi: Cui autem donare non conceditur, probandum erit nec si donationis causa consenserit, tam eius voluntatem habendam.

CLXVI. PAVLVS *libro quadragensimo octauo ad Edictum.*

QVi [i] rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. [i] Ex tit. de dam. inf.

CLXVII. IDEM *libro quadragensimo nono ad Edictum.*

NOn [k] videntur data quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. [k] Ex tit. de acq. plu. arc.

§. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui [l] parere necesse habet. [l] Quia.

CLXVIII. IDEM *libro primo ad Plautium.*

RApienda [m] occasio est, quæ præbet benignius responsum. [m] Capienda.

§. Quod factum est, cum in obscuro fit, ex adfectione cuiusque capit interpretationem.

CLXIX. IDEM *libro secundo ad Plautium.*

IS damnum dat, „qui iubet dare [n]: eius verò nulla culpa est, cui parere necesse sit. [n] Damnum dare.

§. Quod pēdet, non est pro eo quasi sit.

CLXX. IDEM *libro tertio ad Plautium.*

FActum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.

CLXXI. IDEM *libro quarto ad Plautium.*

NEmo ideo obligatur, quia receptu rus est ab alio quod præstiterit.

CLXXII. IDEM *libro quinto ad Plaucium.*

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est, ambigua autem intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit.

CLXXIII. IDEM *libro sexto ad Plaucium.*

IN [o] condemnatione personarũ, quæ in id quod facere possunt damnantur, [p] non totum quod habent, extorquendum est, ne egeant.

Cum [q] verbum RESTITVTAS lege [r] inuenitur, & si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.

§. Vnicuique [s] sua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obiectuatur.

§. Dolo [t] facit, qui petit quod redditurus est.

CLXXIIII. IDEM *[libro octauo ad Plautium,]*

QVI [v] potest facere vt possit conditioni parere, iam posse videtur.

§. Quod

o *Exist. de re iud.*

p *condamnantur.*

q *Coniunge l. videamus. de vsur.*

r *in lege.*

s *Coniunge l. mora. de verbo oblig.*

t *Coniunge. l. dolo. 8. de doli excep.*

v *Coniunge l. 8. de bon. poss.*

§. Quod quis si velit habere non potest, id repudiare non potest.

CLXXV. IDEM *[libro vndecimo ad Plaucium.*

IN his [a] quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, seruus interuenire non potest.

a *in omnibus officiis.*

§. Non debeo meliotis conditionis esse, quàm auctor meus, à quo ius in me transit.

CLXXVI. IDEM *libro tertio decimo ad Plautium.*

NOn [b] est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

b *Extitu. de iustr. vide l. 13. & 14. eod. tit.*

§. Infinita æstimatio est libertatis, & necessitudinis.

CLXXVII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

QVI [c] in ius, dominium vel alterius succedit, iure eius vti debet.

c *Extit. de hæred ven.*

§. Nemo videtur dolo [d] exequi qui ignorat causam cur non debeat petere.

d *dolo facere. al. in dolo est.*

CLXXVIII. IDEM *libro quinto decimo ad Plautium.*

CVM [e] principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem quæ sequuntur locum habent.

e *Coniunge l. 129. supra ea.*

CLXXIX. IDEM *libro sexto decimo ad Plautium.*

f Coniunge l. si peculiū. de statu lib.

INf obscura voluntate manumittentis fauendum est libertati.

CLXXX. IDEM *libro septimo decimo ad Plautium.*

g Coniunge l. si donatum. de condict. causa dat.

QVod g iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

CLXXXI. IDEM *libro primo ad Vitellium.*

h omne ius.

SI nemo subiit hæreditatem, omnis h vis testamenti soluitur.

CLXXXII. IDEM *libro tertio ad Vitellium.*

QVod nullius esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

CLXXXIII. MARCELLVS *libro tertio Digestorum.*

i Ex tit. de in integ. restitut. l. Diuus.

ETsi i nihil facilè mutādum est ex solemnibus, tamen vbi æquitas euidens poscit, subueniendum est

CLXXXIIII. CELSVS *libro septimo Digestorum.*

k Coniunge l. si quis ab alio. de re iudic.

VAni k timoris iusta excusatio non est.

CLXXXV. IDEM *libro octauo Digestorum.*

IMpossibilium nulla est obligatio.

CLXXXVI.

CLXXXVII. IDEM *libro duodecimo Digestorum.*

NIhil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui l possit. & cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo m præterito peti non potest.

l *s. lun.*

m *eo tempore.*

CLXXXVII. IDEM *libro sexto decimo Digestorum.*

SI quis prægnante vxorem reliquit, non videtur sine liberis decedisse.

CLXXXVIIII. IDEM *libro septimo decimo Digestorum.*

VBi pugnātia n inter se in testamento iuberentur, neutrum ratū est.

n *repugnātia.*

§ Quæ rerum natura prohibentur nulla lege confirmata sunt.

CLXXXIX. IDEM *libro tertio decimo Digestorum.*

PVpillus nec velle nec nolle in ea ætate, nisi adposita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

CXC. IDEM *libro vicensimo quarto Digestorum.*

QVod euidenter in bonis non est.

CXC. IDEM *libro trigensimo tertio Digestorum.*

NErarius consultus, An quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur: respondit: non videri sibi principem, quod ei, quem viuere existimabat, concessisset, defuncto concessisse, quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationem esse.

CXCII. MARCELLVS *libro vicensimo nono Digestorum.*

[a] Coniunge l. 3. de seruit. leg.

EA[a] quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur.

§. In re dubia Venigniorem interpretationem sequi, non minus iustius est, quàm tutius.

CXCIII. CELSVS *libro trigensimo octauo Digestorum.*

[b] sub tempore.

OMnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac si continuò sub tempus[b] mortis hæredes extitissent.

CXCIIII. MODESTINVS *libro sexto Differentiarum.*

[q] Cessionem. [r] al. exstiterunt.

QVi per successionem[q] quamuis lõgissimam defuncto hæredes constiterunt[r], non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes existunt.

CXCV. IDEM *libro septimo Differentiarum.*

[a] Ex l. nonnunquam. de condit. & demonst.

EXpressa[a] nocent, non expressa nõ nocent.

CXCVI. IDEM [*libro octauo Regularum.*]

[b] Ex tit. de iure immun.

PRiuilegia[b] quædam causæ sunt, quædam personæ: ideo quædam ad hæredem transmittuntur: quæ causæ sunt, quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.

CXCVII. IDEM *libro singulari De ritu nuptiarum.*

[c] Coniunge l. 42. de rit. nupt. [d] Conuentionibus. [e] quod licet. [f] & quod.

SEmper[c] in coniunctionibus a non solum quid[d] liceat, considerandum est, sed & quid[e] honestum sit.

CXCVIII. IAVOLENVS *libro tertio decimo ex Cassio.*

NEque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

CXCIX. IDEM *libro sexto Epistularum.*

[g] non obtemperat.

NOn potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit[g].

CC. IDEM *libro septimo Epistularum.*

QVotiens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod

minimum habeat iniquitatis.

CCI. IDEM *libro decimo Epistolarum.*

OMnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statũ euentus capiũt, si initium quoq; [h] sine vitio ceperint.

[h] quidem.

CCII. IDEM *libro vndecimo Epistolarum.*

OMnis definitio in iure ciuili periculosa est; parum [i] est enim vt nõ subuertere possit.

[i] rerum.

CCIII. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

QVod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur [k] damnum sentire.

[k] sibi imputare debet.

CCIIII. IDEM *libro vicensimo octauo ad Quintum Mucium.*

MInus est actionem habere, quàm rem.

CCV. IDEM [*libro trigensimo nono ad Quintum Mucium.*]

PLerunque fit, vt etiam ea quæ [l] nobis a Vire possint, proinde [m] in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, vt abire possent. & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum & alienare, & seruitutem [in] prædio imponere possumus.

[l] quæ a nobis.

[m] perinde.

CCVI.

CCVI. IDEM [*libro nono ex variis lectionibus.*]

IVre naturæ æquum est, neminem cũ alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

CCVII. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

RES [n] iudicata pro veritate accipitur.

[n] Coniunge l. ingenuum. de statu hominum. cum aliis.

CCVIII. PAVLVS [*libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*]

NOn potest videri desisse habere, qui nunquam habuit.

CCIX. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SEruitutem mortalitati ferè comparamus.

CCX. LICINIVS RVFINVS *libro secundo Regularum.*

QVę ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto [o] conualescere non potest.

[o] tractu temporis.

CCXI. PAVLVS *libro sexagensimo ad Edictum.*

SEruus reipublicæ causa abesse non potest.

DECLA

DECLARATIO PER MODVM OECONOMIAE SEV dispositionis Tituli de Diuersis Regulis Iuris antiqui.

Regula.

REgulæ quæ iusti atq; iniusti scientiã breuiter cõprehendũt, circa generalia Iuris præcepta versant. Et concipi solent. Aut sub Vniuersali signo, l. oẽs, l. in omnib⁹, l. omnia, l. nullũ, cum simil. h. t. Aut in definito l. 2. & 3. cũ similib. h. t. quod vniuersali æquipollet, l. si ex plurib⁹ ff. de leg. 2. Aut alijs dictionib⁹, quę si nõ omnia, tamẽ multa cõprehẽdũt: vt Ferè. l. ferè 100. & 196. h. t. Plerũq; l. plerunque. h. t. Frequenter l. ea quę 65. cũ simil. hoc est.

Periculosa definitio.

Sed cũ in toto iure generi p speciẽ dereget l. in toto h. t. fit vt regularũ q̃ res generatim cõprehẽdũt definitio exiliat periculosa, l. oes. 203. h. t. vt non temere eis sit fidẽdũ, nec enĩ rarò subuertũtur ostẽsa lege aut ratione, distinctione aliqua ꝓpter quã in ꝓsenti specie locũ habere nõ debeãt. Quod cum fit, amittit suũ officium quasi exclusa exceptione.

Vt autẽ omne ius, ita & Regulæ quæ inde sumũtur, ad personas, res & actiones pertinent. Ad personas, hę quib⁹ de statu. Qua in parte fœminę sint maribus deteriori iure, l. 2. & 111. Quo vtãtur iure furiosi. l. 5. & 41. & 167. Muti, surdi l. 167. Liberi l. 148. Filij familias l. 4. & 94. Deinde q̃ sint iura libertatis & liberorũ l. 21. & 107, & 137. 140 & 195. Seruitutis & seruorũ l. 33. & l. 108. 136. 161. 176. 189. & 212. Possessorũ l. 199. tã bonę fidei l. 180. quàm malę fid. l. 199. Itẽ eorũ q̃ dolo desierũt possidere c. 174. 193. & 200. Emptoris & venditoris l. 169. Fideiussoris. l. 44. & 111. Socij l. 48. Debitoris l. 67. & 96. &c. *Ad personas.*

Hæredes.

Postremo q̃ sint iura restitutiõ & intestatorũ l. 7. & 142. Hęredũ l. 6. & 39. 44. 45. 60. 90. 153. 154. 155. 163. 171. 184. 192. 195. 199. & 200. Bonorũ possessoris l. 118. & 171. Successoris l. 138. Authoris l. 138. Tutoris l. 74. Pupilli l. 2. 5. 111. 112. & 150.

Bonorũ possessores.

Ad res pertinẽt eæ Regulæ quæ ostendũt quid iuris sit in toto & parte l. 114. 141. & 191. Quãta in rebus cutio l. 261. Quid obtineat in rebus q̃ nullius censentur in bonis l. 143. Quid in reb⁹ quæ sunt in alicuius: tã corporalib⁹, vt est domus q̃ dicitur tutissimũ cuiusq; refugiũ l. 62. & 105. quàm incorporalibus: cuiusmodi sunt iura sanguinis l. 8. Testamẽtorũ l. 12. 20. 90. 202. & 211. Legatorũ l. 18. Hæ

Ad Res.

18.Hæreditatē l.39.63.74.92.& 181.Repudiationis l.15.Potestatis l.18.&19.Nuptiarū l.51.&558.Actuū legitimorū l. 78. Contractuū l.18.19.20.28.31.&46.Obligationū l.131.145 & 196. Alienationis l. 162.& 296.Translationis erariū l.55.121. 165.& 186.Iussus,mandari l.61. 130. 140. & 200.Ratihabitionis l.61.& 195.Vēditionis l.91.121.& 122. Donationis l.54. 70.83.124.126.& 199.Dotis l.86.Stipulationis l.187.Aliorumq; factorū l.32.90. & 198.Quid seruetur in ijs quę cōtractibus accedunt,vt sunt Res de quibus cōtrahitur l.46.& 145. Possibiles aut impossibiles l.51.119.178.& 149.Itē in ijs q̄ cōtract⁹ aut firmāt l.30.86.& 211.vt ius Pignoris l.119.aut repræsentāt, vt tēpus l.14 17.& 30.aut tollunt l.36.& 100.item de circumuētione l.50.& dolo ac culpa: quis videlicet intelligatur esse in culpa l.35.51.130.175.& 204.Dolo l.56. 64.77. 80.100. 110.117.128.134.138.160. & 171. Mora l.64. 89. & 139. aut alio delicto l. 177.195.& 198.Quid præstet bona fides l.58. & 179. Possessio l. 196. Fructus rei l.72.Euictio 151.

Quæ firmāt & quæ repræsentant.

Nomina. Verba.

Sed in primis & precipuę Regulę tradūtur de interpretatione Nominū,Verborū & Clausularū,q̄ actionibus hominū explicādis adhibent: vtquā vim habeāt,& quomodo interpretāda sint. Obscura l. 9.42.140.&129.Dubia l.21.57 & 155.Ambigua l.98.86.& 97.Repugnantia l.149. Cauillationib⁹ obnoxia l.101.Ratò vel frequēter accidētia l 65.& 115. Singularia l.184.Qua in parte in genere recipiuntur iustis decretis rē tēperādā esse l. 86. In omnib⁹,maximè tamē in Iure,id est, Iudicio spectandam esse æquitatē l. 91. In contractibus primò inspiciendum quid actum,etiam si verba non consonent l.93.& 95.Tum Consuetudinē, postremò id quod est minimum l.35.& tēpus contractus l.19.& 30.

Clausulæ.

In contractibus quæ cōsideranda.

Ad actiones & iudicia eę Reg. spectāt quib⁹ definit quid sit l⁹ gladij l.71.Quæ potestas Magistratus l.103. Iudicis l.132. &137.Quid sit Arbitriū l.23.Quę vis Cognitionis & Iudicij l.28.73.& 106. Itē de Iure petitionis l.34.Actoris l.42.& 43.& 89.Procuratoris l.66.Rei l.42.168. Defensionis l.53.189.&127.An proponi possint plures Actiones, An plures Exceptiones l.44.Quæ Actio alia momento fiat l.105.De petitionibus ante tēp⁹ l 47 Tralatorijs in hæredē l.170. Pœnalibus l.173.Quis actionē dare possit l. 103. De effectu Exceptionis l.113.Et litis contestatæ

Actiones.

statæ l.87.88.99 125.& 128. Quis cõdemnare possit l.38. & quatenus l. 29. Item in Condemnationibus spectandam *innocentiã* & æquitatem l. 91. præsertim in pœnalibus l. 198 Ad hæc autem & imprudentiam l.119.

Effectum autem rei iudicatæ esse, vt pro veritate habeatur,l.208. Atque alia id genus.

REGVLAE ET PRAECEpta nonnulla ex corpore Iuris sparsim desumpta, ordine Alphabetico.

Absurdum intellectum ab omni dispositione reijciendum.l.niam absurdum.de bon. lib.l.1.§. vnde quæritur.de public.

Ab omni vi atque iniuria penitus abstinendum.l.1 §.1 quod vi aut clãm.

Actum dubium in meliorem partem accipiendum l.cùm creditor.de furtis.

Ad impossibile neminem obligari.l.si quis in graui.ad Syllan.

Alterius factum alteri non obesse.l. de pupillo.§ si plurimum de oper.no.nun.

Alieno odio neminem prægrauari,l.sequi in fine.§ legis.C.de inof.testa.

Aliis non nocere quod inter alios actum est.l.quia non debet.de iureiur.

Arte non concedi quod naturaliter denegatur. l. vbi repugnantia. §. 1. de reg.iur.

Authoritatem maiorum etiam in illicitis excusare.c dixit.xiiij.q.v.

Authoritate propria neminem ius sibi dicere posse.l.1.§.1.quo. legato.l. vni. C.ne quis in sua cau.iud.

Beneficium propter aliquem concessum in eundem minimè retorquẽdum. l.si index.in fi.de mino. B

Bonam voluntatem plerunque pro facto reputari. l. si quis in testamento. & l. vter. in fin. de conditio.insti.l.cùm hæres.ver.seruire.de statu lib.

Cauendum ne respectu nocentis innocens patiatur. l. fi. in fi. C. de his qui latro l.prægnantis,ff.de pœn. C

Certa pro incertis relinquenda non esse.l.cogi. §. idem quærit cum glos. ad Trebel.

Contra ius aut bonos mores conuentiones hominum non valere. l. pacta quæ contra. C.de pact.

Contra vim atque iniuriam licitam esse defensionem. l. vt vim de iusti. & iur.l.scientiam.§.qui cum.ad l.Aquil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra proprium factum neminem venire permitti l. post mortē. de adopt.

Cum alterius detrimento nemini consulendum. l. nec auus. C. de emancip. lib. 6. primum xxij. q. ij.

Cum alterius iactura neminem locupletari debere. l. nam hoc natura. de cond. indeb.

D Deceptis non decipientibus subueniendū. l. & primo. §. verba. ad Vellei.

Dolis ac fraudibus modis omnibus occurrendum l. 1. de dolo. cap. sedes. de reſcript.

Diſcordiarū occaſiones penitus remouendas. l. æquiſſimam de vſufruct. l. cùm pater. §. dulciſſimis. de leg. 2.

De minimis conſiderationem non habendam. l. ſcio. de in integ. reſti.

E Eadem vel ſimili ratione ſuadente idem ius ſtatuēdum. l. illud. ad l. Aquil.

Effectus in conſequentiā prodeuntes non attendi. l. 1. de auto. tut.

Errantes & ignorantes conſentire non videri. l. ſi per errorem. de iurisd. omn. iud.

Æquitatem rigori præferendam. l. placuit. C. de iud.

Ex cauſa nonnunquam à communibus regulis recedendum. l. ita vulneratus ad

tus ad l. Aquil. l. vtilitatē. de conſtr. tut. & l. ſi domum. §. qui conſitetur. de leg. 1.

Executionem non faciendam iuris ordine prætermiſſo. l. ſi cum nulla. de re iud. l. 1. C. de exec. rei iudic.

Factum procuratum non prodeſſe. l. F ſi ſeruus. §. . de leg. 1.

Facilius tolli ius ſpeciale quàm commune. Leius. §. 1. de mil. teſt.

Facilius omitti ius quærendū quàm quæſitum. l. fi. C. de aco. poſ.

Facilius dari exceptionem quàm actionem. l. 1. §. cui damas. de ſuperfi.

Facilius remitti ſperata quàm poſſeſſa. l. cum hi. de tranſact. l. vnum. §. ſi rem. de leg. 2.

Fidem violanti fidem non ſeruandā. l. cum proponas. C. de tranſactio.

Finalem cauſam diligenter inſpiciendam. l. verum de furt.

Generalibus ſemper ſpecialia derogare. l. in toto. de re. iu. G

Grauius in committendo quàm in omittendo deliquit. l. Metrodorum. de pœn.

Honorem lucro imò etiā vitæ præ- H ferendum. l. iſti quidem: quod metus cauſa.

Honeſtatis ius ab omni debito ex-

cipiendum.l.quod ex libera. C. de ope. liberto.

I In alienis rebus gerendis bonam fidem defiderari.l.4.de solut.

In alieno facto ignorantiam facilè tolerari l. fin.ff.pro suo.

In dubio à verborum proprietate non recedendum.l.non aliter.de leg.3.

Inducta ad vnum finem contrarium effectum non operari. l. legata inutiliter.de adimen.leg.

In malis quod minus est spectãdum. c.iurauit.& c.non solùm. xxiij. q.iij.

In necessitatibus leges non seruari.l. vt gradatim.§.1.de mu.& hono.

In obscuris secundũ magis veriſſimilia iudicãdum l.in obscuris.de reg.iur.

In pari causa damno magis quàm lucro consulendum.l. fin.§. licentia. C. de iur.delib.l.at si quis.§. sed etsi. de religios.

In re dubia benigniorem semper seruari interpretationem. l. proximè de his quæ in test. delen.

In vno grauatum, in alio releuandum.l.eum qui ff.de iureiur.

Iusta petenti facilè assentiendum. 1.de his qui sunt su.l. & Attilicinus. de seruit.rustico.prædio.

Ius speciale in consequentiam non trahendum l.quod verò cõtra.de legib.

Leges non verbis, sed rebus impositas esse.l.2.C.commu.de legib. L

Leges non ex verbis, sed ex mente intelligendas.l.scire leges.de legib.

Leges ignorare nemini permissum. l.leges.C.de legib.

Legibus non exemplis iudicandum. l.nemo.C.de senten.

Legitimè facto pœnam non deberi. l.Gracchus.C. de adult.

Legis imperio voluntatẽ non factũ coerceri.l.1.C.ad l.Cornel. de sicar.

Liciti prætextu illicitum non permitti.l.ij.de extraor.crimini.

Licitum coarctari vt illicitum euitetur.l.tutor.§.1.de suspec. tuto.

Maiorum præcepta iusta,vel iniusta M non contẽnenda.l.1.de oper.no.nuncia.

Maioribus periculis diligentius occurrendum.l.1.§.sed & si quis. de Carb. edict.

Maleficiis minimè indulgendum. l. in fundo.de rei vendicatio.

Mediam viam in perplexitatibus eligendam. l. si paterfamiliàs. de hær. instit.l.antiqui.si pars hære.peta.

Multa ex postfacto tolerari quæ ab

initio prohibentur. l. patre. de his qui sunt sui vel alie.iur.l. circa. de inof.test. l.1.§.biduum.quando appellandum.sit.

Multa in consequentia permitti, quæ principaliter denegatur.l.1.de auto.tu.

N Neminē ex suo dolo, vel calliditate releuari.l.rerum.§.tempus.pro socio.

Neminem multiplici onere prægrauandum.l.nauis.§.cùm autē. ad l. Rho. de iac.

Neminē ex suo benefacto in periculum trahi.l.ne ex liberalitate.de re iud.

Nemini officium suum damno vertī debere.l.sed & si quis.quemad.test.aperian.l.si seruus.§.quod verò de furtis.

Nemini iniuriā facere, qui iure suo vtatur.l.Proculus.& l.fluminum. in fin. de damno infect.

Nemini casum sed culpā imputari.l. si ex plagiis.§ fin.ad l.Aquil.

Non factum, sed faciēdi causam inspiciendam.l.verùm.de furt.

Nō cupiditatib⁹ sed iustis affectionibus indulgendū.l.illud. de manu. vind.

Non negligentibus sed impotentibus succurrendum.l.non enim.ex quib. cau.maior.

Nobiliores præsumptiones semper in dubiis eligendas.l. merito.pro socio.

Nullum

Nullum violentum perpetuò tolerandum.l.ij.de his qui sunt tui.

Odia restringi, fauores ampliari debere.l.cùm quidam.de lib.& posthu. O

Omnem actū ab agentis intentione iudicandum.l.j.C.ad l.Cor. de sicar.

Omne commodum cum suo onere pertransire.l.cum fisco. ad Syllani.

Omne incommodū aliquo cōmodo compensandum.l.1.§.fi.de aqua pluu.

Paria delicta mutuò compensari. l. P vico.in fi.solu.matrim.

Pacta specialia ad idem minimè cumulanda.l.1.C.de dot. promis.

Prodesse alteri neminem cogi, sed tamen obesse vetari.l. in summa.§.item Varus.de aqua plu. arc.l. fi. §. diui quoque Marcus. de publ.

Publicam vtilitatē priuatorum commodis præferendam. authen. res quæ. C.commun.de leg.

Quæ ab initio sunt voluntatis, ex Q postfacto esse necessitatis. l. sicut. C. de actio.& obliga.

Quod nemini nocet & alicui prodest facilē concedendū.l.ij. §.1. de aqua plu. arcen.l.rescripta.C.de preci.imp.offe.

Quod qs in se approbat, in alio reprobare nō posse.l.in arenā.C. de inof. tes.

Quod quisque iuris in alium statuerit, ipsum quoque eodem vti debere. l. 1. quod quisque iur.

R Rationes naturales pro legibus amplectendas. l. cùm ratio. de bo. damna.

Res magis intuendas quàm verba. l. promittendo. de iur dot.

S Satis esse si quis vel in modico amici opera consulatur. l. tutori. C. de negget.

Satius esse nocentem absolui, quàm insontem damnari. l. absentem. de pœn.

Sine culpa pœnam non infligi. l. sancimus. C. de pœn.

T Tristes euentus non facilè considerandos. l. inter. §. sacram. de stipulatio.

Turpia vel cõtraria allegantes meritò repelli. l. 1. C. de furt. l. transactione. C. de transact.

V Vbicunque æquitas suadet subueniendum. l. diuus. de in integ. resti.

Volenti neque vim neque iniuriam fieri. l. cùm donationes. C. de transact. l. 1. versi. filij. ff. de iniu.

Voluntate sublata omnem actionem esse. l. fœdissimam. C. de adul.

Vltima prioribus derogare. l. pacta nouissima. C. de pact.

Omnis

Omnis * igitur disciplinæ progressus, à generalibus præceptis rectè deducitur, quæ veluti cuiusque artis fundamenta ad omnium specierum, atque individuorum cognitionem ita necessaria sunt, vt neque ignorari, neque in dubium reuocari debeant. Planè ignorari vniuersalia non possunt, sine quibus ad particularium notitiã minimè peruenitur. Reuocari in dubium non debent, cùm vel ipsa sint luce clariora, vel notius supra se habeant nihil.

* §. hùc igitur. instit. de iust. & iur.

SERIES AC DISPOSITIO OMNIVM TRACTATVM ac Titulorum qui ordine in libris Pandectarum explicantur. Ex D. VVESEMB. & D. CVIACII scriptis.

PANDECTARVM diuisio quam hodie vulgo fieri videmus, qua tribus earum partibus constitutis prior *Digestorum vetus*, altera *Infortiatum*, tertia *Nouum* appellatur: neque sanè verus est, nec admodum concinna. Est enim perpetuus Digestorum ordo ac contextus 50. omnino libris ab- LIBRI L.

Vniuersalis Pandectarũ partitio seu distributio.

solutus, quos in septem partes principales Iustinianus distribuit: quarū prima huius artis, *Iudiciorum & Vsus forensis*

I. *principia atque elementa* continet: vnde τὰ πρῶτα nominantur. Secunda, *Iudicia*

II. *realia* & his consimilia. Tertia, *Res creditas*.

III. Quarta, *Pignora, Iura dotium, cōmunium, tutelarū* Quinta, *Vltimae voluntates*.

IV. Sexta, *Possessionum bonorum, interdicta, exceptiones & actiones*. Septima, *stipulationes, iudicia criminalia appellationes, iudicia fiscalia*. alia quædam extraordinaria: & denique epilogum quo expositis Verborum significationibus, & Rerum omnium regulis vno quasi fasciculo omnia comprehenduntur & colliguntur.

Particularis partitio. Hæc summatim vniuersali partitione ac dispositione Pādectarum dicta, particularem attingamus.

LIBRI I. TIT. 22. A Iustitia, quam Iuris authores colunt, & à iure quod profitentur exordium sumitur. 1. *De iustitia & iure*: deinde traduntur prima artis principia aliæque significationes iuris, 2. *De origine Iuris*: deinde partes & species, 3. *De legibus & S. Cons. & lōga cōsuetudine*: tacito populi cōsensu plurimorū annorum obseruatione inueterato. Quarta indè pars Iuris sequitur, 4. *De constitutionibus*

Principū: cuius Augusto priuilegio eadē est potestas quæ populi fuit. Quibus iuris partibus expositis 5. *De statu hominum* seu iure cuiusque agit: 6. *De his sibi iures qui sui*. vt patres familias qui sciliacet in domo sua dominium obtinent, *vel alieni iuris sunt* vt filijfam. aut serui: & qui ex lege per adoptionem fiunt, 7. *De Adoptionibus*, quoad scilicet emancipentur.

Differentia & qualitate hominū ex posita, 8. *De diuisione rerum* agit: quam multiplex diuisio Magistratuum, apud quos disceptant de suis rebus homines, sequitur: 9 *De Senatoribus* qui à Cōsulibus in Senatum lecti erant consilij publici causa: 10. *De officio Consulis*, qui conuocando Senatu & summæ rei præsit. 11. *De officio præfecti prætorio*, qui disciplinæ aulicæ, 12. *De officio præfecti vrbi*, qui disciplinæ vrbanæ: 13. *De officio Quæstoris*, qui pecuniæ publicæ conquirendæ & conseruandæ curam gerit 14. *De officio Prætorum*, Vrbani nempe & Peregrini, qui ius dicebant inter ciues & peregrinos: 15. *De officio præfecti vigilum*, cui commissæ sunt vrbis excubiæ & vigilum cohortes.

Magistratuum multiplex diuisio.

§. Et hi quidem in vrbe: sequentes tituli

tituli de his q̃ in prouincia ius dicunt: Magistratus prouinciales mittebantur vel in prouincias Consulares Senatus populiq́ue nomine, cum generali summoq́; (vt in libera Repub. vsitatum antea fuerat) imperio, tit. 16. *De officio Proconsulis*, quem cum imperio consulari mittebat Senatus; *& legati* cui scilicet mandarent iurisdictionem suam. nec enim legatos suo sibi iudicio deligebat: Vel in Cæsareas prouincias mittebantur eũ imperio nõ æquè libero, sed ad Principis diploma restricto. titu. 17. *De officio præfecti Augustalis* qui in Ægypti ,puincia mittebatur pro eõsulari potestate, ex equitibus non ex Senatoribus, 18. *De officio præsidis* quem mittebat princeps in ,puin. 19. *De officio procuratoris Cæsaris*, qui scilicet in prouin. iudicat inter fiscũ & priuatos, vel iudicium dat, licet de crimine non cognoscat. 20. *De officio iuridici*: Alexandrinos namque vno iudice fuisse contentos quem Cæsar dedisset, scribit Spartianus.

21. Quibus omnibus delegati iudices *De officio eius cui mandata est iurisdictio* & Adsessores consiliarij & comites administrabant. 22. *De officio adsessorum.*

Præcogniris his Magistratuum officijs, aptè exgritur in genere 1. *De Iurisdictione*, quæ propriè notio est quæ iure magistratus competit. Hanc sequitur 15. edictum. 2. *Quod quisque iuris in alterum statuerit vt ipse eodem vtatur*, aduersus eos qui in magistratu ius dixerunt iniuriosè. Item aliud, 3. *Si quis ius dicenti non obtemperauerit*, &c. vt sua constet iudiciis & decretis authoritas ita ordinata & munita iudiciorum & actionum impetratione, videndum est quo ordine agatur apud magistratum: Titu. 4. *De in ius vocando* initium agendi præbet. 5. *Si quis in ius vocatus non ierit*. &c. multatur: 6. *In ius vocati vt eant aut satis vel cautum det.* 7. Prohibitio sit pœnali edicto. *Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat.* Quia vero dictum est titu. 6. vt satis vel cautum dent, necesse est explicare. 8. *Qui satis dare cogantur*, vel fideiussore dato, vel iurata vel nuda promissione 9. Aut vadibus *Si ex noxali causa*, &c. 10. In eũ verò *Per quem factum erit*, dolo malo quo minus q̃ cauerat iudicio sisti, &c. datur actio in id quod interest, quæ pro pœnali habetur 11. *Cautione iudicio sistendi causa facta* deserens in edicto in pœnam stipulatione comprehensam.

henſam. Exeuſant tamen nonnunquam 11. *Feriæ* i. quieti dies à ciuilibus iudicijs: aut *Dilationes* petitæ per defenſores. Actor. 13. *Edendo* actionem & inſtrumenta litis, ius omne ſuum quo vſurus eſt explicat: 14. Quo introſpecto perpenſoque reus nonnunquam *Pactis* ſi- aut *Tranſactionibus* litem componit.

LIBRI III. TIT. 6.

Explicitis tractatibus de in ius vocando & de cautione in iudicio ſiſti, recte datur titu. 1. *de poſtulando*: 2. Subiecquitur enumeratio eorum *Qui notantur infamia*, quique pro aliis poſtulare. 3. *Præ*binandi petere: pro ſe vel pro alio non poſſunt. 3. *De procuratoribus* agitur qui pro actore rem in iudicium deducunt *& defenſoribus* qui pro reo. l. ſi mater. §. hoc iure. de exce. rei iu. 4. Quibus ſimile eſt Procurator ſeu ſyndicus *Cuiuſque vniuerſitatis nomine* agens: 5. & *Negotiorum geſtor*. ſeu voluntarius procurator. 6. Et generatim *Calumniatores* qui ſcientes prudenteſque p fraudē litem faciūt alteri.

LIBRI IIII. TIT. 9.

Si ne ſic q dē exceptionibus lis cocat aut euaſio procedat, tentat reus eam à ſua p̄ſona æquitate ſuæ cauſæ impetrare, nō quidem inficians quin ſtricto iure teneatur, 1. Sed oſtendens æquum eſſe *In integrum reſtitutione* à ſeueritate iudicij

iudicij abſolui: 2. Vt *Quod metus cauſa* Aut 3 *Dolo malo* inductus: 4. Aut vt *Minor. XXV. annis* circunuentus Aut 5. *Capitis minutione* in fraudem adductus, 6 Per abſentiam, aliáſve iuſtas occaſiones *Ex quibus cauſis maiores*, &c. 6. Aut ſexto, ſi quis re alienata dolo malo moletum aduerſarium pro ſe ſubiecerit *alienatione mutandi iudicij cauſa facta*. 8. Fit etiam vt excipiat reus de facto compromiſſo ex *receptis arbitris*, petatq; rem à iudicibus compromiſſariis componi. Quam exceptionem iudex amittit minuendarum litium cauſa, cogitque arbitrum ſententiam dicere quaſi obligatum ex recepto: 9. Eorum exemplo, qui eo ipſo quo quid recipiunt, ex cauſa recepti obligantur, ſubdit tit. *Nauta, caupones, ſtab.* Et hæc quidem τὰ πρῶτα ſunt & principia iudiciorum in quibus exponendis prima Pandectarum pars inſumitur. De his enim omnibus antè quæri & exciti poteſt & etiam ſolet, quàm reus *iudicium* ſuſcipere, & ſua reſponſione litem conteſtari cōpellatur.

LIBRI V. TIT. 6.

PAND. PARS SECVNDA.

A Compromiſſarijs tranſit ad iudices ordinarios. 1. qui ex ordine dantur

tur à Magistratibus: & 1. *De iudicijs ubi & vbi quisque agere vel conueniri debeat.* Iudicia aut sunt ciuilia, aut criminalia aut fiscalia seu extraordinaria Ciuilia aut merè ciuilia aut prætoria: illa rursus aut realia, aut personalia aut ex his permixta. Reales actiones aut vniuersales sunt quibus vniuersitas rerū petitur. 2. vt De *inofficioso testamento* querela. 3. aut De *petitione hered.* siue pro toto: 4. siue pro parte, *Si pars heredi. petat.* 5. Siue ab herede, siue bonorum possessore, *De petitione hereditatis petitione.* 6. Siue etiam

LIBRI VI. TIT. 3. à fideicommissariis quibus ex SC. Trebelliano restituta est hereditas: nā & hi heredes imitātur. *De fideicom. hered. petit.*

Eiusmodi autem res sunt aut corporales aut incorporales. Ad corporalium rerum persecutionem competunt. 1. *Rei vendicatio*, quæ est proprietatis assertio. 2. *Publiciana in rem actio* tam directa, quam vtilis *si ager vectigalis, id est, emphyteuticarius petatur.*

LIBRI VII. TIT. 9. Res incorporales quæ vindicantur sunt seruitutes, quarum aliæ personarum, aliæ prædiorum. Seruitutes personarum, id est, quibus prædia personis seruiunt: Vt 1. *De vsufructu, & quemad. quis vta. fr.* 2. Qui varijs modis adquiritur

ritur tit. De *vsufr. adcresc.* 3. Et extinguitur *quando dies vsusfr. leg. ced.* 4. Amittitur varijs modis. *quib. mod. &c.* 5. Vt nec vno modo constituitur, *vsufr. earum rer quæ vsu consum.* 6. Actio autem *Si vsufructus petetur, vel ad alium pertinere negetur*, duplex est, Confessoria qua actor asserit sibi vsumfr. deberi. alia Negatoria quę domino qui negat rē suam alij per vsumfr. seruire, competit. 7. In personalibus seruitutibus sunt etiam *Operæ seruorum.* 8. Itemque *Vsus & habitatio.* 9. Quarum omnium seruiturum nomine *Vsufructuarius quemad. caueat*, se vsurum boni viri arbitratu.

A personalibus ad reales transit tit. 1. De *seruit.* quarum aliæ sunt. 2. *Vrbanorum prædiorum:* 3. aliæ *Rusticorum prad.* Quę etsi docendi causa sic distinguuntur, tamen multa habent inter se 4. *Communia prad.* Vt verò de vsufructu ita & de iure prædiorū duæ sunt actiones Confessoria 5. *Si seruitus vindicetur*: & Negatoria quæ seruitutem negat, libertatemque adserit. At nō etiam quibus modis Vsusfructus interit, & 6. *Seruitutes amittuntur* nam confessione tantùm intercunt 1. adquisitione dominij vtriusque prædij, & non vtendo, siue

LIBRI VIII. TIT. 6.

vsucapione libertatis, aut cessione.

LIBRI IX. TIT. 4. Magnam autem cum iudiciis illis realibus & vindicationibus affinitatem habent actiones noxales, quæ non ex contractu aut verò aliquo delicto vi Actiones personales, sed ex facto aequasi delicto oriuntur: 1. Aut occasione rei quæ possidetur competunt, vt *si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* qui de damno sine iniuria dato agitur: 2. Aut damno iniuria dato, vt per hominem, tit. *ad legem Aquiliam*: 3. Aut quum causa damno præbita est. *De his qui dixerint vel effuderint.* Quibus actionibus noxalibus de pauperie & de damno, datur generalis tit. 4. *De noxalibus actionibus*, quarum hæc est vis ne multetur dominus vltra deditionem noxæ, si dedere malit quàm damnum sarcire.

LIBRI X. TIT. 4. His iusto ordine adnectuntur & mixtæ actiones, quarum pleræque reales verè sunt, quamuis præstationes personales habeant vt 1. *Finium regundorum* quæ inter confines redditur: 2. *Familiæ herciscundæ* 3. diuidundæ, vt familiæ nomine significetur res vel pecunia hereditaria non hereditas quæ diuidi non potest. l. 8 De rei vind. 3. *Et communi diuidundo*, quàm ac. τὴν εἰς διαιρεσιν αἰρουμ

Gr ec

Græci rhetores vocant. 4. Quibus mixtis act. adiungitur actio *Ad exhibendum*, quæ præparatoria quum sit, vindicationis non notat personam, sed in rem exhibendam generaliter concipitur.

LIBRI XI. TIT. 8. Item quæ ex responso datur actio 1. *Interrogatoria actio* dicitur intentionis actoris formandę & instruendę causa. 2. Et quæstio *De quibus rebus ad eundem iudicem eatur*, si cõditio personarum actiones variauerit. 3. Quædam porrò actiones, quidem sunt, non tamen ex contractu, sed ex facto oriuntur, & in rem hoc est, ad recuperationem damni diriguntur, vt actio *de seruo corrupto.* Cuius corrumpendi duæ species notantur 4. si quis ei suaserit fugere *de ser. fugit.* 5. aut aleæ ludere, *de aleator* 6. In finibus autem regundis, *Si mensor falsum modum dixerit.* 7. Quin & de rebus religiosis huiusmodi nonnullæ actiones extant, *de relig. & sumpt. fun.* qui videlicet in alienum locum mortuum intulit & qui aliquem suis sumptibus funerauerit. 8. Et *De mortuo inferendo*, quæ in factum ei datur qui prohibetur mortuum inferre quò ius erat alio inferre coactus est.

PAND. PARS TERTIA.

POst explicatas reales act. aut his consimiles, de personalibus recto ordine tractatus sequitur: quę oriuntur aut ex *actionibus inter viuos*: aut ex *vltimis voluntatibus*. Actionum inter viuos præcipuè sunt tria genera, contractus, coniugia, tutelæ. Contractus aut re potissimum nititur, aut consensu. Re contractus fit vel cùm dominium rei creditur, & transfertur in alium, vel quum vsus rei, vel cùm custodia tantùm creditur. 1. Dominium transfertur in mutuo, vnde condictio ex mutuo, de qua præcipuè hoc tit. *de reb. credi si certum pet.* nã & creditum propriè est mutuũ. Quamuis autem omnis formula qua intendimus dari oportere condictio sit, ea tamen qua ex mutui causa intendimus dari oportere, hoc proprio signata est nomine: Instit. de oblig. §. item is cui. 2. Quia verò in rebus creditis aliená fidé sequitur, frequenter res *Iureiurando siue voluntario seu necessario siue iudiciali* definiri solet. 3. Ac *de in litem iur.* à iudice defertur actori eius rei quæ in iudicium deducta est, æstimandæ causa.

LIBRI XII. TIT. 7.

§. Est autem Mutuo consimile, quum ob rem aut causam honestam aliquid creditur, quòd rei vel causæ propter quæ datum est implemento non secuto reperi æquum sit: Quare & hinc condictiones variæ existunt, tam speciales, quàm generales. Speciales quæ vel ex contractu ortum habent. 4. Vt *condictio causa data causa non secuta*: 5. Et *Condic. ob turpem causam*: Vel ex quasi contractu, 6. vt *Condictio indebiti*. Vel ex contractu nullo & inualido, 7. vt *Condictio sine causa*.

LIBRI XII. TIT. 7.

Vel etiam ex maleficio, 1. *Condictio furtiua*. Vel generales 2. *Condictio ex lege* 3. Et *Condictio triticaria*, per quam petuntur omnes res certæ vel incertæ quæ æstimationem recipiunt habita ratione loci & temporis, vt in tritico.

§. Condictiones autem etsi, sua natura stricti iuris & præcisi id quod datum est, condicunt: efficiuntur tamen nonnunquam Arbitrarię, & bonæ fidei iudiciorum naturam induunt: 4. Vel *De eo quod certo loco dari oportet, quanti interfit eo die vel loco datum*. 5. Vel quòd res debita in obligationem prætoriam (quod genus plus æquitatis recipit) per constitutum sit deducta. *De constituta pecun.* Atque his quidem modis agitur, cùm per cõtractus rerum dominia cre-

duntur. Vsus porrò non dominium rerum creditur tam in cõmodato, *Vide 6. Commodati, vel contra* actio directa & contraria. 7. quàm in *pignoraticia actione* directa & contraria nascitur. Hæ autem actiones dantur non tantùm in eum quicum contractum est, sed multo magis aduersus illum, cui res credita est: hoc est cuius fidem in contrahendo secuti simus.

LIBRI XIIII. TIT. 6.

Fit autem interdum vt cum alio cõtrahamus, alij verò credamus. Sic ex eo quod cũ magistro nauis contractũ est, datur in exercitorẽ nauis cõdictio. 1. *De exercitoria actione*: qua insolidum tenetur exercitor nauis ex contractu magistri quem naui imposuit. 2. Instituto verò de nautis sermone subiunctus est tit. *Ad legem Rhodiã de iact.*, quę vult iactũ ratã factã laborãte naue fieri omniũ cõtributione quorum interfuit iacturam fieri. Legẽ nauticã *Rhodiam* dicit, quam Rhodij quorum disciplinam naualem admirabilem omnes populi libenter sequebantur, condiderunt. 3 *Institoria actio* nomen habet ab eo qui præpositus est alicui negotiationi: cuius gratia perinde obligatur insolidũ is qui præposuit atq; exercitor nauis

nauis ex contractu magistri. 4. *Tributoria actio*, correctio est iniquę tributionis mercium peculiarium à patre vel domino factæ dolo malo, inter eum & alios mercium creditores: in quibus filiusfa. vel seruus negociabatur sciente eo. 5. Verbis edicti *Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur*, ex contractu filij fam. tam agitur ergo filium. (6. Nisi contra *SC. Macedonianum* mutuam pecuniam acceperit) quàm aduersus patrem.

LIBRI XV. TIT. 4.

Ac sicuti dominus ex contractu seruij, ita pater ex conuentione filij quem in potestate habet, tenetur actione 1. *De peculio*. Quæ perpetua est quandiu peculium manet. 2. Annua verò (*Quãdo de pecul. act. annus.*) extincto pecul. 3. Huius actionis adiectio est. *De in rẽ verso*, cum id quod filius fa. vel seruus gessit redactum est in patrimonium patris vel domini. 4. Item actio *Quod iussu* siue de iussu. nam quod alicuius iussu contrahitur mandantem obligat.

LIBRI XVI. TIT. 2.

Exceptis mulieribus quæ ope, SC. Velleiani intercessione eximũtur, *Ad S. Consultum Velleian.* ne exemplo mandatorum cõueniri possint. §. Atque hæ sunt actiones quæ dantur ob res

creditas, vel quoad dominiũ vel quoad vsum. quas ordine in hac tertia parte explicatas licet inuenire. In his autem quia ratio compensationis plerunque iniri solet. 2 Ideo meritò *De compensationib.* subiicitur, cum Compensatio fit per æris sui computationem ab ære alieno liberatio. Custodiæ porrò causa creduntur res per Depositum. 3. vnde *Depositi* actio directa & contraria existit: in qua compensationis rationem, quod haberi fuerit periniquum, recte atque ordine prius egit de Compensationibus, quàm de deposito tractetur.

LIBRI XVII. TIT. 2. His verò expositis, sequitur deinceps vt cuiusmodi actiones ex his contractibus dentur, qui non ex re credita, sed per consensum obligationes introducunt, declaretur. Ex his prima est. 1. *Mandati*, actio quę ex mandato directa vel contraria existit. Directa, domino negotij datur. Contraria, procuratori. Secunda 2. *Pro socio ex* vtroque latere est directa: qui res communis est omnium æquo iure & pari.

LIBRI XVIII. TIT. 7. Tertia act. est, 1. *De contrahenda empt. & vend.* quæ contrahitur consensu solo, intercedente re & precio. At tit. 2. *De in diem addictione* pactio vna est emptionis

ptionis & vendit. quæ in auctionibus hastæ frequens est. 3. *Lege commissoria* id agitur, Si emptor in diem statutum pretium non soluerit, & venditor rem venisse nolit, res nec vendita nec alienata sit. *Lex* ideo dicitur communi nomine omnibus pactionibus quæ legem cõtractui dant: & *Commissoria* quòd qui in eam committit, in vniuersam venditionem committat. 4. Tit. *De hereditate vel actione vendita*, stipulationes eam pręac venditæ rei incorporalis vt hæreditatis, vel nomina siue actiones explicat. 5 *De rescindenda venditione* aut sententia magistratus, aut etiam ipso iure si postea contrario consensu ab ea discedatur. 6 Inde ostenditur cuius sit *Periculum & commodum rei venditæ*. 7. Leges autem *De seruis exportandis.* j. ne in ea vrbe morẽtur vbi venditi sunt, aut *manumittendis vel contra*, dicũtur magis seruis venditis quàm emptoribus.

LIBRI XIX. TIT. 5. 1. *De actionibus empti* quæ datur emptori: & *venditi* quæ venditori: & quid in vtranque deducitur, declarat 1. tit. Quarta actio quæ ex contractu per cõsensum inito competit est. 2. *Locati*, locatori: conducti, conductori 3. *Æstimatoria* proprium nomen non habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

(quòd fit de re quæ æstimata, vendēda data est) sed actio præscriptis verbis. 4. *Tam de rerum permutatione*, quam aliis conuentionibus. 5. nempe ex *Præscriptis verbis* j. actione in factum ciuili, quę vel traditione rei vel facto aliquo obligationem innominatam inducunt.

DIGEST. PARS QVARTA.

LIBRI XX. TIT. 6. EX accessionibus quoque contractuum, sæpenumero lites & iudicia existunt vt 1. *De pignoribus* vel expressè vel tacitè conuentis. 2. *Ex quibus can. pig. vel hypo.* 3. Quo in genere queri solet. *Quæ res pignoris vel hypothecæ datæ obligari non possunt.* 4. Et si possunt. *Qui potiores in pignore vel hypot. habeantur*: vt scilicet antiquior posteriori præferatur, nisi sit priuilegiarius. 5. Tunc *De distractione pignorum* rectè agitur. & Et, *Quibus modis pignus* vel hypoth. solui tur.

LIBRI XXI. TIT. 3. Cum non impleatur contractus fides, dantur emptori. 1. *Ex Aedilitio edicto* actiones arbitrariæ duæ, *Redhibitoria* quæ venditionem prorsus rescindit: & *Æstimatoria* quæ in partē rescindit, ex precio scilicet emptori reddito eo quo minoris res est: qua de causa ex

sa ex formulæ verbis etiam dicitur & *Quanti minoris*. 2. Quibus etiam ædilitias stipulationes ritè subnectit *De euictionibus* qua ex causa regressum habet emptor aduersus auctorem ex *duplæ stipulatione* Ac 3. *Exceptione* quoque *rei venditæ & traditæ*.

LIBRI XXII. TIT. 6. 1. Item cum de *vsuris, fructibus & mora aliisque contractuum accessionibus* disputatur. 2. vt *de nauticofœnore*. j. marítimo. 3. *De probationibus*. j. testimoniis vel instrumentis quibus fides veri constat: & *præsumptionibus* quæ sunt veluti anticipationes quædā de eo quod plerunque intelligitur & fit: quæ probationum onus in eum transferunt contra quem faciunt. 4. *De fide instrumentorum*, quę ad instruendum aliquem pertinent. 5. *De testibus*. 6. *Et de iuris & facti ignorantia*, qui tit. superioribus multis applicari potest, in quibus de scientia & ignorantia frequens distinctio: & quæ loco probationis allegatur.

LIBRI XXIII. TIT. 5. Et hæc quidem ex contractibus eorumque accessionibus oriuntur, quibus expositis, ad ea quæ ex reliquis humanarum inter vnos actionum controuersiis cōstant rectè fit transitus: nēpe

1. De

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. *De sponsalibus* quæ contrahebantur olim mutuis stipulationibus, (vnde sponsus & sponsa) hodie nudo consensu constituuntur, & pactiones potius quàm contractus sunt: retinent tamen verus nomen, vt emancipationis nomen manet etiam sublatis venditionibus imaginariis. 2. *De ritu nuptiarum*: pontificalia continet: (nam & quas fas esset duci, Pontificum Rom. notionem fuisse intelligimus ex Tacito lib 1.) in quibus hic tit, præcipuè consumitur & solénitatibus veluti deductione in domum mariti, & aquæ igniúq; prælatione & acceptione. 3. *De iure dotium*, quæ est pecunia marito nuptiarũ causa data, vel dicta vel promissa. 4. *De pactis dotalibus*, quæ videlicet vtilia vel inutilia, quæque licita vel illicita sint. 5. *De fundo dotali*, nempe inæstimator: nam æstimari alienatio interdicta non est.

LIBRI XXIIII. TIT. 3.

Alienationi fundi dotalis, adiungit. 1. *Donationes inter virum & vxorem*. Subdit. 2. *De diuortiis*, quæ eo animo fiũt vt nunquam redintegretur matrimonium: & *Repudijs*, quæ inter spõsos vel etiam maritos fiunt. 3. Inde repetitio dotis. j. quibus diebus, annua, bima trima

trima die an longiore, an citeriore, an statim: nempe Tit. *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.*

LIBRI XXV. TIT. 7.

Igitur quum soluto matrimonio quæstio est de repensationis, aut retentionis causis, prima est ob *Impensas in res dotales factas*. 2. *Altera Rerum amotarum*, scilicet diuortij causa: 3 *De agnoscendis & alendis liberis*, & vice mutua *vel parentibus*, & proximitate rei, *vel patronis vel liberis*, causa est tertia retentionis. Quéadmodum autẽ maritus, cui vxor post diuortium denuntiauit, se esse ex eo prægnantem, debet partum agnoscere: Sic si mulier post diuortium neget se ex viro esse prægnantem, tituli 4. *De ventre inspiciendo custodiendóque partu*, ratio obseruabitur. 5 Qua omissa obseruatione interdum ante editum partum Si *ventris nomine mulier in possessionem missa sit*, si fortè alium in eam admisit *dolo malo*, tenetur hoc edicto in id quod agentis interest. 6 Cui edicto sequens cohæret, *Si mulier ventris nomine in possessionem missa fuisse dicatur*. 7 Non eadem ratio est *De concubinis*: etiam si concubina vxoris loco habita sit, vt & viceconiux olim diceretur.

Transit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Transit à contractibus, ad quasi contractus 1. *De tutelis*: Ordinatis aut testamento, 2. *De testamentaria tutela*, 3 Vtiliter vel inutiliter. (quo exsu *De confirmando tutore* agitur:) 4 Aut à lege, *De legitimis tutoribus*. Aut si deficiant testamentarij & legitimi, succedunt honorarij: 5 Quos lex permittit dari *Ab his qui ius dandi habent*: titulus tut. & cur. dat. ab his, &c. 6. Cui subiungitur *Qui petant tutores vel cur. & à quibus petantur*: alij sua sponte vt cognati, affines, aut amici, & nonnunquam qui cum pupillis acturi sunt: Alij necessariò, vt mater ne amittat ius legitimæ hereditatis, & liberti ne pœna afficiantur. Inde efficitur 7. vt Tutorum aut curatorum dationem sequatur *Administratio & periculum eorum*, &c Ac 8. *De auctoritate & consensu tut.* id est, approbatione eius quod agitur cum pupillo. 9 *Et Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possint*. Fallum vocat administrationem, contractum fidem, diligentiam, dolum, culpam tutoris vel curat. *Minorum* nomen commune est pupillorum & adolescentium. 10. Sequitur demum suspecti postulatio, *De suspect. tut. & cur.*

A reiectis

A reiectis à tutela ad excusatos pergit, & aptè tres hi tituli connectuntur. Suspectis tut. 1. *De excusationibus*: & tit. 2. *Vbi pupillus educari debeat*, quòd in his causis Prætorum vel Præsidum cognitio sit. 3 *De tutelis & rationibus distrahendis*, actio dominis negotiorum competit ob rationes tutelæ interuersas tuue distractas dolo malo: 4. Sequens verò, *De contraria tutelæ & vtili actione*, tutori competit de his quæ ei propter tutelam absunt, & contraria vtilis negotiorum gestorum, quæ curatori si quid ei ablit. 5. Tit. *De eo qui pro tutore, proue curatore negotia gessit*, dat pupillo actionē protutelæ in falsum tutoré, ex edicto. 6. Ex edicto autē *Quod falso tutore auctore gestum esse dicitur*, in eundem est actio in factum restitutoria ei qui pupillo eo auctore contraxit, falsum eum esse tutorē ignorans. 7. *De fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & curatorū*, ostēdit fideiussores qui rem saluam fore cauerunt, teneri ex stipulatu, sicut tutores iunita tutela. & *nominatores tutorū*, laudatores affirmatores, vtili ex stipulatu, quia fideiussorū vicē obtinēt. 8. Tenētur etiam magistratus municipales in factum actione qui iussu præsidis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidis tutores vel curatores dederunt. *De magistrat. conuen.* 9. Aliud S.C. sequitur *de rebus*, nempe prædijs *eorum qui sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienandis vel supponendis.* j. pignori obligandis. 10. Restabat dicendum *De curatoribus furioso & alijs extra minores dandis*, videlicet prodigo, fatuo, muto, surdo, ventri, & laborantibus morbo perpetuo: & generaliter alijs omnibus qui rebus suis superesse non possunt.

DIGEST. PARS QVINTA.

POstquam ergo dictum est de Iudicijs, quæ vel ex rebus vel ex contractibus, vel alijs hominum inter vnos actionibus existunt, transgrediuntur nostri ad ea iura & actiones, quæ ad vltimas morientium voluntates & successiones pertinent. Successio autem omnis aut ex vltima volũtate aut ab intestato. Ex vltima voluntate quæ derogat & antefertur successioni ab intestato, succeditur partim ex iure ciuili, partim prætorio: Successio ciuilis aut est vniuersitatis, aut rerum singularium. Vniuersitas defertur tum per testamentum, tum per codicillos.

Successio.

Testamentum, id est, (voluntas defuncti

functi consignata iure legibúsque ciuitatis, aut Quintil. vel, si ita dicas, Datio hereditatis) aut est paganum aut militare: paganum vt valeat, multa concurrant oportet: in primis vt habeat factionem testamenti testator: propterea initio huius partis v. declarat *Qui testamenta facere possunt.* 2. Vt iustum sit non satis est adhiberi solẽnia tit. superiore exposita, nisi *Liberi* j. iam nati, *& posthumi*, j. nascendi *instituantur vel exheredentur.* 3. Testamentorũ vitia adduntur, tit. *De iniusto*, videlicet in quo solennia iuris deficiunt: *Rupto*, si posthumi præteriti adgnascantur, aut mutatione: *Irrito facto test.* scilicet capitis minutione testatoris, vel deserta hereditate. Additur tit. 4. De *his quæ in testamento delentur*, (j. quæ litutis corrupta sunt) *Inducuntur*, (quæ cancellis) *Inseruntur* (quæ aliis literis) 5. Exequitur deinceps partes testamentorum, ac primùm *De heredibus instituendis*, parte summa vel toto potius ipso agit. 6. Alia pars testamenti est heredis substitutio. De *vulgari* (nimirum delatæ non acquisitæ, quæ communi iure fit omnibus ex eadem lege xij. Tab.) *& pupillari substitutione*, quæ propio iure fit à parente liberis impube-

ribus.7. Inde addit. *De conditionibus institutionum.* quum conditio modus &c. qui suspendit id quod agitur quod ex pacto confirmetur. 8. item *De iure deliberandi.* vtrum expediat adire hereditatem nec ne.

LIBRI XXIX. TIT. 7. *In testamento milites*, solemnitates illas non requiruntur: quoniam nuda voluntas illi est testamentum 1. Et quum deliberationem sequatur additio, subiecit. *De acquirenda* (nempe erectione, additione, gestione pro herede, missione agnitione) *vel omittenda* (ai. amittēda possessione) nempe repudiatione, abstinentione, recusatione, vel omissione. Si intra præstituta tempora non adeatur. Inde sequitur. *Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur, describantur.* Adde omittendam hereditatem pertinet tit. 4. *Si quis omissa causa test. ab intestato vel alio modo possideat hereditatem.* 5 Ex *senatusconsulto Silaniano & Claudiano quorum testamenta ne aperiantur*: tractatur de hereditate quæ indigno auferetur. 9 Et *Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit*: de quo crimine in oratione dicit. περὶ τῶν πλειόνων λόγος. 7. Alia pars testamenti est. Ex *Iure codicillorum*: quidicuntur Pugillares testati vel intesta-

ti voluntatem minus solennem continentes.

LIBRI XXX. TIT. 1. *Legatis* (quoque) *& fideicommissis* tractatis, seu libros tres subiecit, motus ubertate materiæ: sunt enim vel testamentorum partes vel codicillorum.

LIBRI XXXI. TIT. 1. *Legatum* est donatio testamēto relicta cuæ non alii onerat quàm hæredem:

LIBRI XXXII. TIT. 1. *Fideicommissum* est liberalitas quæ verbis precariis, testamento, codicillis, vel epistola, vel quo alio genere vltimi iudicis confertur in alium. Res porrò singulæ relinquuntur legatis vel fideicommissis: in quibus tum Res considerantur, *de legatis* 1 tum Personæ, *De legatorum* Verborum & rerum significationes. *De leg* 1.

LIBRI XXXIII. TIT. 10. Res autem quæ legantur aut incorporales sunt, aut annuus reditus (i. *de annuis leg.*) Annuis legatis subiungitur. 2. *De usu & usufructu*, &c. (. *De seruitute legata*, nempe seruitute in rem. 4 *De dote præleg.* (al. relegata.) 5. *De optione vel electione leg.* .. Aut corporales, tam rusticæ *De instrumento vel oleo legato.* 7. Aut *De instrumento vel instrum. leg* (& plenius quidem instructum est quam instrumentum.) 8. Quā vrbanæ *De pecore legato* 9 Instructi alia pars est, penus. *De penu legata.*

10 Et suppellex & quæ sub eius appellationem cadunt, *De suppel. lega.*

LIBRI XXXIIII. TIT. 9.

1 Alimenta *vel cibaria leg.* 2. *De auro, argento*, mundo ornamentis: unguentis veste vel vestimentis & statuis legatis. 3. *De liberatione legata.* 4. Hæc de dandis legatis & fideicom. Atque hoc modo legata & fideicom. debentur: nisi post aut contraria voluntate adimantur, aut in alium transferantur: tit. *De adimendis vel transfer. leg.* 5. Aut ex dubia scripturæ vitiētur, *De rebus dubiis* 6. Aut pœnæ quid nomine relictum sit cōtra veterum legum prohibitionem, *de his quæ pœnæ causa relinq.* 7. Aut *Regula Catoniana* obstet, secundum quam non ex apertis tabulis cedūt legata, vt voluerunt leges caducæ Iulia & Papia, sed à morte testatoris. 8. Aut *Quid pro non scripto* habeatur. 9. Aut legatario vt indigno fiscus legatum adimat, *de his quæ vt indig.* quæ veteres dicebant ereptoria.

LIBRI XXXV. TIT. 3.

1 Aut conditiones legati cauſæque deficiant, *de condi. & demonstr.* conditio enim causa est quæ suspendit legatum. Demōstratio est significatio accōmodata rei legatæ Quibus adiūgit *& causas*, id est, rationes legandi, *& modos*, nempe

nempe adiectiones quæ ostēdunt quid legatarii ex legato facere testator velit. 2. Item nisi legata immunita fuerint per *Legem Falcidiam.* Lex Cincia modum imposuit donationibus: dotibus lex Papia: Manumissionibus lex Cantinia: Legatis & mortis causa donationibus lex Furia primùm, deinde lex Voconia: & ad extremum *Lex Falcidia* legatis præscripsit modum dodrantis. 3 *Quum plus quàm per legem Falcidiam licuerit legatum esse dicetur.*

LIBRI XXXVI. TIT. 4.

1 Vel per *Senatusc. Trebellianum.* 2 Quibus cessantibus statim debētur legata, eiusque debitionis dies mox à morte testatoris cedit, *Quando dies legat. aut fideicom. ced.* 3 Vt & hoc: *Legatorum seu fideicom. nomine caueri* debeat, quæ vulgaris & communis cautio dicitur l. filiusfam. §. Idem Principes, De leg j. Heres autem qui non paret superiori edicto, coercetur hoc, 4. Missō scilicet Legatario aut Fideicom. *In possessionem legatorum vel fideicommiss. seruandorum causa*, &c.

PAND. PARS SEXTA.

Absolutis Ciuilibus iudiciis sequūtur ordine Prætoria: quæ ad instar

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuilium partim de rebus morientium partim de viuorū actionibus sunt proposita. De illis prius agitur, ne à proximè explicato vltimarum voluntatum tractatu longior fiat digressio.

LIBRI XXXVII. TIT. 13.

Quibus igitur iure ciuili hereditas quamuis exæquitate debita nō defertur,eos Prætor etsi non faciat heredes, tamen ex iusta causa quasi heredes, hoc est,1. *Bonorum possessores* constituit. Nam propriū est iurisdictionis prætoriæ, in possessionē mittere.Ita tamen vt prius agnoscat *Si tabule testamenti extent*, licet non proferantur.Quo cognito bonorū possessionis petitio ad certū tempus admittitur:& in certis personis de quibus ambigi poterat an admitterētur ad bonorum poss.agit tit.3. *De bonorum poss. furioso, infanti muto, surdo, cæco competente.* 4. Eāmque possessionē probata petitionis causa prætor concedit contra tabellas. *De bon.poss.contra tab.* Ita tamen §. vt legata in testamēto relicta præstentur. *De leg. præstandis contra tab. bon.poss.petita.* 6. Conferantur bona, *De collatione bonorum*, quæ est confusio bonorū proprioruꝫ cum paternis.7.Et dotes (*De collat. dotibus*) 8.Item vt emancipati filij nati (*De collat. emancipati liberis eius*) 9.Si Ve

Ventris pregnātis,filij nondū nati(*De ventre in possessione.*10.& Impuberum liberorū.(*Ex Carheniano edicto*)habeatur ratio.

¶ 11.Secunda est pars edicti,*De bonorum possess. secundum tabulas.* Cui subiicit duos titulos. prior, 12. *Si à parente quis manu sit* pertinet ad bonoru poss.contra tabulas:alter 13. *De bonorum possess. ex testam. militis* secundum tabulas refertur: 14.Quæ in parte & patronis Prætor consuluit, titu. *De iure patron.* 15. Cuius pars sunt obsequia iure naturali debita, *De obsequ* parentibus & patronis præstan. 1. Operæ *libertorum* pars sunt etiam iuris patronatus. 2. Item *Bona libertorum*: 3. Etiam collegiorum seu vniuersitatis, *de libertis vniuersitatum* al. *de lib. et. mun. & aliorum vniuersitatum.* 4. Adsignat libertum patronus qui significat cuius ex liberis suis libertum eum esse velit,*de adsignat. liberr.* 5. Alia portio iuris patronatus, *Si quid in fraudem patr.* &c.

LIBRI XXXVIII. TIT. 17.

¶ 6.Postò *Si tabule testamēti nulla extēt*, perinde vocat ptor ab intestato possessorem, atq; lex ciuilis nullo facto testamento heredes;& primò quidē *Liberos.* 7. Secundò cō anguineos seu agnatos, *Vnde legitimi* 8.Tertiò cognatos,*Vnde cognati.* 9.Eo tamen successorio ordine,vt intra

Universidad de Deusto
Biblioteca

certum tẽpus petant proximi: (*De succes. edict.*) & his cessantibus gradu proximo remotiores. 10. Non possis autem scire quis sit proximus nisi cognitis *Gradibus & adfinibus & nominibus eorum*: Adfinitas autem ius est necessitudinis contractæ inter cõiugem & alterius coniugis cognatos. 11. Post hos virũ & vx. admittit, *Vnde vir & vxor.* 12. Idémq; ordo etiam & priuilegium est *De militũ & veteranorum* (qui videlicet militia honesta missione dimissi sunt) *successione* 13. Nisi quis ex prioribus aut tempore à petitione possessionis excludatur, *Quibus non competit bo. poss* 14. Aut lege, aut S.C. in certis casibus aliud inueniatur constitutum, *Vtrex legibus Senatũs ve cõsultis, bono. poss. detur* 15. Quem ordinẽ Prætor seruare & tueri solet, *Quis ordo in poss. seruatur.* Nec multũ ab hac ratione recedit, quod eodem modo ab intestato primò vocat liberos, secundò consanguineos, 3. parentes & fratres, tertiò proximos *de suis & legit. hered.* 17. Quem ad numerum etsi mater vtpote cognata tãtùm, non etiã agnata lege xij. Tab. non aggregabatur, tamen postea S. Cons. ad legitimam filiorum successionem est admissa, *Ex S. Cons. Tertylliano & Orphitiano.* Et

Et hæc quidẽ Prætoria edicta ad successiones mortuorũ pertinent. Inter viuos ius dicit Prætor, 1. Aut de iuribus & proprietate rerũ, vt *De noui operis nunciatione* 3. ne fiat opus nouũ quod nondum factũ est. Ex illo, iuris nostri cõseruandi causa vt discedatur ab opere. Ex sequẽti, 2. *De dãno infecto*, dãni depellẽdi causa vt caueatur dãni ex ruina vicinarum ædiũ: & ex vtraq; causa denũciatio fit. 3. Et de dãno nondũ facto, actio quoq; est *De aqua & aquæ pluuiæ arcẽdæ.* 4. Etiã si per publicũ ea interueniat, *De publ. & vect.* 5. An verò & ex *Donationibus* & causis earũ aliquæ actiones dentur, disquirendũ fuit. 6. *Mortis causa donationes*, non nisi morte donatoris cõfirmantur. Tractaturus de præiudicialibus actionibus generalẽ ti. exponit. De *manumissionibus*, quo declarat q manumitti vel manumittere possint, & apud quos. 2. Inde ad species, De *manumissis vindicta.* 3. Quæ & in seruis municipiorũ locum habet, De *manumiss. quæ seruis ad vniuersitatem pertinent.* 4. Directã libertatem tractat, De *manumissis testam.* 5. De *fideicom. libert.* 6. Quæ libertates adimi possunt, De *adempt. lib.* 7. Sunt & *Statu liberi*, qui statim liberi nõ fiũt, sed ex die aut con-

LIBRI XXXIX. TIT. V.

LIBRI XL. TIT. 16.

ditione 8. *Sine manumissione* verò *ad libertatem perueniūt* qui ipso iure liberi fiunt 9. Contrà *Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt*, lex Ælia Sentia declarat. 10. Vno casu restitutio serui in ingenuitatis consequuntur, impetrato *Iure aureorum annulorum* à principe. 11. Altero casu, *Natalibus restitutis*. 12. Cognitio autē *De liberali causa* actio est de libertate aut seruitute, ingenuitate aut libertinitate. In te. tituli, 13. *Quibus ad libertatem* 14. *Si ingenuus esse dicetur*. 15. *Ne de statu defunctorū* post quinquennium quæratur. 16. De collusione detegenda.

LIBRI XLI. TIT. II.

At quia plurimum interest ĩcta de possessione sunt, declarat ante omnia 1. *De adquir. rerum dominio*, id est, proprietate. 2. *De adquir. vel amit. possess.* quæ vsus rei est 3. Ex qua nempe possessione adquiri dominium, tit. De *Vsurpationib. & vsucap.* demonstrat. Sequuntur tituli 3. causæ possessionum 4. *Pro soluto*. 5. *Pro empt.* 6. *Pro herede*. 7. *Pro donato*. 8. *Pro derelicto*. 9. *Pro legato*. 10. *Pro dote* 11. *Pro* quo titulo possidemus ea quæ tituli non habent: vt quæ terra, cælo, mari vel ab hostibus, & his similia, cepimus.

LIBRI XLII. TIT. 9.

Missionum in possessionem causis ĩ re nata antè explicitis, persequitur eas hoc libro tantūm quæ restant. 1. Ac primùm

mū quæ sit iudicati seruandi causa (De re iudicata) ideſt, de qua iudex sentētiam dixit, & de *effectu sententiæ*, emolumento & executione: & *de interlocutionib.*, nēpe sententiis quæ neque condēnationem cōtinent, neque absolutionem. 2. Qui sua sponte *Confessi* sunt intentionem actoris, similes sunt iudicatis, 3. Et remedio *restitutionis bonorum* liberantur ignominia, quam in executione iudicati incurrerant. Sequuntur causæ *Quibus in possess. eatur*. 5. Earū ordo declaratur. *De rebus auctoritate iud. possid.* 6. Et quorū creditorum haberatur ratio, *de primi creditore* 7. Tū etiā *De separationibus* & bonorū ac creditorum. 8. Missis creditoribus in possess. debitoris *Curator bonis dari solet*, custodiēdis administrādis, exercendis & excipiēdis actionib. vice latitātis debitoris. 9. Ad quā rē etiam ti *Quæ in fraudem creditorū* pertinet: nā vt probātur superiore tit. acta gesta à curatore bonorū ita hoc tit. improbantur à fraudatore.

LIBRI XLIII. TIT. 321

A possessionibus transit ad *Interdicta*, seu formulas quibus Prætor verat aut iubet aliquid fieri, seu *extraordinarias actiones quæ pro his competunt*. 2. Explicationem inchoat ab interdicto de vniuersita

uersitate, *Quorum bonorum* 3. Sequuntur-
que ad res singulas, *Quod legatorum*. 4.
Ne vis fiat ei qui in pos. missus est. 5. Subdit
interdictum exhibitorium, *de Tabulis
exhibendis* 6. Et prohibitorium, *Ne quid
in loco sacro fiat*. 7. Petitorium, *de Locis &
itiner. publ.* 8. Rursus prohibitoria, *Ne
quid in loco publ.* 9. & *De loco publico fruendo*. 10. Addit de via rustica prohibit. &
populare interdictū *De via publ. reficien.*
11. *De Fluminibus, ne quid in flumine publ.*
ripáve eius fiat quo deterior statio vel
nauigatio sit. 12. *Ne quid in flumine publico fiat quo aliter aqua fluat*, 13. *Vt in flumine publico nauigare liceat*: 14. *De ripa munienda*. 15. Restitutoria interdicta *De vi*
scilicet particulari & quotidiana, *& vi
armata*, quæ coactis armatisq; hominibus fit. 16. Prohibitorium ad possessionem vindicandam seu retinendam, *Vti
possidetis*. 17. De retinenda quasi possessi.
superficij *de Superficiis*. 18. Vt reficiantur itinera, *de Itinere actuque priv.* 19.
Vt ducatur *Aqua quotidiana & æstiva*.
20. *De riuis*. 21. Aquæ haustus, titu.
De fonte. 22. Cloacæ immittēdæ *De cloacis*. 23. De opere facto *Quod vi aut clam*
clam facit qui nō denunciauit se facturum: *Vt* autem cui denunciatum est ne

ne faceret. 24. De Abolitione verò nunciationis noui operis à Prætore factā
agitur tit. *De Remissionibus*. 25. Creditū
seu concessio vtendi re aut iure alieno
de Precario. 26. *De arboribus* si impendeāt
& impediant, *cædendis*. 27. Ne vis fiat *Legenti glandem* caducā 28. Post multa prohibitoria interdicta, vnóque solùm exhibitorio, addit *De homine libero exhibendo*. interdictum populare & pœnale.
29. Et, *De liberis exhibendis*: 30. & *Ptrubi*. exhibitorium non de seruo tantum,
sed de omnibus rebus mobilibus: 31.
Vt *De migrando*, de rebus inquilini pignoris nomine illatis in habitationem:
32. & *De Salusiano interdicto*, de rebus coloni natis in agro conducto.

Actionibus ciuilibus & prætorijs positis, 1. restabat agere *De exceptionibus* quæ & actionum nomine nonnunquam cōtinētur. Est enim exceptio, intentio siue defensio eius quo cum agitur, actioni contraria. 2. A generali tit.
ad species suo more descendit. *De exceptione rei iudicatæ*, 3. Præscriptiones, vt
tēporales exceptiones addit, *De diuersis & tēporalibus præscri.* & de accessionibus
possessionum. 4. Cui subijcit, *De dolo
malo & metus except.* *Dolo malo* generalis
est:

LIBRI XLIIII. TIT. 7.

est *metus*, specialis exceptio est, 5. Inde varias proponit exceptiones *Quarum rerum actio non datur*. 6. *Res litigiosæ* quæ obstat emptori vel creditori. 7. Tandem etiam communia *De obligationibus & actionibus* proponuntur.

DIGEST. PARS SEPTIMA ET VLTIMA.

LIBRI XLV. TIT. 5.

NOn immerito stipulationē ex qua nascuntur: *Verborum obligationes* appellare solet D. Cuiacius *Pandectarum*, Q omnes obligationes, actiones recipit, quaque firmatur quælibet obligatio: rogante vno, respondēte altero 2. Verbis stipulationis *De duobus reis constituendis* agit consequenter: *Res* enim nomen est commune debitoris & creditoris à re ipsi debitum quæ debetur. 3. Ex tit. *De stipulat. seruorum*, intelligimus quatenus per

LIBRI XLVI. TIT. 8.

seruos nobis adquiratur obligatio. Stipulationi iàs accedit vt principalis obligatio, alias vt sequela principalis obligationis: tit. *De fideiussorib. & mandatorib.* Is est *Fideiussor* qui pro alio ab stipulatore interrogatus respondet, & qui *adpromissor* dicitur: *Mandato* qui hic iussorē ad jubendum vel creditorem alij credere rogat. 2. Soluendarū omnium obligationū duos modos exponit imo etiā inducendarū, vt medius. Tit. *De nouation. & delegat.* tàm præcedentibus titulis quàm sequentibus communis: *Nouationem*, scilicet quæ est nouatio debitoris: *Delegationē*, quæ est nouatio creditoris simul ac debitoris. Sequentes tituli duo, 3. *De solutionibus & liberationibus*, & 4. *De acceptilatione*, non sunt missi, sed de soluendis tantùm quibuscunque obligationibus: & *solutione* contingit *liberatio*: Debitor *soluit*, creditor *liberat*, vel *Acceptilatio* est verborum conceptio, quibus absoluunt se duo viri citroq. 5. Separatim datur tit. *De stipulationibus prætoriis* quæ edicto Præt. interponi iubentur. 7. Qualis est *Rem pupilli saluā fore*, quæ est de tutela & curatione. 8. *Iudicatum solui*: quā stipulatur actor à reo de lite antequā ea contestetur, in casum quo ea res iudicetur vel non defendatur. 28 *Rē ratā haberi*, quam de procuratore actoris stipulatur reus ante litē contestatam: quæ & ratihabitio dicitur, cui retractatio contraria est.

LIBRI XLVII. TIT. 23.

Hic nouus est actionum lucriorum & atrociorū tā priuatarū quàm publicarum ex delictis, & quasi delictis tractatus: vt veluti noua quędā hīc videri possint

Universidad de Deusto
Biblioteca

possint actionum Digesta, quia verò ex delictis siue criminibus actiones aliæ sunt priuatæ, aliæ extraordinariæ, aliæ populares, aliæ publicæ, de singulis ordine tractat. 1. Ac primò De *priuatis delictis*: Dicuntur autē *priuata delicta* quatenus ex eis agunt forēsi actione hi ad quos ea res potissimū pertinet & rectè *delictis*, non criminibus: nam *delicta* propriè sunt priuata, crimina publica l. 131. in fi. de verb. sig. 2. De *furtis*, nēpe interuersione possessionis rei mobilis. 3. actio alia est furti specialis, De *tigno iuncto* ædibus aut vineæ. 4. Sequuntur aliæ actiones iure Prætorio cōparatæ ad similitudinē actionis ciuilis, furti, *Si quis qui testam. liber esse iussus erit* post mortem domini ante aditam hereditatem surripuisse aut corripuisse qd dicetur: 5. *Furti aduersus nautas, cauponas, stabul.* 6. *Si familia furtum fecisse* dicatur, vt sit *Familia* cœtus seruorum vni domino subiectorum: 7. *Arborū furtim cæsarum*: 8. *Vi bonorum raptorū*, hominibus coactis *& de turba*: 9. De his qui ex *Incendio, ruina, naufragio*, &c. aut rate expugnata rapuisse aut ex his damnū dedisse dicuntur: 10. Et, *De iniurijs* publicum iudicium *& famosis libellis* ex S. Con. 11. Post ordinarias actiones, De *extraordinarijs criminibus*, i. quæ nunquā ordinaria fuerunt. cœpit enim ordo agēdi primū esse extraordinarius, deinde etiam pœnalis: 12. *Vt de sepulchro violato*, quæ popularis actio est: 13. De *concussione*, id est, de terrore iniecto pecuniæ vel rei alicuius extorquendæ causa: 14. De *Abigeis* qui aliena pecora aut armenta aut ex stabulo, aut ex sylua abigunt ac deprædantur. 15. De *prævaricatione*, quæ est collusio accusatoris cum reo: Publicum crimen est in accusatorem qui iudicio publico non ex animo egit: Extraordinarium in Aduocatum qui prodidit causam aduersario: 16. De *receptatoribus* seu latronum occultatoribus: 17. De *furibus balneariis* qui vestimenta furantur: 18. Adiunguntur furibus *Effractores* qui effringunt fores carcerum vel domorum, *& Expilatores*, seu saccularij qui ex alienis sacculis suppilant pecunias, similes Sectoribus zonarijs, & Aperetularijs quibus nihil est tam obseratum quod nō aperiant: 19. *Expilatæ hereditatis*, nōdum aditæ vel possessæ. 20. *Sectionatus*, Impostura & dolus omnis dicitur quicūq; proprio nomine vacat. Scellio enim lacerti genꝰ est versutissi-

mum: 11. De *termino* qui finiũ causã porrectus est, *moto* dolo malo extra gradum suum j. extra quinq; pedes lege Mamilia definitos. 12. Est etiam crimen extraordinariũ De *collegijs & corporibus*, in eos qui illicitũ collegiũ vel quodcũque corpus celebrant, sine auctoritate Senatus, vel Principis. 23. Subijcit *De popularibus actionibus*: quæ iudicia forensia sunt, non criminalia, & ex his causis quæ publicã tutelam merentur, & cuilibet agere volenti competunt.

LIBRI XLVIII. TIT. 24.

In vsu popularia plerũq: dicimus ciuilia siue forensia, publica criminalia: quæ ex populo quilibet subscribens in crimen iure ordinario intendere potest in pœnã certam & legitimam. 1. Vnde tit. De *publicis iudicijs*: in quo proponuntur enumeratio & diuisio eorum iudiciorum: 2. De *accusationibus*, j. delationibus criminis publici aut extraordinarij: & *inscriptionibus*, in quibus accusator profitetur se reũ deferre lege Iulia de vi vel qua alia: 3. *Custodia & exhibitio reorum* proponitur pro meritis causarum adhibenda.

¶ Instituendorum iudiciorũ publicorum ordine proposito, nunc incipit per singulas species de quæstione & pœna eorum

eorũ legitima causisq; tractare: 4. Primo. *Ad legem Iuliã maiestatis* scilicet læsæ. 5. *Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis*, Adulterij nomine Augustus intellexit etiã stuprum: 6. *Ad legem Iuliam de vi publica*, scilicet quã contra ius fasque infert publica persona j. qui imperiũ & potestatem habet. 7. Priuata quam priuati homines inferunt. *Ad legem Iuliam de vi priuata* & qui sine armis vim fecisset. 8. *Lege Cornelia de sicarijs & veneficijs* cõprehenditur homicidæ qualescũque etiam si non ficis clandestinam cædem fecerint, qui venenũ dederũt aut parauerunt: sed & incendiarij etiam. 9. *Lege Pompeia de Parricidijs*, coercentur qui parentes, liberos, cognatos, coniuges, patronos occiderent. 10 *Lex Cornelia de falsis, & de S. C. Silouiano*, de testamentis falsis præcipuè lata est: & testamentariũ qui sibi sua manu hæreditatẽ aut legatũ adscripsit, coercet. 11. *Lege Iulia repetundarum* coercentur rapinæ & furta magistratuum vel eorũ qui munus publicum gerunt. 12. *Lege Iulia de annona* tenetur cuius dolo malo factũ est vt ar ctior annona, j. minus abũdans, vel cautior sit. 13. *Lege Iulia peculatus* furtũ pecuniæ publicæ vel fiscalis declaratur.

14. *Lege Iulia ambitus*, Qui populum, inquit Varro, cãdidatus circumit, ambit qui aliter facit, ex ambitu causã dicit. 15. Ex *Lege Fabia de plagiarijs*. Plagiũ est suppressio liberi hominis vel serui alieni 16. Ex *S. C. Turpilliano, & de abolitionibus crimium*, tenentur hi tantũ qui iudicij publici quæstionẽ deseruerũt, non q priuari vel extraordinarij criminis: *Abolitio* criminis est exemptio reorum à crimine vel, accusationis amittẽdæ licentia. 17. *De requirendis vel absentibus damnandis*, ostenditur absente & profugum crimi is capitalis reũ nõ damnari, sed adnotari eum debere inter reos quasi persequendũ & requirendũ. 18. Si capitalia & atrociora sint crimina, veritas inuestigetur *Quæstionibus*. j. interrogationibus quæ fiũt p tormenta 19. General s est titulus De *pœnis*, non solum infligendis, sed etiam remittendis vel augẽdis pro qualitate reorũ & criminum. 20. *De bonis damnatorũ*, vt discrimen est criminũ, ita non oia bona adimuntur reis nisi damnati sint ex crimine capitali. 21. Est & hoc ti. aliud criminum inter se discrimen De *bonis eorũ qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt, vel accusatores corruperunt*. nam hi pro confessis & convictis

uictis habentur. 22. Tit. exponit pœnarum duarum inter se discrimen, vnius ex capitali crimine, alterius ex nõ capitali, De *interdictis* honore scilicet vel ordine vel negotiatione, vel qua alia re, *Relegatis*, qui ciuitatẽ, patriã potestatem & omnia iura sua retinẽt, & *Deportatis*, qui omnia illa amittunt. 23. Deportatorũ & relegatorũ cõmunis est tit. De *sententiam passis & restitutis*. 24. Tit. De *Cadaueribus punitorum*, etiam eorundem cõmunis est, ne post mortem incõsulto Principe sepeliantur alibi, quam quo loco pœna fungebãtur sua: sed proprius magis est adfectorum vltimo supplicio.

LIBRI XLIX. TIT. 18.

Damnati sententia rei capitalis vel non capitalis criminis. 1. *Appellationib⁹ & Relationib⁹*, veluti cõmuni auxilio iuuãtur. Et autem *Appellatio* querela eius qui nõ adquiescit sententiæ minoris iudicis: *Relatio* verò est actorũ & opinionis suæ à iudice ad Principem facta per scriptio, ante sententiam vel post sententiam, non recepta appellatione.

¶ 2. Post generalem titulum varias de appellationibus quæstiones explicat *A quibus appellare non licet*, vt à Principe à Senatu, &c. 3. *Quis à quo appelletur*. nam à iudice dato appellatur is qui dedit. 4.

Quando appellandum sit, & intrà quæ tẽpora l. 27. π de re iud. aliqua definiuit. 5. *De appellationibus recipiendis vel non*, vt eorum quos dãnatos statim puniri publicè interest. 6. *De libellis dimissorijs qui apostoli dicuntur*, qui dantur ab eo à quo appellatũ est, ad eũ qui appellatur. 7. *Nihil innouari appellatione interposita*: rescindit eũ eã iudicatũ siue recepta sit siue non. 8. *Quæ sententiæ siue appellatione rescindantur*: rebus enim nõ iure, id est nõ ritè iudicatis, iudicati nulla actio est. 9. *An per alium causæ appellationum reddi possint*: variæ causæ distinguuntur. 10. *Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit*, scilicet redditurũ causas immunitatis & excusationis suæ. 11. *Eum qui appellauerit in prouincia defendi*: non idem dari Romam profecto appellationis causa, quod profecto Reipu. causa. 12. *Apud eum à quo appellatur aliã causam agere compellendum*. Non iure accusatur iudex in vna causa hoc loco prætextu φ in alia ab eo appellatum sit, quasi iniquo iudice. 13. *Si pendente appellatione mors interuenerit*, de eo iudicio agit quod morte solui solet: alioqui in heredem transit.

¶ 14. Expositis iudicijs ex delictis & criminib', addit *De iure fisci* actiones & priui-

priuilegia. 15. Ad quę spectãt tituli *De captiuis & postlimi. & redẽptis ab hostibus* nẽpe iura captiuitatum & postliminiorum. 16. *De re militari*, proxima tractatio est, de disciplina militum. 17. *De castrensi peculio*, id est, quod militans in castris vel occasiõe militiæ adquisiuit: 18. *Veterani*, qui honestè militia dimissi sunt, separantur à cæteris in pœnis.

Actũ extremũ iuri publico destinatum continuat tit. 1. *Ad municipalem & de incolis*: docens qui ad magistratus municipales vocentur inuiti. *Municipes* sũt qui in eadẽ ciuitate nati sunt, *incolæ* autẽ sunt municipes voluntarij. 2. Subdit *De decurionibus*, nẽpe senatorib' municipalibus & priuilegiis eorũ in pœnis. 3. *De scribendo albo*, id est, numero siue matricula decurionũ. 4. Hinc *De muneribus & honoribus*: ad quos vocari diximus Municipes & Incolas: vt *Honor* sit administratio reip. cũ dignitate. *Munus* aũt administratio reip. sine dignitate. 5. Tit. *De vacatione & excusat. mun.* multas excusationum causas à muneribus recensẽt. *Excusatio* causam habet & legitima est, *Vacatio* aliam causam non habet quàm indulgentiam Principis.

LIBRI I. TIT. 17.

¶ Post causas immunitatis, agit De

iure immunit. Inde specialem tit. dat *De legationis* munere. 8. & *De administratione rerũ ad ciuitatem pertinentium:* vel etiã pecuniarum: & hi Curatores Reip. vel Magistri vniuersitatis dicuntur. 9. *De decretis ab ordine faciendis,* Decurionũ munus cõtinet. Et duæ quidẽ partes decurionũ curiã seu *ordinẽ* faciũt, quodq; eæ decreuerint, ratũ est, non autẽ quod decurionũ minor numerus 10. Sequitur de munere eius quẽ Respu. præstituit. *Operibus publicis,* 11. Pertinẽt etiam *Nundinæ* ad iura publica municipiorũ 12. Inter ea iura & priuilegia municipiorũ hoc etiã est vt ex *Pollicitationibus,* eis debeatur: sũ modò iustè recusari non possit. l. 6. §. planè, de mun. & ho. tit. 13. *De variis & extraordinariis* cognitionibus nõ ea tantũ declarantur q̃ Resp. debet liberaliũ artiũ professoribus & medicis. sed & quæcũq; à quocũq; salaria debẽtur: & quia inter munera publica Iudicis dari munus numeratur. l. vlt. §. iudicãdi, Sup. De mun. & hon. ordinaria actio quasi ex maleficio aduersus iudicẽ cõcipitur, *si Iudex litẽ suam fecisse dicetur,* cũ perperã per imprudentiã iudicauit. Ex hac enim causa iudex *litẽ suam facit:* adeò vt is cuius interest, reiecto aduersario, in iudicẽ vertere totã litem

possit. 14. Species est cognitionis extraordinariæ. *De proxeneticis,* præmia enim tractat proxenetica quę debẽtur parariis & interpretibus quorũ beneficio inter duos pluréſve negotia contrahũtur vel nomina, vel nuptiæ. 15. Restabat hoc tantùm de iure publico, vt eẽsus rationẽ explicaret tit. *De cẽsibus:* Censum vocat publicas tabulas territorii, ciuitatis & agrorum cuiusque.

¶ Atque hęc quidem sunt membra & partes librorum & titulorũ totius corporis Digestorum, serie methodica explicatorũ, Quæ omnia vt in longioribus tractationibus ac disputationibus vsitatum est, perspicuo cõpendio, Tit. 16. *De verbor. sign.* & titul. 17. *De diuersis regulis iuris,* quos sigillatim hoc ipso Enchiridio expositos dedimus, velut breui enumeratione concluduntur.

Ex D. I. Cu.

Vnus quidem est & certus ac perpetuus ordo, quo catenati inuicẽ tituli sunt ita vt alius ex alio necti videatur: sed rerum de quibus agitur ea est in se cognatio, vt non possit non qui tractat vnam attingere vel coniũgere etiam alteram, vel mutuari ex vna quod in prę sens conducat in alia. *Difficultas ordinis titulorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CODICIS IVSTINIANI QVAE TITVLORVM SERIES dari possit, ex sententia D. I. Hoperi I.C.

CODEX Iustinianeus, in plerisque quidem omnibus, deficit à summa illa Pandectarū & expleta nihilq; requirēte perfectione, sed exuperat tamen & antecedit in nonnullis. Nam perpetuus ille contextus rerum, & continuata series, qua extrema primis, & media vtrisque admirabiliter respōdent in Digestis, abest quidē à constitutionibus principum, nisi quòd in ordine referendorum à prioribus principibus, ad posteriores fiat progressio: sed hoc tamen est, quòd habent eximiū, quod derelictam in veteri prudentia Iuris publici descriptionem, quæ religionum sanctitate, & magistratuum authoritate continetur, nobis exhibeant, quodq; nonnullas Pandectarum rubricas singulares, veluti de Minoribus, de Iudiciis, de Vsucapionibus, & alias similes in plures tractatus ac titulos minutatim distribuant ac diffindāt. Hisce verò duobus exceptis, tantùm porrò est, inter Codicem

Codicem Iustinianæum & Pandectas iuris discriminis, quātum inter id quod accessionis tantum vicem subit. & id quod principem locum obtineas, numeros omnes perfectionis habet, discriminis esse solet.

QVAE IN CVIVSQVE TITVLI legūmque elucidatione obseruanda ex M. G. I. C.

NOn alienum ab instituto existimaui Ordinem quoq; in explicādis legibus obseruandum superioribus adscribere, ne quid studio iuris C. desit: etiam si ea methodus scholis doctorum iura interpretantium magis necessaria esse videri possit. Ad plenam igitur legum interpretationem, octo maximè desiderantur, quæ antiquitas sequenti disticho perstrinxit.

Premitto, scindo, Summo. Casumque figuro,
Perlego, Do causas, Connoto, & obijcio.

I. PRAEMITTO.

IN primis, vt intelligantur ea quæ ad subiectæ materiæ declarationem respiciunt, aliquid præmittendū est[a]: veluti connexarū materiarū distinctiones

[a] *l. prepenebatur. vers. quibus ite præmisit. de castro pecul.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes verborumq; diffinitiones [b], & generalis & cõpendiosa totius materiæ de qua agitur declaratio. Præfationes enim (vt eleganter vult Caius [c]) ad lectionem propositæ materiæ, fœlicius perducunt: & eò perductis euidentiorem præstant intellectum.

II. SCINDO.

PARTITIO (teste Accursio [d]) animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriã artificiosè informat, & vt ait Iustinianus [e], Difficultates ex permista traditione procedentes, per separationem explicat. Et quemadmodũ agrorũ diuisio vberiorẽ culturã reddit, sic lex ipsa in partes cognas diuisa: ita tamen ne diuidatur ea quæ simul cohærent, & ad vnius perfectionẽ tendunt [f] vel ad eundem finem concurrunt: velut dictũ à sua causa, vel responsum à quæstione proposita. Talia enim, cũ sint ratione & fine indiuidua, pro vno haberi debẽt: quę si in partes scinderentur, non diuidi quidẽ, sed (vt Baldus aliquãdo sensit [h]) potius destrui viderẽtur. Diuisionem autem commodam recipiunt, quę separatam habent rationem, & diuerso fine clauduntur: veluti cùm plura dicta in eadem lege æquè

b L. si cert. peta. l. 1. de dol excipt.
c In l. 1. de orig. iurg.
d In præf. inst. § igitur. in verbo partiri.
e In § alio in fin. quibus modo test. infir. & in § sed ne in primis. de l. g.
f L Caius. l. § Titius. de leg. 2.
g l. & si non sint. § peruenia-mus. de aur. & arg. lega. Imol. in rubric. de stip. versic. 3 est diffenden-dum.
h l. sed si plures. § filio. de vulg.

æquè principalia cumulantur, vel plures diuersæ facti species terminantur: vt in Vlpiani legibus [i] plerunque videmus, qui inter cæteros iurisconsultos eo potissimũ nomine commendatur quod ad varios casus, & quàm breuissimè soleat eadem lege decidere. Proinde tũc solum vtilis *diuisio* censetur, cùm separabilium confusio euitatur. [k]

Aequoniam breuitas [l] plurimũ delectat: & quæ compendiosè traduntur [m] cùm addiscantur facilius, tum diutius retinentur, vniuersa legis sententia in epitomen siue summam [n] redigenda est.

IIII. CASVMQVE FIGVRO.

Verùm, ne ex tali compendio, vel breuiori narratione obscuritas insurgat, ne ve legis interpretationi detrahat, nec leue aliquando discrimen [o] adferat, vniuersa facti species ad vnguẽ recensenda casusque (vt vocant) totius legis planius exponendus erit.

V. PERLEGO.

Legendus est legis contextus & verboten [p] percurrendus, cùm vt facti narratio verbis legis adaptetur, [q] tum vetò (si quid fortè inemendatum, vel librariorum incuria deprauatum inueniatur) iudicio castigetur.

i In rep l. penen. C. de patt. & text. in l. 2. § si quid. C. de vete. iur. enucle.
k In l. illicitas. de off. præsid.
l l. 2. vbi glo. quod met. can.
m l. 1. de reg. iur.
n l. in summa. de cond. inde. & l. in summa de aqua plu.
o § illud autem, in præf. digo.
p L. vt responsum. C. de transac. l. precibus. C. de impub.
q l. quod cõstitutum. de mil. test & l. 4 § toties de dam. infect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VI. DO CAVSAS.

Ne vel in casu indubitato, r vel sine ratione lex facta videatur, causæ tum dubitandi, tum decidendi diligenter perquisitæ debent.

r l. domitius. de testl. quòd Labeo. de carbadic. l ancil. la. C. de fur. l. ad mun. s l fere leges. de leg & l. 2 C. comm. de leg. l. 3. C. de lib. prate.

VII. CONNOTO.

At, ne verbis t potius, quàm menti inhærentes (quod à iuris ratione omnino alienum est) legis definitionem ad propositam tantùm speciem restringamus, generales regulæ, ac notabilia dicta ex omni eius parte colligenda erunt, casumque decisum ad omnes alios ex similitudine facta, vel rationis protendenda & subtiliter adaptanda u.

t l. non solum. § qui primepilum. de excus. mu.

VIII. ET OBIICIO.

Et vt perfecta omnino legis explicatio habeatur, & prorsus nihil dubitationis supersit, contraria & oppositiones tam Accursianæ quam ex doctoribus, in verba & sententiam ipsius legis excitare operæ precium erat, quibus tandem ingeniosè ac subtiliter, cùm ex varietate facti, tum ex rationis diuersitate sublatis u, se ipsa cum vniuersa materia quam tractat, perfectissimè enucleata atque intellecta remaneat.

u l. 1. §. contrarium. C. de vete iur. enucl.

PAV

PAVCOS ET IDONEOS DOCTORES ELIGENDOS.

SVademus in hac legali disciplina eos tantùm doctores eligẽdos esse, de quibus vir ille magni nominis Alciatus iudicium elegantissimum tulit.

In iure primas comparatus cæteris
Partes habebit Bartolus.
Decisiones ob frequentes, actio
Baldum forensis sustinet.
Non negligenda maximè est tyronibus
Castrensis explanatio.
Optimenum tutius syplegadas
Superabis Alexandro duce.
Ordinis Iason, atque lucis nomine
Videndus est properantibus.
His si quis alios addiderit interpretes,
Onerat quàm honorat verius.
Huic M.G. hanc sententiam subiunxit.
Iuris doctorum (si quis mea vota requirat)
Ex voto hic numerus classe legendus erit.
Bartolus & Baldus, Paulus, Tart. gnus,
Iason,
Et gemini referens Immola Iaris opes.
Præterea his alios, si quis superaddere tentet,
Officiet studijs verius ille suis.

De

De his sigillatim hoc extat iudicium M. C.

Bartolus.

Militiæ vexilla sacra fert Bartolus: errat
Qui sibi vult alium præposuisse ducem.

Baldus.

Nemo (quod hunc latuit) scivit si iura movere cham
Ferre queunt, tanto hic nomine dignus erat.

Paulus Castrensis.

Accipe Castrensis commenta fidelia Pauli:
Nemo tibi leges explicat vtilius.

Ioannes ab Immola.

Corneli lux prima fori sibi vendicat omnis
Censura, ingenio, fruge, labore decus.

Alexander ab Immola.

Quàm belli Macedo clarus fuit ille triumphis,
Tantum hic Romanæ splendet honore togæ.

Iason Maynus.

Quis Maynum ignoret? quò non peruenit Iason?
Thessalus haud tantum cognitus ille fuit.

FINIS.

INDEX TITVLORVM
Institut. imperialium.

A

De acquisitione per adrogationem. pag. 274
De actionibus. 373
De ademptione legatorum, & translatione eorum. 202
De adoptionibus. 59
De adsignatione liberorum. 265
De atiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. 62
De authoritate tutorũ, vel curatorũ. 64

B

De bonorum possessionibus. 267

C

De capitis deminutione. 56
De codicillis. 219
De curatoribus. 68

D

De diuisione stipulationum. 294
De donationibus. 122
De duob⁹ reis stipulãdi & ꝓmittẽdi. 291

E

De emptione & venditione. 310

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo cui libert. cauſ. bona addicũt. 176
De exceptionibus. 457
De excuſationi. tutorũ vel curatorũ. 74
De exheredatione liberorum. 151

F

De fideicommiſſariis hereditatibus, & ad S.C. Trebellianum. 206
De fideiuſſoribus. 306
De fiduciaria tutela. 60

G

De gradibus cognationum. 251

H

De heredibus inſtituendis. 157
De hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. 222
De heredũ qualitate & differentia. 177
De his qui ſui vel alieni iuris ſunt. 29

I

De iis per quos agere poſſumus. 409
De ingenuis. 19
De iniuriis. 365
De inofficioſo teſtamento. 274
De interdictis. 431
De inutilibus ſtipulationibus. 291
De iure naturali gentium & ciuili. 11
De iure perſonarum. 18
De iuſtitia & iure. 10

L

De legatis. 185

De lege

De lege Aquilia. 357
De lege Falcidia. 203
De legitima adgnatorũ ſucceſſione. 236
De legitima adgnatorum tutela. 55
De legitima parentum tutela. 60
De legitima patronorum tutela. 59
De libertinis. 21
De literarum obligationibus. 308
De locatione & conductione. 316

M

De mandato. 325
De militari teſtamento. 143

N

De noxalibus actionibus. 403
De nuptiis. 32

O

De obligationibus. 282
De obligationibus ex conſenſu. 309
De obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur. 330
De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. 342
De obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur. 371
De officio iudicis. 437

P

De patria poteſtate. 31
De ppetuis & tẽporalibus actionib⁹, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ad heredes & in heredes transeunt. 454
Per quas personas cuiq; acquiritur. 331
Per quas personas nobis obligatio acquiritur. 334
De pœna temerè litigantium. 435
De publicis iudiciis. 417
De pupillari substitutione. 166

Q

Qui, & ex quibus causis manumittere non licet. 24
Quibus alienare licet vel non. 118
Quibus modis ius patriæ potestatis solvitur. 44
Quibus modis re contrahitur obligatio. 281
Quibꝰ modis testamẽta infirmãtur. 370
Quibus modis tollitur obligatio. 66
Quibus modis tutela finitur.
Quibus non est permissum facere testam. 147
Qui testamento tutores dari possunt. 53
Quod cum eo qui in alienа potestate est, negotiũ gestum esse dicitur. 396

R

De rebus corporalibus & incorporalibus. 108
De replicationibus. 433
De rerum diuisione, & acquirendo ipsarum

sarum dominio. 83

S

De satisdatione tutorũ vel curatorũ. 71
De satisdationibus. 411
De senatusconsulto Orficiano. 248
De senatusconsulto Tertylliano. 245
De seruili cognatione. 256
De seruitutibus rusticorum & vrbanorum prædiorum. 109
De singulis rebus per fideic. relictis. 216
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 407
De societate. 321
De stipulatione seruorum. 292
De successione libertorum. 259
De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano. 280
De suspectis tutoribꝰ vel curatoribꝰ. 79

T

De testamentis ordinandis. 137
De tutelis. 51

V

De verborum obligationibus. 287
De vi bonorum raptorum. 355
De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus. 116
De vsu & habitatione. 114
De vsufructu. 111
De vulgari substitutione. 164

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLI INSTITVTIonum tam Vlpiani quàm Caij, ordine alphabetico.

De adoptionibus. Vlp. folio 590
De adoptionibus. Caij. 608
De bonis libertorum. Vlp. 636
De caducis. Vlp. 637
De cœlibe, orbo, & solitario patre. Vlp. 566.
De curatoribus. Vlp. 559
De curatoribus. Caij. 631
De decimis. Vlp. 561
De dominiis & acquisitionib⁹ rerũ. 565
De doribus. Vlp. 540
De exheredatione liberorũ. Caij. 628
De fideicommissis. Vlp. 567
De fideicommissis. Caij 631
De his qui in manu sunt. Vlp. 550
De his qui in potestate sunt. Vlp. 544
De his qui sui iuris sunt. Vlp. 548
De intestatorũ hereditatibus. Caij. 639
De iure donationum inter virum & vxorem. Vlp. 549
De iure personarum. Caij. 607

De latinis. Vlp. 541
De legatis. Vlp. 581
De legatis. Caij. 622
De lege Falcidia. Caij. 625
De legibus & moribus. Vlp. 535
De legitimis heredibus. Vlp. 590
De libertatibus seruorum. Caij. 600
De libertis. Vlp. 536
De libertorum successionibus vel bonis. Vlp. 593
De matrimoniis. Caij. 607
De numero seruorum testamento manumittendorum. Caij. 603
De obligationibus. Caij. 632
De pœna legis Iuliæ. Vlp. 566
De possessionibus dandis. Vlp. 593
Quemadmodum heres instituí debeat. Vlp. 572.
Quemadmodum testamenta rumpuntur. Vlp. 579
Qui habeant ius antiquum in caducis. Vlp. 564.
Qui heredes instituí possunt. Vlp. 572
Qui in potestate mancipióve sunt, quẽadmodũ eo iure liberentur. Vlp. 552
Quibus modis filij exeunt è potestate patris. Caij. 609
Quib⁹ modis obligatio tollat. Caij. 638
De rebus. Caij. 614

Universidad de Deusto
Biblioteca

De solidi capacitate inter virũ & vxorem. Vlp. 561
De statu liberis. Vlp. 540
De substitutionibus, & de faciendis secundis tabulis. Caij. 621
De testamentis. Vlp. 369
De testamentis. Caij. 617
De tutelis. Vlp. 555
De tutelis. Caij. 612

INDEX

A

Abentem accipere. 742
Actionis verbo. 690
Adsignare libertum. 711
Ædificia Romæ. 723
Ager est locus. 688
Alienatum non propriè. 700
Aliud est promittere. 733
Alienationis verbum. 688
Aliud est capere. 701
Aliud fraus. 720
Anniculus non statim. 721
Anniculus admittitur. 721
Appellatione parentis. 695
Appellatione rei. 702
Apud Labeonem. 763
Armorum appellatio. 692

B

Bona ciuitatis. 685
Bonæ fidei emptor. 712
Bonorum appellatio sicut. 746
Bonorum appellatio aut. 694
Boues magis. 706

C

Carbonum appellatione. 731

Cedere diem. 747
Censeri est constituere. 712
Cepisse quis intelligitur. 725
Ceterorum & reliquorum. 728
Cognoscere instrumenta. 697
Collegarum appellatione. 732
Commendare nihil. 736
Coniunctionem. 689
Conditionales creditores. 696
Coram Titio. 746
Creditor autem. 696
Creditorum appellatione. 683
Creditores accipiendos. 683
Cui præcipua. 697
Cum quærebatur. 760
Cum in testamento. 743
Cum prætor dicat. 704
Cum bisextum. 708
Cum stipulamur. 708

D

Debitor intelligatur. 711
Dedisse intelligendus. 702
Delata hereditas. 726
Derogatur legi. 719
Detestatio est. 691
Dimissoriæ literæ. 711
Duobus negatiBis. 738

E

Et cetera quibus. 693

Etiam ea mulier. 723
Etiam aureos. 728
Eum qui vectigal. 685
Ex illa parte. 754

F

Facere oportere. 737
Faciendi verbo. 733
Familias appellatione. 741
Ferri proprie. 756
Filij appellatione. 705
Frugem pro reditu 703
Fugitiuus est. 755
Fundi appellatione. 746

G

Generi appellatione. 722

H

Habere duobus modis. 836
Hæc adiectio pluriſque. 737
Hæc enunciatio 755
Hæc verba ille. 716
Hæc verba quanti. 737
Hæc verba cui res. 700
Hæc stipulatio noxis. 742
Hæc verba in stipulatione. 702
Heredis appellatio non solùm. 699
Heredis appellatione omnes. 732
Heredis appellatio sine. 714
Hereditatis appellatione bonorũ. 722
Hominis appellatione. 726

Hostes hi sunt. 714
(Hostis τίνων 711

I

Id apud se quis. 724
Illa verba arbitratu. 700
Illa verba optimus. 719
Impensæ necessariæ. 703
In conuentionibus. 750
Inde tabernacula. 736
Indicasse est. 741
In generali. 704
In lege censoria. 643
In rutis casis. 750
Instructam autem. 736
Instratum. 693
Inter aliam conditionem. 749
Inter diuortium. 737
Inter donum. 738
Inter hæc verba. 734
Inter publica. 685
Inter stuprum. 710
Interdum proprietatem. 703
Intelligendus est mortis. 727
Intestatus est. 699
Itinere faciendo. 631
In vsu iuris. 728
In vulgari substitutione. 728
Is qui natus est. 746
Iusta interpretatione. 748

L

Labeo lib. 1. 686
Labeo & Sabinus. 684
Latæ culpæ finis est. 752
Lege obuenire. 719
Liberationis 694
Liberorum appellatione. 750
Liberti appellatione. 732
Libro memoralium. 724
Licet inter. 697
Licet capitulis. 711
Litus pulchrum. 713
Litus est quousque. 708
Litis nomen. 690
Locus est non fundus. 698

M

Magna negligentia. 754
Maiore parte. 727
Malum nauis. 761
Marcellus apud Iulianum. 682
Meorum & tuorum. 707
Mercis appellatio ad res. 700
Mercis appellatione. 745
Mille passus. 727
Minus solutum. 690
Modestinus respondit. 711
Morbus sonticus. 711
Mouentium item. 707
Mulieris appellatione. 984

Munus propriè. 748
Munus tribus modis. 686
Municipes intelligendi. 754

N

Nam quem. 728
Natura cauillationis. 733
Nepos Proculo. 717
Neratius Priscus. 705
Nihil est aliud. 687
Nominis appellatione. 681
Nominis & rei appellatio. 682
Nomen filiarum. 729
Non est pupillus. 728
Non est sine liberis. 725
Non potest videri. 714
Non tantum. 731
Notionem accipere. 709
Nurus appellatio. 694

O

Ostentum labeo. 691

P

Pali & perticæ. 731
Palam est. 990
Paries est. 727
Partum non esse. 588
Paterfamilias liber. 735
Patroni appellatione. 695
Paulus respondit. 752
Pecuniæ nomine. 752

Pecuniæ verbum. 733
Penes te amplius, 699
Peruenisse ad te. 792
Plebs est ceteri. 758
Plus est in restitutione. 687
Potest reliquorum. 708
Potestatis verbo. 748
Partus appellatur. 698
Prævaricatores. 747
Pratum est. 690
Princeps bona. 687
Probrum & opprobrium. 692
Propriè bona dici. 705
Pronuntiatio sermonis. 738
Pronunciatum. 693
Proninciales eos. 735
Proximi appellatione. 727
Proximus est. 707
Pueri appellatio. 744
Pupillus est qui. 754

Q

Quæstio est fundus. 713
Quæret aliquis. 721
Quid aliud sunt. 705
Qui fundum. 745
Qui in continentibus. 725
Qui mortui nascuntur. 719
Qui vti optimæ. 706
Qui venenum. 757

Quisquis mihi. 715
Quod dicimus. 751
Quos nos hostes. 576

R

Recte dicimus. 687
Rei appellatio. 681
Rei appellatione & causa. 687
Restituere autem. 690
Restituere is videtur. 702

S

Sæpe ita comparatum. 695
Satisdationis appellatione. 699
Scævola respondit. 762
Sciendum est. 701
Seruus air. 715
Sequester dicitur. 712
Si caluitur. 755
Si eum fundum. 718
Signatorius anulus. 702
Si ita à te stipulatus. 726
Silua cædua est. 689
Si qua pœna est. 762
Si quis sic dixerit. 721
Soceri socrus. 655
Solutionis verbo. 733
Solutum non intelligimus. 694
Spadonum generalis. 719
Speciosas personas. 709
Spontio appellatur. 682

Statuæ adfixæ 765
Subsignatum dicitur. 695

T

Tabernæ appellatio. 735
Tantum quisque. 706
Ter enixa videtur. 722
Tigni appellatione. 799
Transacta finitáve. 754
Triplici modo. 723
Tugurij appellatione. 735

V

Verbum amplius. 704
Verba contraxerunt. 986
Verbum erit interdum. 715
Verbum exactæ. 736
Verum est eum. 749
Verbum facere. 750
Verbum hoc si quis. 681
Verbum illud pertinere. 735
Verbum legis 12. tab. 714
Verbum oportere. 691
Verbum oportebit. 782
Verbum reddendi. 707
Verbo victus. 692
Venisse ad heredem. 710
Vestis appellatione. 719
Vinaria vasa. 745
Vinculorum appellatione. 751
Virilis appellatione. 715

Vrbana familia. 730
Vrbana prædia. 741
Vrbis appellatio. 681
Vsura pecuniæ. 715
Vt Alfenus ait. 705
Vt si cui ex empto. 683
Vt sunt iudicio. 754

INDEX LEGVM TITVLI PANDEC. DE DIVERSIS *regulis iuris antiqui.*

A

Absentia eius. 801
Actus legitimi. 789
Ad ea quæ non habent. 804
Aliud est vendere. 805
Alterius circunuentio. 783

B

Bonafides. 800
Bona fides non patitur. 785

C

Consilij non fraudulenti. 783
Contractus quidem. 777
Creditor qui permittit. 805
Cuius effectus. 802
Cuius est donandi. 806
Cuius per errorem. 784
Culpa caret. 784
Culpa

Culpa est immiscere. 781
Cum amplius solutum. 790
Cum prætor. 803
Cum prætor. 798
Cum principalis. 809
Cum quis possit. 806
Cum seruo nulla. 794
Cum tempus. 776

D

Diuus Pius 779
Domum suam. 785
Donari videtur. 790

E

Ea est natura. 786
Ea quæ in partes. 812
Ea quæ dari. 800
Ea quæ raro. 786
Ea sola deportationis. 793
Eius est. 774
Et si nihil facile. 810
Ex pœnalibus. 785
Expressa nocent. 813
Ex qua persona. 802

F

Factum à iudice. 807
Factum cuique suum. 804
Fauorabiliores. 798
Feminæ ab omnibus. 773
Fructus rei est. 787

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fere in omnibus. 794
Fere quibuſcunque. 803
Filius familias. 792
Fraudis interpretatio. 789
Furioſi vel eius. 781

G

Generaliter cum de fraude. 789

H

Hereditas nihil aliud. 785
Heredem eiuſdem. 785
Hoc iure vtimur. 802

I

Id quod noſtrum eſt. 775
Imaginaria venditio. 776
Imperitia culpæ. 792
Impoſſibilium. 810
In ambiguis. 799
In ambiguis orationibus. 792
In condemnationes. 808
In contrahenda. 808
In eo quod plus ſit 795
In eo quod vel. 780
In his quæ officium. 809
In iure ciuili. 805
In obſcura voluntate. 810
In obſcuris. 796
In omnibus cauſis pro facto. 781
In omnibus cauſis id obſeruetur. 787
In omnibus obligationibus. 771

In omnibus quidem. 791
In pari cauſa. 798
In perſonam ſeruilem. 777
In totum omnia. 788
In toto & pars. 795
In toto iure genere. 789
In teſtamentis. 775
Inuito beneficium. 787
Inuitus nemo. 804
Is damnum dat. 807
Is qui actionem. 775
Ius noſtrum. 774
Iure naturæ. 815
Iura ſanguinis. 774

L

Libertas inæſtimabilis. 794
Libertas omnibus. 797

M

Marcellus definit. 786
Melior conditio. 799
Minus eſt actionem. 814

N

Nec ex prætorio. 779
Nemo alieno nomine. 797
Nemo damnum facit. 802
Nemo de domo. 794
Nemo dubitat. 792
Nemo enim in perſequendo 791
Nemo ex his. 782

Nemo ideo. 808
Nemo plus commodi. 797
Nemo plus iuris. 784
Nemo potest mutare. 788
Nemo potest gladij. 787
Nemo prædo est. 798
Nemo qui condemnare. 781
Nemo videtur. 801
Neque in interdicto. 813
Neque pignus. 785
Neratius consultus. 812
Nihil consensui. 796
Nihil dolo creditor. 798
Nihil interest. 795
Nihil tam naturale. 780
Nihil peti potest. 811
Non alienat. 797
Non debet actori licere. 781
Non debet alteri. 788
Non debet cui. 777
Non defendere. 784
Non est singulis. 809
Non fraudantur. 799
Non omne. 801
Non potest dolo. 799
Non potest improbus. 815
Non potest videri. 701
Non solet deterior. 792
Non solent quę abundant. Non

Non videtur. 784
Non videntur. 790
Non videntur data. 807
Non videtur cepisse 775
Non vt expluribus. 805
Non vult heres. 774
Nulla intelligitur. 691
Nullum crimen. 794
Nullus videtur. 784
Nunquam actiones. 799
Nuptias non concubitus. 779

O

Omnia fere iura. 812
Omnia quæ ex testamento. 814
Omnia quæ iure. 795
Omnia quæcunque. 787
Omnes actiones. 800
Omnis definitio. 814
Omnis hæreditas. 800

P

Patem esse conditionem. 802
Plerunque fit. 814
Plus cautionis. 778
Pœnalia iudicia. 806
Prætor bonorum. 798
Priuilegia quædam. 813
Pupillus nec velle. 811
Pupillum qui. 795

Q

Quæ ab initio. 815
Quæ dubitationis. 790
Quæ legata mortuis. 776
Quæ propter neceſſitatem. 806
Quatenus cuius. 778
Quotiens dubia. 777
Quotiens duplici. 792
Quotiens idem. 736
Quidquid in calore. 785
Quotiens nihil. 815
Quotiens vtriuſque. 795
Quandiu poſſit. 791
Quod à quo. 783
Quod attinet. 780
Quod euincitur. 811
Quod contra rationem. 801
Quod initio. 779
Quod ipſis. 801
Quod iuſſu alterius. 810
Quod quis dum. 802
Quod quis ex culpa. 814
Quod nullius. 810
Quod tutela redit. 788
Qui auctore. 800
Qui cum alio. 776
Qui dolo deſierit. 799
Qui ſine dolo. 786
Qui in alterius. 792

Qui in ius dominium. 809
Qui in ſeruitute. 796
Qui non facit. 797
Qui per ſucceſſionem. 811
Qui poteſt facere, 808
Qui poteſt inuitis. 787
Qui rem alienam. 807
Qui tacet. 801
Qui vetante. 793

R

Rapienda occaſio. 807
Regulæ eſt. 775
Res iudicata. 815

S

Secundum naturam eſt. 775
Semper in coniunctionibus. 815
Semper in dubijs. 785
Semper in obſcuris. 774
Semper in ſtipulationibus. 780
Semper qui non prohibet. 785
Semper ſpecialia. 802
Seruitutem mortalitati. 815
Seruus reipublicæ. 815
Sicarij pœna. 781
Si in duobus. 894
Si librarius. 792
Si nemo ſubiit. 810
Si quis obligationem. 796
Si quis prægnantem. 811

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

T

Totiens in hæredem. 782

V

Vani timoris. 810
Vbicunque cauſæ. 794
Vbi lex duorum. 791
Vbi non voce. 797
Vbi pugnantia. 711
Velle non creditur. 774
Verùm eſt neque pacta. 679

BREVIS

BREVIS
INDEX EORVM
POTISSIMVM QVÆ
AD IIII.
Inſtit. Imperialium libros
adnotata ſunt.

Acceptio per ſonarũ honeſtarũm quibuſdã pœnis 443
Acceptilatio quid. 337
Acceptilatio quomodo Græce ſint. ibid.
Acquirendi dominij aut poſſeſſionis. 132 133. & ſeq.
Acquiritur poſſeſſio vt & proprietas. 134
Acquiruntur res variè ſe quatuor modis. 136
Acquiſitio per occupationem. 88
Acquiſitio per illuuionem. 92
Acquiſitio per acceſſ. 94
Acquiſitio per ius edendi. 227
Acquiſitio per traditionem. 104
Acquiſitio per adrogationem. 274
Actio quid vulgò dicatur. 174. & 373
Actionis definitio. 274
Actio directa quid. 330
Actio contraria. 331
Actio negatoria. 274
Actio arbitraria. 389
Actio redhibitoria & rerum amotarũ. ibid.
Actio tributoria. 398
Actio triticaria. ibid.
Actio publiciana. 376
Actio reſciſſoria vel reſtitutoria. 389
Actio Pauliana. ibid.
Actio rei perſecutoria. 371.
Actio mixta. 382
Actio Seruiana & hypothecaria. 377

Actio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actio receptitia. 379
Actio præiudicialis. 380
Actio pœnalis. ibid.
Actio noxalis 403. aduersus quos & quibus detur. 405. in heres tantum proponitur. 407
Actio perpetua & temporalis. 434
Actio exercitoria. 398
Actio institoria. ibid.
Actio quod iussu. ibid.
Actio de constituta pecunia. 378
Actio de peculio. 379
Actio in factum ad instar legis Aquiliæ. 364
Actio de in rem verso. 399.
Actio iniuriarũ dissimulatione tollitur. 379
Actio exstipulatu. 387
Actio rupti. 362
ex mandato. 327
Actio in factũ. 436
Actio de moribus. ibid.
Actio in rẽ propriè vindicatio. 381
Actio in personam conditio. ibid. exceptione labefactatur, ac suspenditur. 423
Actiones viuere, quid. 427
Actiones personales. 383. bonæ fidei & stricti iuris. 287. quæ inficiatione duplicantur. 384. quibus solidum persequimur. 384
Actiones vtiles competunt in fideicommissarium & contrà. 229
Actionis & interdicti discrimen. 428
actionis subsidiaria nigo. 72. aduersus quos detur. ibid.
Actionis diuisio absurda in natiuam & dativam. 426
actionum summa diuisio. 374
actionum ordo. 196
actor & reus iurare debent de calumnia. 481
actoris iusiurandũ præmola. 434
Actor municipiorum aut corporum. 412
ademptio legatorum contrarijs verbis facta. 202.
Agnationis & cognationis ius. 38
adgnatus proximus. 338
adgnati quid sint ibid.
adgnationis sex gradus. 338
Alienare & abalienare quid. 380
Alienus posthumus quis. 267
Alieni facti promissio inutilis, proprij vtilis. 207
Alienare quid. 319
Alienare pupillus neque pupilla possunt. 129
Aliud pro alio petenti, quomodo succurratur. 394
Alluso ad interdicti nomen. 436
Ambitus. 447
τὸ ἀνάλογον. 10
Anastasiana lex. 250
Ancillæ, Verna. 18
Animalia quæ gregatim proprie pasci dicuntur. 138
ἀνομία. 363
ἀντιφάσεις. 128
Antiquorum prudentium altercationes. 348
ἀπόλυσις, Vlpia. 46
Apum fera natura. 89
Aquilia lex. 357
Aquiliana stipulatio 338
Aquilius legis Aquiliæ Author quis fuerit. 357
Aristotelis lib. septimi, περὶ ζώων ἱστορίας, locus. 68
Armorum appellatione quid cõtineatur. 431

ve quid differãt. 440
Adoptio duobus casibus filior fuit. 39
Adoptio naturæ imago. 42
Adoptare qui possint. ibidem.
Adrogatio & ad propriæ speciem patriæ potestatis. 29
Adrogandi impuberis ratio. 41
Adrogati iura. ibid.
Adrogat anis & adoptiui communia. 43
Adsignare libertũ quid. 283
Aduersarius ante omnia in ius vocandus. 436
Aes alienum extra bona defertur. 206
Ædilitium ius, aut Tribunitium portio iuris habenda? 18
Ædilui, qui ædes tuentur. 51
Æstimatio nulla est corporis liberi. 372
Æstiuoria. 376
Affectionis ratio nõ habetur 117
Agi de iniuria ciuiliter & criminaliter posse. 369
Agrorum definitio. 92
Albus prætor quid. 380

Attica, παρὰ τὸ ἄρραγις quid Varroni. ibid.
Assis ad umbram exurgit. 349
Ascensus in Capitolium. 219
Assertor pro libertate agit. 409
Assis diuisio in duodecim uncias. 160 & 161.
Assis tot unciæ, quot testator voluerit. ibid.
Attica lex in adulteros. 443
Attilianus tutor. 72
Augusti felicitas, & Traiani bonitas. 148
Aureus quid. 202 & 438
Authoritatis etymologia. 64

B

βλασφημία τοῦ Σύλλας 444
Bona instantia. 434
Bona fide emptor quis. 117
Bonorum emptio quæ fuerit. 180
Bonorũ possess. ex testamẽto. 269. cur introducta. 267. & 269. & unde vir & uxor. 271
Bonorũ possessio unde cognati. ibid.

Bos cornupeta. 305
ἄλαμος 319
Byzantiorum agri.

C

Cæci curatores esse possunt. 78
9
Cælum, pro aere. 435
Calculus impensarũ. 393
Campanum venenum. 383
Caput, & κεφάλαιον. 58
Capitis deminutio. 140
χαρακτήρ 218
χειρόγραφος quis. Theo-
κατά τινα τύχην. 303
phil. 338
κατοχὴ. 380
Caussa cadere. 393
Caussa pro modo.
Cautio iuratoria, διηγ[illegible] 423
ola.
Cautionẽ qui præstent. 78
Centenarius libertus. 26
Ciuilis & naturalis quid 303 41
Ciuitati redditi.
Codicilli quam solennitatem desiderent. 231
codicillorum definitio. 231
codicillorum iuris quis primus author. 230
codicillos plures quis facere possit. 231
calcariorum [illegible] & caelo nasci. 88
Cognati & agnati quid differunt.

cognatio seruilis. 256
Cognationũ gradus. 252
κοινωνία. 321
κοινοπραξία. ibid.
Color, prætextus, titulus. 175
Colonus quid differat ab inquilino. 378
Columnis & marmoribus, quid veteres significabant. 192
Comunia quæ sint. 84
Conceptus pro iam nato quando habeatur. 227
Concursus actionis institoriæ exercitoriæ. 402
Condictio quid. 381
Condictio, aduersus fu-r. 354 & 383.
Condictio credendi, vel indebiti. 130
Condictitia lex. 288
Conditionis, Si in Capitolium ascẽderis, origo. 280
Conducere quid. 316
Confinium quid. 100
Confusio aut permixtione, aut ferruminatione. 96
Consilij non fraudulenti nulla est obligatio. 326
Consilium cur non est obligatorium. ibid.
Consobrini, qui & vn-

de. 257
Consobrinorum nuptias lege primum Mosaica permissa, & iure ciuili. 33
Consortium. 257
Constantinopolis. 414
Consules & Patritij. 370
Continui dies, utilibus opponuntur. 274
contra, quid significet. 331
cõtractus συνάλλαγμα. 263
Contubernium. 257
Contumelia. 305
Cornel. lex de falsis 446
Cornel. lex de iniurijs. 368
Corn. lex de sicarijs. 369
Creditori pignus vendere licere si pecunia non soluatur. 129
Creditur, pro notum ac prespicuum. 141
Crimen. 343
Crimen, κατηγορία. 79
Cui plus licet, minus licet. 27
Culpa ἀδίκημα. 365
Culpa ad exactissimam diligentiam non dirigitur. 324
Cura plus est quàm cultura. 102
Curator διοικητής, siue πράκτωρ. 327
Curator testamento non datur

Universidad de Palermo
Biblioteca

datur. 69. Datur ea-
ea. ibid.
Curatores non sunt legitimi, sed honorarij. ibid.

D

Damnum iniuria datũ, quomodo à pauperie differat. 408
Darium tutor. 62
Debitorem, aut creditorem, tutorem fieri prohibitum. 66
Deditity, cur sic vocati. 22.
De duabus vxoribus damnãtis lex Valentiniani. 36
Defendi vxores à viris, non ecntrà. 366
Delictum. 342
Depasci. 408
Depositi gratia sit depositum. 286
Deportati. Vipia. ἀπόλιδες 46
Depositarius doli tantũ nomine tenetur. 276
Δεσποτεία λυμὴ 121
Detenta ab alio vi vel alter. 90
Dies utiles, qui. 274
Dies continui utilibus opponuntur. ibid.
Directa actio domino, utilis nũ domino competit. 111
Disceptationem præclare. 420
Dissensator servus quis. 228.
Disputationes verbosæ. 397.
Dissoluto nuptiis, contrahitur assinitas. 318
Duales constituit. 334
Diuisio, & distributio. 336.
Diuisio fit non sectione bonorum, sed numero. 210
Dodrans quid. 214
Domestici, οἰκειακοὶ 109
Dominica pars. 208
Domini interest rem suã salvam esse. 310
Dominy acquiritur modi. pag. 87. ad 107.
Domus quomodo accipiatur. 300
Donatio mortis causa & non mortis causa. 122. 123.
Donationes inter viros 124.
Dos dicitur relegata vel data. 320
Dos sine iusto matrimonio esse non potest. 318
Dupondius 24. vncias. 18
Duplum & quadruplum in actione furti. 351
Duum virũ. 228.

E

Exhæredatio liberorum, vel institutio, præcipua testamenti. 131
Postumorum. 132. & 153. Emãcipatorũ. & Adoptiu. 134. & 135
Extranei definitio. 170
Extranei heredes. 149. & 228.
Extrinseca parãtur nobis, quæ labore nostro acquiruntur. 276

F

Factum vectorum in actione ex quasi maleficio. 373
Falcidia lex. 203. & 204. & 205
Falcidia lege quantum legare liceat. ibidem.
Familia quid. 384
Furor. 406
Fideiubendi forma. 307. ibid. Iusiurandi. 419. & 308
Fideiussor etiam Græce quomodo accipiatur. ibidem.
Fideiussorum primus author Lentulus. 219
Fideiussoria, singularia, & vniuersalia quæ sint. 217
Fiduciaria tutela. 60. & 61.
Filia etiam nuptui data

Universidad de Deusto
Biblioteca

in paterna semper re-sider potestate. 244
Filij peregrinantes. 133 & 334.
Flauia lex de plagiarijs. 447.
Famina cetius quã mas tutela liberatur: non item curatione. 68
Olim in perpetua tutela continebatur. ibid.
Faminæ quo casu alo-ptent 431. In potestate liberos nõ habent. 180
Faminis imponit fauens Iustin. 155. & 156
Fraus duplex. 377
Fructus percipere. 102
Fructuarius pro mora. 447.
Fullo. 317
Fundi & loci descriptio. 170.
Funeris impensa quid. 296. Et causa cur fu-nerabilis. ibid.
Furia lex. 294
Fuersus. 299
Fur quid manifestus, & nec manifestus. 344
Furti diuisio. 344 Definitio. 344 Manifesti pœna 340. & 415 Nomine in seruum gra-uius quàm in liberos animaduertitur. 346
Actio quibus competit. 350
Furtiua res usucapi po-test. 320
Furtum vnde dictũ 344
Furt. ἀπὸ τῦ φωρὸς 344
Furtũ quibus modis committatur. 342
Furtum oblatum. 345
Furtum concipere. 344
Furtum, etiam iure mi-diza. 91. & 333
Furtum ex affectu fu-randi. 336
Furtum liberi hominis. 149
Furtum etiã rei suæ com-mitti posse. ibid.
Furti tenetur etiam im-pubes. 334
Furtiuæ quæstiones cum lance & licio. 345
Fusia Caninia lex. 30

G

Gallina, anser et, & fasi-anus. 91
Γένος. 257
Gradius, pro ordine. 255
Graduũ cognationum ne-cessaria expositio. 308

H

Habitatio ab vsu & vsufructu diuersa. 118
Habitatio morer finitur exemplo

exẽplo vsus & vsus-fructus. 119
Habitatio quid. ibid.
Heredes instituere quid. 138.
Heredes qui institui pos-sint. 156. & 158
Heredes sui & necessarij qui sint. 178
Heredis etymologia. 182
Heredis qualiter ac-quiratur vel amitta-tur. ibid. m.
Hereditas quomodo diui-datur. 130 & 131.
Hereditas quomodo ac-cusatur. 209
Hereditatẽ captare. 323
Hereditare, exhaurire, & debere quid. 304
Hereditatis duplex con-dictio. 137
Heredum triplex differ-entia. 176
Hermeri seru. 133
Homeri versum inter-pretatio ex Iliad. 3 313
Homonymorum genera ex Varrone. 21
Homicida definitio. 2.
Horatia lex. 409
Hypotheca quid compre-hendat. 372

I

Ignorantia probabilis ne-minem faudi esse de-bet. 328
Ima cera in testamentis quid. 138
Immissionis & Adictio-nis discrimen. 121
Imperitia culpæ adnu-meratur. 360
Imperiales codicilli qui. 47
In etymologijs concessum diuinare. 287
In rẽ vertì quid sit. 389
In semestribus. 75
Incertum cãstiturus quid. 353
Incorporalium rerum ge-nera. 103
Infamia temerè litigã-tium. 433
Infantia proximus. 292
Infirmari quid. 137
Infirmant, abusiue pro tollunt. 290
Ingenuus qui. 19
Iniquum cur de priuris queri. 419
Iniquitas & ἀνισότης 363
Iniuria quid sit. Æstimatur secundum di-gnitatem. 362. Quo-modo cõmittatur. 363
Iniuria atrocis æstima-tio. 369
Iniuriam atrocem locus vulneris facit. ibid.
Iniustitia dãnata. 363
Inofficiosi testamẽti quæ-

vela. 173
Institutus hæres seruus, consecutus libertatē donatus. 25
Institutionem inutilem ignorantia testantis non facit. 163
Institutio hæredis caput testamenti. 208
Insidiis expositi pupilli. 168
Interdicta, Vti possidetis, & Vtrubi. 429. & Vndevi. 431
Interdictis formula. 429
Interdictorum diuisio. ibidem.
Intercidere quid antiquitus. ibid.
Interstatus dicitur quauis modo. 223. Qui nullū fecit testamentum. 230
Inuasiones de rebus immobilibus propriè dicuntur. 338
Inutiles stipulationes propter personam. 299
Ἐπηρεία rem in stipulatum deductam. 296
Propter rem. 295
Propter absentiam contrahentium. 306
Propter dissensum, vel turpem causam. 304
Italicapradia. 205
Itineris & actus descriptum. 209
Iudex imperitus, quando litem suam facit. 370
Iudex an ex sua cōscientia iudicare debeat. 437
Iudicia ordinaria & extraordinaria. 319
Iudicarum solui. 333
Iulia lex de adulteriis. 443. De pecul. 446. Repetundarum 448
Iurare per salutem principis. 298
Iurare de calumnia, id est, ὃ τι οὐ κατὰ συκοφαντίαν ὀμνύω τοῦτο ἀληθῆ. 216
Iura sanguinis. 230
Iura condere, vsurpare, κατὰ πάντων καὶ ἀπάντων. 37
Iuris definitio, ex Platonis. 51
Iurisdictio Prætoria quid. 323
Iuris gentium & ciuilis distinctio. 11
Naturalis & ciuilis scrimen.
Scripti & non scripti origo. Iuris

Iuris generalis diuisio. 184
ibidem.
Ius naturale, 12
Ius ciuile nunc quid. 138
Ius accrescendi. 188
Ius deliberandi. 181
Ius ἐμβατευτικὸν quod & ἐμβατευτικὸν 329
Ius perpetuarium & temporarium. ibidem.
Ius ciuile in sex species diuisum. 14
Ius dominorum in seruos. 31
Ius dicis quid. 369
Ius in bruta non cadit. 2
Iusiurandum, cuer implatum aris alienis. 419.
Iusiurandum facilè deferendum non esse. 434
Iussi definitio. 19

L

Lacedæmonij ius obseruabant ἄγραφον. Athenienses vero σύγγραφον. 27
Lanuinum Senatusc. 264
Lanuij Iuniani, Vlpiano Celsenary. 23
Legari quibus possit vel non à pag. 195. ad 202.
Legari quæ res possunt, vel non, à pag. 226. ad Legata generalia diuisio. 184
ibidem.
Legata fideicommissa quæ. 285
Legata dos à marito. 19
Legata, τὰ ἐν διαθήκαις: Fideicommissaria, τὰ ἐν πίστει καταλυόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τελευτᾶν. 217
Legatarius alienatio. 189
Legatarij electio. 194
Legatarius & hæres vnus simul. 199. Partitus. 210
Legatarum rerum accessio. 192
Legato falsa causa adiecta non nocet. 197. & 198
Legatorum & fideicommissorum natura eadem. 333. Olim contra quatuor. 184
Legata ab alio ad aliū transferri potest. 203
Ante hæredis institutionem. 109. Debitum creditori. 190. Falsa demonstratione non perimi. 207
Legatum generale. 194
Legatum optionis. ibid. 195
Legatum peculium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legatum pœna nomine. 201
Legatum post mortem hæredis. 200
Legatum seruo hæredis. 198
Leges anteiores, & principales constitutiones quid denotent. 147
Legiti ne quæsit. 196
Legitimi adoptiuis opponuntur. 260
Legitimorum & adoptiuorum comparatio. 43
λεγων. 308
Leones, mappæ genitæ. 339
Lex xij. Tab. 48
Liberalitas sua nemini dãnosa esse debet. 369
Liberorum trium numerus excusat à legationibus. 74
Liberos habere etiam dicitur qui vnam habet prolem. 257
Libertas, vindicta, censu, testamento. 22
Libertatis & seruitutis definitio. 18
Libertini qui. 21
Libertinorum vna omnium conditio. 22
Libertorum bona. 260
Literarum obligatio. 307
Luc ave quid. 317
Locarium. ibidem.
Locatio & cõductio. ibid.
Locatori quid competat. ibidem.

M

Macedoniani S.C. Vespasianus author. 443
Macedoniani S.C. facienda causa. ibid.
Macedonianum S.C. 441. 498
Magister nauis. 391
Magistratus maiores & minores qui sint. 41
Maiestatis crimen. 41
Maior summa minorem continet. 308
Maleficium. 347
Mandati exercitio. 319
Et forma qua. 320
Mandatũ 325. *Infantibus filij.* ibid. *Nemo inuitus suscipit.* 320. *Quo modo contrahatur.* 321
Manumissorum apud Lacedæmonios, variagenera. 11
Manumissio quid, & quæ iure introducta. 210 & 211
Manumissus in fraudem quis dicatur. 23. & 24
Manumittendi modi varij. 21
Manumittere testamento vel vindicta. 157

Maritus iuris subtilitate dominus: vxor vero rei sua domina. 222
Masculorum habita ratio in lege Mosaica. 233
Mater cur filio pro dimidia filio pro virili succedebat. 243
Mater patruum eiusque filium quando submouet. 246
Maxima & media capitis minutio. 52
Media Iurisprudentia quid intelligatur. 339
Mediastinus. 362
Medici alim χειρουργοι. 360
Medicus quando lege Aquilia teneatur. ibid.
Mendacijs dicere & mentiri quid differat. 81
Mendacium obesse, confessionem contrà prodesse. 386
Miles nutus & fundus testamentum facere potest. 148
Militaria testamenta. 143. 144
Milites paganis opponuntur. 144
Militibus liberis libera testandi facultas. 173
Militibus solutus testandi ibidem.

Militum in testamentis privilegij quis primus author. Ibid. Testamenta etiam non scripta valent. 144
Minor propupillo. 130
Minores, rustici, & mulieres peritos consulant. 144
Minoribus lapsis causa cognita succurritur. 390
Minoris xxv. annis consilium infirmum. 181
Minus est post tempus dare. 308. *Minus petentè quomodo succurratur.* 304
Minus vtilitatis, ὕστερον πρότερον. 114
Missi in rem. 106
μεσότης λόγου, & μετρια λόγου. 253
Mosaica lex de adulteriis. 443
Mulier familiæ suæ & capitis est. 233
Mutui & commodati differentia duplex. 275
Mutuus quis dicatur. 150

N

Natalibus cur non officit manumissio. 29
Naturales liberi. 76
Naturales liberi. 260

Naturalis contractus. 319
Negatiorum gestor. 307
Negotiatio vasculitiaria. 321
Negotiorum gestio. 330
Nemo rei alienæ defensor idoneus sine satisdatione. 411
Nepos Oppter quis. 149
Nervæ filius. 28
Nominati, id est, debitorum tituli. 309
Non æque. ἀνίσως. 81
Non minus valere quod scriptura, quàm quod voce significatur. 308
Non utique. οὐ πάντως. 57
Noxia pro pœna & pro culpa. 404
Noxa, pro corpore quod nocuit. 437. Pro male-ficio. 405
O
Obligatæ res, & pignoratæ. 387
Obligatio quemodo sequiratur. 334. Cur mater actionis. 282. Tollitur novatione. 339
Obligatio pro contractu. 14. Et ex quasi contractu. 330
Obligationes, quæ ex delicto nascuntur. 342. quæ ex quasi delicto. 371. ex confessio. 398. Quemodo contrahantur. 310. Contraria voluntate dissolvuntur. 347. Subdivisio earum.
Obligationes ex delicto quatuor modis contrahuntur. ibi. 348
Obligationis re contractæ quinque exempla. 283. 284. & 286. Tollendæ quatuor modis. 336. & seq.
Obligationum divisio. 282
Obligationum ex quasi & non omnino. 17 contractu sex species. 330 387. 322.
Officium pietatis quid. 140
Officium judicis. 335
Olisitatum. 345
Omittere quid. 137
Opera pro pecunia valere. 323
Opera, quid. 275
Oportet, quid significet. 338
Orcinus. χαρανικὸς cur vocatur. 328
Ordo. & τάξις. 417
Orficianum S.C. 326
Orphi συγγενεῖς. 414
Ossa pecunia. 326
Pacta cur novissima ferundo, non priora. 423
Pactum solam obligationem naturalem dissolvit ipso iure. 419
Pagani liberis liberalium rerum, quæ est testandi facultas. 173
Pagina legis adducta intra patronorum. 261
Papinianus. 212
παραίνεσις 319
Parricida Roma quis primus fuerit. 445
Parricidarum pœna. ibi.
Partitis quid. 210
Partus ancillæ an sit in fructu. 119
πατρικίδιος. & πατρὶς 253
Patrimonii & matrimonii significatio. 83
Patris filiique eur persona eadem censeatur. 201
Pauperies quid. 338. & 44
Pectatum. 342
Peculium. 400. & quatuor. 433
Peculium castrense. ibi.
Peculium quasi castrense. ibidem
Peculium profectitium. 417
Pecunia ibidem.
Peculium adventitium. 423 ibidem.
Pegasianum S.C. 211
Pœna & reditus quomodo ipsi fiant. 419 differant. 319
Perduellionum rerum, καὶ ἐπὶ τοῖς 226
Perfecta ætas quæ. 64
Per lasciviam κατὰ τὴν φθν. 349
Permutatio speciei emptionis ex Homero. 113
ptionis 319
Pertinax Imp. 174
Petulantia τρυφὴ. 407
Pœnæ. φόρου, in stipulat. 308
Pignoris appellatione quid contineatur. 378
Pignoris proprii. 226
Plebisciti origo. 15
Plus est statim aliquid dare. 308
Plus 4. modis deberi. 391
Plus petens quemodo punitur. 390
Pœna eorum qui contra legum præcepta ceciderint. 28
Pœna honoraria. 368
Pœna temerè litigantium. 433
πολιτεύεσθαι τὸν κατὰ-
πολλὰ τῶν ἀναβαινόντων
Pœna Imp. 143
Politor, κτηφίσις. 317

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pompeia lex de parricidijs. 445
Popularia iudicia. 442
Possessio adipiscitur, retinetur, recuperatur. 427
Possessionis commoda. 428
Possessio sine animo retinetur & amittitur: nec vero acquiritur. 530
Possidere maiore parte quid sit. 429
Posthumus. 97
Potestas dominorum in seruos. 218
Prædo quis. 438
Præfecti urbi officiū. 82
Præfecti iurisdictio. 63
Præiudicium quid, Theop. 380
Præpostera stipulatio nes. 402
Præposteratio. ibid.
Præscriptis verbis, seu actio. 418
Præscriptum quid. 363
Præstatio personalis. 440
Præsentaquid. 366
Pretium certum debet esse. 312
Pretiū in numerata pecunia consistere. 313
Prætor, iuris ciuilis custos, & disseptator. 268
Prætor verius iustpræcipit, quàm dicit. 539
Prætoris officium. 433
Prætoris arbitrium. 415
Prætor tutelarius. 68
Prætorium ius cur honorarium dicatur. 38
Princeps legibus solutus non est. 15
Principes in rebus statuendis consilio prudentum vti. 320
Principum placita quæ sint. 5
Primigena, quare sic dicta. 218
Priuigna. 98
Prius de possessione quàm de proprietate quærendum. 428
Procuratoris institutio. 409
Procurator ignarus conuenitur. 402
Procurator potest. 409
Procurationis clausulatum πογγραμμενων 418
Promissoris & stipulatoris interesse causa. 391
Proximitatis nomine quid significetur. 278
Proximitas pro cognatione. 253
Pubertas in foeminis quando contingat. 68
Publicari & in actam referri 123
Publica iudicia 442
Publici iudicij appellandi causa. ibid.
Pudicitia. 442
Pupilli minorem non obligantur. 65
Pupillus iudicio caret. 340
Purpura Tyria. 393

Q

Quæstus patrimonij quā spectatur. 203
Quarta Falcidia 272. & 277.
Quasi pro tanquā, vicarius 376
Qui non habet in re, luat in corpore. 437
Quod metus causa. 42
Quoquomodo, quid. 145

R

Raptor honorū quis. 314
Raptor rei suæ. 359
Reclusus, pro exclusus. 243
Regere fines. 449
Rei qui dicantur. 292
Reipub. interest diffinitos esse terminis actus. 441
Rei vendicatio aduersus possessorem. 334
Religiosi loci faciendi ratio. 16
Reliquatores. 394
Replicatio, duplicatio, triplicatio. 423
Rerum vniuersarum & singularum differentia. 184
Res à fisco emptæ quomodo vsucapiantur. 170.
Vniuersitatis, & nullius quæ sint. 83
Restituere, pro exhibere. 438
Restitutio aut specialis aut generalis. 46
Rescriptus D. Marci. 388
Reus stipulandi, credendi, debendi, faciendi, accipiendi. 295
Reus, vnde dicitur. ibid.
Raptū, quomodo intelligatur. 363

S

Sabini sententia. 327
Sabinorum & Proculeianorum fibula. 94. & 314.
Sacra loca vel publica in emptionem non cadunt. 315
Sacræ res, quæ Deo dicatæ. 85
Sa'uianum interdictum. 427
Sarcinator. 317
Satisdādi mos vetus. 410
Satisdandi mos iure nouo receptus. 472

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satisdatio. 410
Satisdationis clausula. 413
Secta, pro disciplina 202
Sententia iudicis de re certa esse debet. 390
Sequès, pro fugitiuo 232
Sequunda, vt sequens, dicebant veteres per q. ibidem.
Serui à seruando. 18.
Serui cur mancipia dicti. ibid.
Serui corruptor. 348
Serui ex persona dominorum recte stipulantur. 393
Serui fugitiui. 213
Serui alim quadrupedibus adæquati 358
Seruus à domino adoptatus libertatem nanciscitur. 44
Serui verberibus conuenienti. 819
Seruitus iusta. 136
Seruitutes an ex bonis sint. 84
Seruitus iure ciuili nulla dignitas. 366
Seruum esse & in seruitute diuersa. 20
Seruus communis. 336
Seruus iure ciuili pro nullo habetur. 340
Seruus tutor relictus, tacitè libertatem consequitur. 53
Sestertium centũ millia, quot aureos efficiunt.
Sicarius, & sica. 444
Simplicibus verbis, vtere res vsi. 284
Societas. 321
Societas morte soluitur. 323. Et renunciatione ibid.
Societatis vis & effectus. 324
Solidus pro aureo. 64
Solutio naturalis. 327
Solutio matrimonij, seu μετὰ διαλύσεως τῆς φιλίας, ex Theophi. 443
σφραγὶς quid. 325
Spadere, p fideiub. 325
Sportula. 89
Stramenta. 37
στρατηγὸς. 287
Stipulum quid. 284
Stipulatio alteri fieri. 303
Stipulationes iudiciales, & Prætoriæ. 294
Stipulationum materia. 291
Stipulationum conuentionalium diuisio. 288
Stipulationes olim nullæ, vtiles hodie quæ sint. 301
Suasio in legem committens

sa. 42
Subscriptio approbat totum scriptum. 311
Subscriptio, pro rescripto Principis. 143
Substitutiones. 164
Successio ex aquis partibus. 147
Suetonij error. 280
Suus hæres quis dicatur. 43
Sui heredes. 224. & seq.
Susceptè æterna autoritas esse, ex Gellio. 138
Supina, pro verbalibus. 227
συγκλητικὸς, adsessor, collega. 72
Syndicus. 409

T

Talaria pœna. 368
Taurum ex ore rubicundo exire. 330
Tela appellatione quid veniat. 444
Telum à Græca voce τῆλε. ibid.
Tenere & possidere quid differant. 338
Tertullianum S. C. 244
Testamenti etymo. 447
Testamenti factio, quid. 181
Testamenti in scriptis solennitas. 136
Testamenti potestas ab institutione. 200
Testamenti insima pars, ima certa dicta. 188
Testamentorum olim duo genera 187. Et tertium genus ibid. Qui facere possint. 148. Quomodo rumpitur. 158. & seq. Secunda loco facium. 172
Testamentum nuncupatum. 143
Testes in testamento qui adhibeantur. 140
Testimonium domesticum 142
βῆλος 205
θῆλυς 160
θυελλα, quid. 283
τριβὶς 254
Trebelliani S. C. author. 209
Trebellianica quarta detrahitur à fideicommissaria hæreditate, vt & Falcidia à legatis. 208
Trebelliano S. C. quid cautum. 207
Tribonianus. 213
Tutela definitio & etymologia. 52
Tutela iure naturali introducta: quamuis sit iuris ciuilis. 64. Legitima quatuplex. 80. Publicum munus. 78

Tutela actiua. 80
Tutela mutua 332
Tutor ob ignorantiam literarum excusatur. 76
Tutor fidelis & diligens, quamuis pauper, non remouendus. 82
Tutor suspectus. 79
Tutores, quasi tuitores. 1. A quibus & quomodo dentur. 62
Tutores suspecti. 391. & 80
Tuteris suspecti remoti pœna. 81
Tutorum & curatorum varia excusationes. 73.74 & seq.

V.

Velamentum quid. 322
Vellæanum S.C. 320
Venditæ rei periculum & commodum. 315
Verna αὐτόχθων 198
Veterum variis scribendi usus. 242
Veterum Rom. paupertas. 382
Veteres in his Instit. quæ intelligantur. 347
Via, iter & actum in se continet. 109
Via publica Καθολικὴ dicta. 300
Viatores, executores literarum. 383
Viatores, cur sic appellati. 384
Vinetum. 345
Vinum spureatum quid sit. 363
Vir uxori an condemnatur. 393
Vir locationis & conductionis. 329
Vis maior θεῖα βία 235
Vltimum supplicium, mors. 442
Voconia lex. 284
Volo, pro mando: mando pro committo, sunt pro caria, non impatia. 219
Vsucapio, adiectio dominij. 334
Vsucapiendi ratio. 117
Vsucapionem non parit error falsæ causæ. 319
Vsus, Vsusf. ex persona æstimantur. 333
Vsusf. quibus in rebus constituatur. 302
Vsusf. quot modis finitur. 313
Vtilitatis nomen quid sit 329
reconsultis. 251
Vulgò quæsitus 388
Vxor causa dotis priuilegiata. 388
Vxor à viro, & nō cōtra, delictatem accipit 378

Z

Zenoniana lex. 379

Finis Indicis Instit. I M P.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordo est sacramentum quibus sacerdotes
ordinantur postea traditur ordinatio
matrimonium est mixtio et copula viri
et mulieris individuam vitae consuetudinem retinens

Penitentia est sacramentum quo vita
mortis mutatur

confessio est coram deo et sacerdote se
culpam declarare.

penitentia petenda mala plangere
et plangenda non iterum committere

baptismus est ablutio corporis exterius
facta per formam verborum prescripta

dicitur sm. Extrema unctio
vir hurte. modum accipiendi
ne haereses fiant. est unctio infir
morum facta in partibus deter
minatis corporis cum oleo consecrato
ab episcopo Confirmatio
est sacramentum. s. tho. sup. q. quinta
dicunt confirmatio mixte est sacramen
tum christmatis sub forma verborum pre
cepta. qui fit christmate
ut signum cum salsamento ab episcopo con
fectum

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

esto sacramentum
reales

Universidad de Deusto
Biblioteca